www.e-rara.ch

C. Iulii Solini Polyhistor, rerum toto orbe memorabilium thesaurus locupletissimus

Solinus, Gaius Iulius

Basileae, 1543

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-656

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

C. IVLII SOLINI POLYHISTOR, RERVM TOTO ORBE MEMORABILIVM THESAURUS locupletiſsimus.

HVIC OB ARGVMENTI SIMILITVDINEM

POMPONII MELAE DE SITV ORBIS LIBROS TRES, FIDE DILIGENTIAQVE *ſumma denuò iam recognitos, adiunximus.*

His acceſſerunt præter priora ſcholia & tabulas geographicas permultas, PETRI quoq; OLIVARII Valentini, uiri in Geographia excellenter docti, annotationes, quibus & loci non pauci, à pleriſq; parum hactenus intellecti, dilucidè illuſtrantur, & uetuſtis locorum appellationibus recentiora ſigillatim nomina ſubijciuntur.

Cum gemino Indice, quorum alter ſupra res alias memorabiles, locorum ac regionum omnium, marium ac ſinuum nomina, alter uerò recentiores eorundem appellationes complectitur.

BASILEAE, APVD MICH. ISINGRINIVM, M. D. XLIII.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK BASEL

SOLINI VITA PER IOANNEM CAMERTEM AEDITA.

Qua ætate Iulius Solinus floruerit, nil certi à peritioribus proditum est. Id accidisse crediderim, quòd eorum monumenta qui post eum scripserunt, barbaris cuncta uastantibus ferè perierint uniuersa. Miror Chronicarum supplementi obscurum scriptorem aliàs tradidisse, hunc Solinum Augusti Cæsaris floruisse temporibus, cui & πολυΐστορα dedicasse cõmemorat. Constat enim Solinum Vespasiani principis in hoc opere meminisse. Ex annorum autem inter utrunq; Cæsarem computatione euidens est, non potuisse Solinum opus suum Augusto dicasse, & Vespasiani Cæsaris res gestas retulisse. Meminit præterea Solinus Suetonij Paulini, quem Plinius se uidisse testatur. Huc accedit, quòd ex Pliniano fonte Solinus hauserit fermè omnia, cum tamen scribens hæc, infantiæ suæ in operis exordio ueniam sibi dari postulet ab amico. Sed cum necubi Plinij, per quem profecit, habuerit mentionem, suspicor uiuente adhuc Plinio opusculum hoc suum scripsisse Solinum: hinc factum forsitan, ut uiuentis non meminerit autoris. Consimili ratione potuit euenire, ne unquam Plinius Dioscoridis, nobilis eiusdem cum eo temporis scriptoris nomen recensuerit, cum cõstet tamen innumera ex eo in opus suum Plinium transtulisse. Eadem culpa poterit Dioscoridi imputari (nam uter ab utro surripuerit, apud Ammonem inueniri posset) si is oppressa Plinij mentione, tanta ex eo fuerit suffuratus. Qui de Xenophontis, Platonisq; uita & moribus, pluraq; de ijsdem alia exquisitissimè scripsere, tradunt nec Platonem Xenophontis, nec contrà Xenophontem Platonis, cum esset uterq; Socratis discipulus, in tot utriusq; uoluminibus inseruisse nomen.

Hi sunt inuidiæ nimirum, credite, mores,
Vt sua quàm rarus tempora lector amet.

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit. *Vera Nasonis sententia. Quid de Macrobio, qui integras sæpe paginas ex Gellio: de Placido, qui ex Seruio: Acrone, qui ex Porphyrione? Quid de sexcentis alijs qui longas cõmentationes, suppressis unde sumpserint autoribus, ad uerbum sibi omnia tribuerunt? Nemo ambigit Aulum quoque Gellium latinæ linguæ delitias, Liuiana lectione plurimũ profeciße, cum tamen T. Liuium Latinorum historicorum longè principem, suarum Noctium noluerit esse participem. Nec assentior quorundam opinioni, qui ea spe Solinum nullam habuisse Plinij mentionem existimant, ut Plinij exemplaria deperirent penitus, sicq; eius collectanea extarent sola, nec procedente tempore ab ullo possent sua furta dinosci, qua mente Florus & Iustinus laborasse creduntur. Esset utinam tot bonorum autorum amissionis hæc sola causa, extarent hodie Catonis (ut Græcos interim missos faciam) Varronis, Nigidij, Sallustij, Hyginij, Celsi, Ennij, Furij, Varij, Actij, Ne*

uij, Pacuuij, nobilium autorum monumenta, quæ magna studiosorum iactura perierunt. Vtcunq; factum sit, testatur Solinus ingenuè, quicquid in Polyhistore complexus est, de scriptoribus receptissimis emanasse, suumq; nil proprium esse dicit, cum nihil, inquit, omiserit antiquitatis diligentia, quod intactum ad hoc usq; æui permaneret. Rursus constantiam ueritatis penes eos esse testatur, quos in opere fuerit ipse secutus. Nec dedecori Solino adscribendum, quòd passim fuerit Plinium æmulatus: sicut nec Maroni dandum crimini, quòd toties ueterum poëtarũ, Homeri præsertim uersus in suum opus transtulerit. Non enim parua uirtus, autorem optimum optimè æmulari. Fuisse Solinum Romanũ tum ex scribendi stylo coniicitur, tum quòd frequenter cum de Romanis mentio incidit, eos multis in locis nostros soleat appellare. Solini autoritate nedum recentiores scriptores, Sipontinus Perottus, Domitius Calderinus, Angelus Politianus, Hermolaus Barbarus, Ianus Parrhasius, ijsq; alij plures similes, quos non iniuria inter ueteres quis annumerarit, sed Seruius secundo Georg. & Priscianus in sexto, insignes Grãmatici, nominatim etiã usi sunt. Dionysij quoq; interpres, siue is Priscianus fuerit, siue Rhemnius, integras Solini clausulas suis carminibus frequenter inseruit. Solini, ni fallor, sunt omnia quæ de annorum diuisione & diebus intercalaribus à Macrobio sunt relata. Doctores præterea ecclesiastici, diuus Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, item doctiores alij, ijsdem ferè uerbis Solini sæpe sunt sententias mutuati. Sunt qui perinde Plinianam simiam Solinum nuncupant, quemadmodum Titianum oratorũ, Arulenum Stoicorũ, Iulius Capitolinus, Plinius Cæcilius, Sidonius Apollinaris, simias nominatos fuisse tradunt. Sed hi non aduertunt eos per contumeliam simias appellari solitos, qui uel ab alijs prius tradita, eodem quoq; ordine referunt, uel non eos autores, sed eorum umbram potius æmulantur. Verùm Solinus sic Plinianam phrasim æmulatus est, ut (uenia dixerim aliorum) uix sit repertus alter, qui Plinianæ maiestati propius accesserit. Inscripsit librum hunc, ut in uetustis quibusdam exemplaribus inuenitur, Autio amico, cui & opus tradidit castigandum. Sunt qui alia sui ingenij monumenta reliquisse tradant, quæ uel temporis iniuria perierunt, uel abstruso quopiam loco blattis forsitan delitescunt.

EORVM OMNIVM QVAE IN SOLINO AC POMponio Mela habentur, Index locupletißimus, primo semper numero paginam, secundo uersum indicantibus.

Abdera urbs. 35.50 184.5. 200.19
Abydos urbs 37. 14.97.2.172.20
Abyla mons. 66.5 156.10. 200.23.
Absyrtis insula 205.13
Abrotonum opp. 158.6
Absoros insula 205.13
Acarnania 28.16. 187.6
Achæi populi 175.18
Achaia regio 187.5
Achais opp. 122.27
Acanthos opp. 184.11
ἀχαῖῶν λιμὴν 171.19
Achates flumen ac lapis. 27.25
Acesines flu. 223.43
Achelous 28.17. 190.28
Achemenidis sedes 140.1
Acherusius specus. 117.18. 173.26.
Achillea insula 201.31. 55.7
Achilleon opp. 114.43
Acis fluuius 26.47
Acone portus 117.16
Acra Iapygia 23.5
Acragas opp. 206.11
Acre mare 216.5
Acritas promontoriũ 189.20
Acrocorinthus arx 189.15
Acronius lacus 213.1
Acrothon opp. 43.23. 184.26
Actium opp. 191.1
Adamas lapis 133.16. Eiusdem plures species 133.22. Hirci tantum sanguine frangitur 134.6
Adamantis & Magnetis inter se discordia 134.12
Adiabene regio 164.41
Adipsos arbor 96.11
Adrimittion opp. 171.9
Adria castellum 194.14
Adrymetum opp. 74.11
Adrobicum opp. 210.28
Aeantium opp. 115.5
Aeæe insula 206.23
Aeas flu. 191.18
Aegæ opp. 33.42
Aegæonem Chalcidenses uenerantur 40.33
Aegæum mare 183.21
Aegæus sinus 37.26
Aegates insulæ 203.14
Aegialus mons 30.6
Aegyla insula 24.13
Aegina insula 203.36.204.10
Aegion opp. 190.23
Aegipanes 160.18
Aegypti descript. 90.12.60.26
Aegyptiæ tibiæ. 27.9
Aegyptiorum mores 162.15. Reges 163.4
Aegyptiorum annus 8.8
Aegyptiorũ fœminas septẽ uno partu gignere 10.8
Aegira opp. 190.23
Aegos flu. 183.8
Aemathias 26.36
Aemonia eadem quæ Thessalia 31.28
Aenaria insula 24.16
Aeneas quando Italiæ appulerit 19.50
Aeneas Palladium à Diomede suscipit 20.4
Aenos opp. 183.31
Aeolis regio 170.38
Aes ubi primum repertum. 40.30
Aesculapij sacellum 29.7
Aestas ubi bis anno 125.18
Aestria insula 205.15
Aethiopiæ descriptio 84.1. 226.5
Aethiopum obscœni mores. 84.12
Aëtites lapis 107.19
Aetnæ mõtis descriptio 25.51
Aetnensis campus 26.28
Aetolia regio 187.6
Africę descriptio. 73.17.154.20
Africæ minoris descriptio.
Africæ figura 81 (157.25
Africa cur dicta 68.5
Africa serpentibus fœcunda.
Aganippe fons 30.29 (76.31
Agathyrsi pop. 48.13.197.48
Aglaus cur felix iudicatus. 18.20
Agrigentinus lacus 27.15
Agriophagi pop. 84.34
Agrippæ qui 12.2
Agrippæ M. aduersa 12.4
Aiacis sepulchrum 172.7
Alba longa ab Ascanio constituta 20.9
Albani populi 48.34. 218.43
Albigaunum opp. 195.20
Albis fluuius 58.2. 216.2
Alces fera 58.20
Alchippes autor 19.9
Alectorius lapis 13.11
Alexander Magnus rex Macedonum. 34.20. quas terras subegerit. 34.26 Eiusdẽ statura Ibid. Obitus. Ibid. 36
Alexan. Magni natalis 112.14
Alexander Amynthæ filius rex Macedonum 34.12
Alexandria Aegypti 97.4. 163.17
Alexandria Indiæ 139.29
Alexandria in finibus Sogdianorum 122.41
Alimos herbæ efficacia 40.5
Alo fluuius 200.10
Alope oppidum 188.19
Alopeconesus opp. 183.29
Aloros opp. 185.17
Alpheus amnis 26.43.190.13
Altinum opp. 193.13
Amalchium mare 55.18
Amanus mons 166.17
Amanoides promont. 166.31
Amardi pop. 218.44
Amazonum gens 52.34
Amazonum regna 176.8
Amazonum castra 174.8
Amazonici montes 110.48.
Ambiani pop. 116.10 (175.9
Ambracia opp. 191.2
Ambracius sinus 190.29
Amisius flu. 216.2
Amisus opp. 174.3
Ammochrysos lapis 107.17
Ammodytæ serpentes 77.17
Ammoniacũ unde proueniat. 79.18
Ammonis Iouis oraculum. 159.10
Ammonis cornu, gẽma. 79.13
Ampelusia promont. 155.45
Amphiarai fanũ 30.44.188.25
Amphinomi & Anapiæ fratrũ pietas in parentes 26.35
Amphion cur saxa lyra trahere creditus sit 30.19
Amphipolis opp. 184.9
Amphitus Castoris & Pollucis auriga 50.16
Amphisbæna serpens 76.39
Ampsaga flu. 156.43
Ampsa castellum 157.2
Amyclæ opp. 28.40. 187.21
Amyclæ à serpẽtib. deletę. 21.31
Anacreon poëta 113.2
Anariaci populi 122.8
Anaximãder physicus. 169.38
Anchialos opp. 182.32
Ancona opp. 194.10
Ancona à Siculis cõdita. 19.33
Ancus flu. 157.6
Ancus Martius Rom. rex. 5.16
Anthedon opp. 188.19
Andanis flu. 224.39
Androdamas lapis 100.34
Andromeda à Perseo seruata. 165.15
Andromedæ uinculorũ uestigia Ioppe ostentat 101.26
Andros insula 204.16

Androphagi pop. 222.21
Anemuriũ promont. 167.37
Angerona dea, eiusq; simulacrum 3.1
Angitia Oeti filia 21.26
Anguillę tricenûm pedũ. 130.6
Anio flu. 195.17
Anistij Laconis uelocitas 15.18
Anni diuisio certa quando primum cœperit 8.1
Anni uaria apud uariasgentes terminatio 8.8
Annibalis castra & portus. 21.2 209.33
Annibalis exiliũ & obitus. 116.
Annibalis scalæ 199.38 (34
Antandrum opp. unde nomen habeat 171.11
Antæi parma 156.4. Regnũ 229.5
Antæus ab Hercule interẽptus
Anthea opp. 28.45 (68.10
Anthracias lapis 108.11
Anthropophagi pop. 48.22. 84.38. 180.27
Anticyra opp. 190.25
Antiochi & Arteonis inter se similitudo 13.36
Antiochia Syriæ pars 166.14
Antipolis opp. 197.17
Antissa opp. 202.6
Antium opp. 20.10. 195.15
Antoniã Drusi nõ spuisse 12.43
Antronia opp. 187.9
Antros insula 212.22
Anulus Pyrrhi 27.29
Apamæa opp. 113.12
Aphrodisiũ opp. 195.15
Aphrodisiũ promont. 169.16
Apis bos Aegyptiorũ numen. 93.16. 162.31
Apollinis Clarij fanũ 170.10
Apollinis promont. 157.30
Apollonia opp. 159.23. 184.9. 191.14
Apollonia magna 182.33
Apollonitarũ insula 55.3
Apuli pop. 193.1
Aqua periuros ac fures arguẽs
Aquilegia opp. 193.13 (25.9
Aquitania prouincia 212.6
Arabiæ descript. 97.35. 164.20
Arabia opp. 225.22
Arabia Eudæmon 225.7
Arabicus sinus 141.3. 225.18
Arabũ mores cultusq; 100.9
Aracynthus mons 28.16
Arachosia urbs 139.26
Arados insula 202.20
Arados opp. 166.16
Arati poëtæ monumẽtũ. 167.6
Arauraris flu. 198.9
Arausio opp. 197.9
Araxos promont. 189.21
Araxes flu. 50.25. 219.1
Arbelitis regio 120.21
Arcadia regio 187.5
Arcadũ annus triũ mensiũ. 8.9
Arcesilaus Stoicus 28.44
Archelais colonia 118.16
Archelaus Maced. rex 33.51
Archesilas philosophus 171.1
Archilochi poëtæ percussores Apollo prodidit 17.14
Archimedes mathematicus.
Ardea opp. 195.15 (26.22
Ardeæ oppidi autor 19.2
Arelatæ opp. 197.9
Arethusa fons 25.51. 26.42. 30.27. 206.6
Arethusa lacus 106.24
Argæus mons 118.20
Argilla opp. 19.14
Argyre insula 223.48. 127.27
Argolis regio 187.4
Argolicus sinus 190.5
Argos opp. 187.18
Argos Amphilochium, opp.
Aria insula 201.32 (191.1
Ariacæ pop. 123.15
Aryanda urbs 169.24
Arimaspi pop. 50.28
Arimaspi gens unocula. 178.21
Ariminũ opp. 194.6
Arimphæorũ gentis descriptio 52.20. 176.1
Arionis Methymnæi fanum.
Ariopagus 30.12 (28.32
Aristoteles Alex. Magni præceptor 34.25
Aritiæ autor 19.37
Armene opp. 173.48
Armeniæ portę 110.51. 168.30
Armenta obliqua ceruice pabulantia 83.45. 160.6
Arotebrarũ portus 210.16
Arpos 19.31
Arrichi pop. 175.34
Arsenaria opp. 157.2
Arsinoë opp. 98.4. 159.24
Artabri pop. 210.25
Artabrũ promont. 64.46
Arthabathitæ pop. 84.41
Arusaces flu. 224.9
Asachæi pop. 84.25
Asana flu. 69.27
Aspagonũ gens 128.1
Asbestus lapis 29.21
Asbystæ lasere uiuunt 83.2
Ascytæ pop. 143.26
Asiæ summa descript. 149.46
Asiæ minoris descript. 111.40
Asia ingenijs claruit 113.1
Asine insula 204.12
Asinæus sinus 190.6
Aspendos opp. 168.2
Asphaltites lacus 102.11
Aspida opp. 74.6
Aspidum species plures 77.8
Assæi populi 123.16
Assyriæ descriptio 120.18
Asson opp. 171.18
Asta colonia 209.3
Astaboras flu. 91.11. 160.40
Astacon opp. 173.2
Astapus flu. 91.4. 160.40
Aster Philippũ exoculat 32.17
Asteria insula 41.5
Asticla opp. 205.9
Astigi opp. 199.31
Astyra opp. 171.10
Astures pop. 210.26
Astusapes flu. 91.10
Atax flu. 198.11
Athenæ opp. 29.41. 187.17
Athenopolis 197.18
Athis Crœsi filius mutus, ui timoris in uocẽ erupit 16.40
Athon mons 32.41. 43.17. 184.16
Athyras flu. 182.42
Atlantis mõtis descript. 68.32
Atlantes pop. 89.10
Atlantes solem execrantur. 159.45
Atlantici oceani descriptio. 142.24
Atramitæ pop. 98.22
Attacenus sinus 124.50
Attacorum gens 124.50
Attica, prius Acte dicta. 29.40
Attis regio 187.3
Auenio opp. 197.7
Auernus lacus 195.9
Aufidus flu. 194.23
Augylæ pop. 89.24. 160.11
Augusta opp. 212.10
Augusti ærumnæ 9.44
Augustodunũ opp. 212.11
Aulis opp. 188.20
Aulidis portus 30.38
Aulocrene, uallis 113.19
Auo flu. 210.10
Ausci pop. 212.8
Automolæ pop. 226.10
Autrigones pop. 211.1
Axenus pontus 173.21
Axiacæ pop. 49.51. 180.10
Axius flu. 185.14
Azanium mare 141.4
Azotum opp. 164.25

B

BAbylonia regio 164.41
Babylonis urbis descript. 142.5. 165.4
Babytace opp. 141.10
Bactri pop. 123.18
Bactros fluuius 122.36
Bætis flu. 65.12. 209.16

Baiæ opp. 195.9
Baleares insulæ 207.12
Balenæ quaternûm iugerum.
Balsa opp. 209.32 (130.14
Balsami descriptio 103.5
Balthia insula 56.15
Bambothum flumen 69.27
Barchino opp. 199.40
Bargylos opp. 169.25
Barium opp. 194.23
Basilidæ pop. 180.5
Basilicus sinus 169.25
Basiliscus serpens 80.14
Bastuli pop. 209.10
Bateni pop. 122.33
Bathynis opp. 182.41
Bebrycia olim dicta Bithynia.
Belgæ pop. 212.8 (116.25
Beli Iouis templum 142.19
Belona opp. 67.46
Bello opp. 200.32
Beneuentum 19.31
Berbesul opp. 200.20
Berenice opp. 80.36. 225.23.
Berini pop. 227.21 (& 26.
Beritos opp. 166.15
Beryllorũ lapidum explicatio.
Besippo opp. 200.33. (134.29
Bessorum gens 35.34
Betullo opp. 199.40
Betullo flu. 199.41
Bisontes feræ 58.11
Bistonium stagnum 35.46
Bithyæ fœminæ quales 15.31
Bithyniæ descriptio 116.18.
Bithynis opp. 201.28. (172.18
Bizone opp. 182.29
Byblos opp. 166.4
Bysanthe opp. 182.43
Byzacænus ager fertilissimus. 73.46
Byzantiũ opp. 36.40. 182.39
Byzãtius pugil in Aethiopem auũ degenerauit 13.31
Byziæ opp. 36.45
Blanda opp. 195.2. 199.40
Blemmyæ pop. 89.30. 160.17
Blitera opp. 197.10
Boæ serpentis natura 21.35
Bocchoris rex 65.17
Bolbiticũ Nili ostium 163.18
Bononia opp. 193.6
Bonasi feræ historia 114.11
Bæotiæ descriptio 30.18
Bœotię flumina mirãda. 30.45
Bœoti idem qui Leleges. 30.40
Boreostoma Istri ostiũ 45.37
Borion ꝓmont. 73.51. 158.23
Borysthenes flu. 47.44. 179.19
Bosphorus Thracius 44.7.
Botrys opp. 166.4. (173.6
Boues unicornes & tricornes 129.39
Branchidarũ oraculũ 169.35
Brauron opp. 188.26
Briantæ pop. 35.38
Briareus Carystiorũ numẽ. 40.
Brigantinus lacus 60.38 (32
Brilessus mons 30.6
Britãniæ descript. 61.12. 220.
Britomartys ædes. 39.39 (48
Brundusium 194.25
Brutij pop. 193.4
Bubastis opp. 163.12
Bubessus sinus 169.15
Bucara opp. 194.16
Bucephala urbs 118.50
Bucephalos portus 189.18
Bucephalus Alex. Mag. equus
Budini pop. 176.10 (118.38
Buges amnis 178.23
Butroton opp. 191.2
Buxedi pop. 174.19
Buxentum opp. 195.2

C

CAci historia 3.9
Cadischus mons 39.32
Cadmus literarũ repertor primus 30.29
Cadmus Europę frater. 39.44
Cadmus alter prosæ orationis inuentor 114.22
Cadrusia opp. 139.27
Cænica regio 36.44
Cæres 26.27
Cæsarea opp. 71.35. 156.51
Cæsar unde nomen acceperit. 12.16
Cęsaris Dictatoris ductu quot hostiũ millia perẽpta. 15.51. quoties cum hoste congressus 16.3. Ingeniũ Ibid.38
Caicus flu. 115.15. 171.1
Caieta 19.48
Caystros flu. 170.9
Calabria olim Mesappia dicta
Calabri pop. 193.1 (19.45
Calami odorati efficacia 133.13
Calaris opp. 207.9
Calarnæa turris 184.10
Calauria insula 203.37
Calbis flu. 169.8
Calydon opp. 190.26
Calydnæ insula 204.12
Callais gemma 59.28
Callisthenes Alex. Magni præceptor 34.25
Calliaros opp. 187.11
Callimachi poëtæ patria 79.6
Callipolis opp. 190.16.194.27
Callirrhoë fons 30.9. 103.2
Callitriches feræ 82.16
Calpe mons 66.5. 156.10. 200.24
Calostoma Istri ostiũ 45.36
Cambyses flu. 219.16
Camelorũ cõsideratio 123.18
Camelopardalis fera 86.13
Camiros opp. 202.10
Cãpaniç amœna littora. 195.12
Campus piorũ 26.42
Canaria insula 144.18
Canastreũ promont. 185.7
Candæi pop. 225.31
Candidũ, promont. 73.28. & 157.30
Canes Alex. Magno ꝺono dati 49.9
Canes ubi ferocissimi 49.6
Canes Garamantũ regẽ ab exilio reduxerũt 49.29
Cani homines mox post natalem 128.17
Canis ubi pro rege 84.29
Canina capita habentes homines 128.12
Canna opp. 171.4
Canopicũ Nili ostiũ 163.18
Canopus Menelai gubernator
Canopos insula. 202.23 (89.6
Canopos sydus 136.3
Cantabri pop. 210.41
Canũ erga dños amor 49.23
Capissa urbs 139.25
Capotes mons 105.46
Cappadociæ descriptio 118.1
Caprullon portus 184.11
Capua opp. 193.7
Capraria insula 24.13. 144.15. 206.33
Carambis promont. 173.44
Caranus rex Maced. 33.38
Carbania insula 206.33
Carbunculi 82.51
Cardia opp. 37.8. 183.30
Cardamyle 28.46
Cariæ descriptio 169.1
Carystos insula 40.20
Carystos opp. 203.32
Carystiæ aues 40.25
Carmani pop. 224.34
Carni pop. 192.27
Carpathius sinus 42.40
Carpathos opp. 205.12
Carpathos insula 42.39
Carræ opp. 225.21
Carthago opp. 65.13. 157.35.
Carthaginis autor. 74.12. Excidiũ. Ibid.21. Restauratio Ibid.27
Cartenna opp. 157.1
Carteia opp. 200.29
Casius mons 101.15. 105.31
Caspiarũ portarũ descript. 121.
Caspiũ mare. 52.35. & 55.23 (23
Caspiæ pylæ 111.1. 168.29
Caspius mons 110.47. 175.9
Ad Caspios nõ nisi hyeme ac-

ceditur 121.40
Caſsius Seuerus orator 13.43
Caſſandria opp. 185.16
Caſsiterides inſulæ 65.20
Caſtanea opp. 185.18
Caſtalius fons 28.15
Caſtor idem qui fiber 47.7
Caſtrum nouum 195.17
Catabanes pop. 98.6
Catabathmos locus 73.32.
Cataractes flu. 168.4 (159.25
Catina opp. 206.4
Cathon inſula 204.10
Catilli hiſtoria 19.21
Catoblepa fera 87.1. 227.27
Cato ſuperior LXXX. ætatis anno filium genuit 11.2
Cato Vticēſis philoſophos Romam inuexit 17.35
Cato Portius quoties cauſam dixerit, & ſemper abſolutus. 16.45
Cato Cenſorinus Græcos Roma pellendos cenſuit 17.39
Catochites lapis 24.21
Cattuza urbs 36.10
Caucaſus mons 110.46. 132. 4. 168.29. 175.9
Caulona opp. 19.36
Caulonia opp. 194.40
Caunus opp. 169.9
Cecinna opp. 195.18
Celaduſe inſula 205.13
Celandus flu. 210.10
Celenæ opp. 113.11
Celendris opp. 167.37
Celtæ pop. 212.7
Celticū promont. 210.8
Ceraſtes ſerpens 76.33
Cenchreæ opp. 189.12
Cenchris ſerpens 77.18
Centuripiuum opp. 206.14
Ceos inſula 30.16
Cephalenia inſula 204.3
Cepheus Andromedæ pater ubi regnauerit 165.10
Cephiſus flu. 28.15. 30.41
Cephus fera monſtroſa 86.19
Cepœ opp. 175.27
Ceraſus opp. 174.20
Ceraunię gemmę. 59.35.65.16
Ceraunij mōtes 175.4. & ſeq. 111.2
Cercopitheci quid à ſimijs differant 82.6
Cercetici pop. 175.18
Cereris horreum 60.43
Cercinna inſula 203.12
Ceruaria locus 198.32
Cerui in Scythia plurimi, eorundemq; mirū ingeniū ac uiuacitas 56.38
Ceruicibus carentes homines 128.32
Cethis flu. 224.39
Chalazias lapis 107.30
Chalcis opp. 203.33
Chalcis inſula 204.11
Chalcoſmaragdus 51.22
Chalcophthōgos lapis 108.6
Chalcedon opp. 173.8
Chalybes pop. 48.32. 174.1
Chalcis inſula 40.27
Chamædracontes 77.18
Chamæleontis feræ deſcriptio
Charybdis 205.23 (115.15
Chelydoniæ inſulæ 202.12
Chelonophagi pop. 140.27. 224.33
Chelonates promont. 189.20
Cherſydrus ſerpens 77.18
Cherſoneſus 183.6
Chimæræ fabulæ expoſitio. 111.25
Chimæræ montis deſcriptio.
Chios inſula 202.7 (111.23
Choaſpes flu. 109.6
Choatras mons 110.44
Chorſari Perſæ 123.10
Chryſopraſos gemma. 134.37
Chryſoberylli lapides 134.35
Chryſolampis lapis 88.30
Chryſoceras promont. 36.40
Cianos inſula 204.11
Cicadæ mutæ 22.1
Cicynetos inſula 203.21
Cicones pop. 183.32
Ciconiarū hiſtoria 115.41. & ſeq.
Ciliciæ deſcriptio 108.22.
Ciliciæ portæ 111.1 (166.24
Cimbri pop. 216.13
Cimmerij pop. 52.34
Cimmeriū opp. 175.28
Cimolis opp. 173.47
Cinnamomum ubi proueniat 88.3
Cinnamolgus auis 100.2
Cios opp. 172.44
Ciraua opp. 202.7
Circe Oeti filia 21.26
Circes domus 20.45. 21.26.
Circeij pop. 195.14 (195.14
Cirta opp. 72.12
Ciſtena opp. 171.8
Citariſtes promont. 197.19
Citheron ſaltus 30.26
Cyaneæ inſulæ 201.41
Cyaneus lapis 51.24
Cyclades inſulę. 40.34. 204.17
Cyclopes 26.25
Cyconæ opp. 35.39. 125.6
Cydna opp. 185.17
Cydnus amnis 109.4 167.2
Cydon opp. 205.6
Cydona opp. 39.18
Cygnum opp. 175.15
Cyllene opp. 190.16
Cyllene mons 29.11. 188.3
Cyme opp. 170.46
Cymonis Athenienſium ducis uictoria apud Eurymedontem fluuium 167.50
Cynamolgi pop. 84.40
Cynaris herba 57.22
Cyneas Pyrrhi legatus quantū memoria ualuerit 16.19
Cynethus inſula 41.6
Cyniphs flu. 158.19
Cynocephali 82.8
Cynos opp. 187.11
Cynoſſema Hecubę ſepulchrū 37.16. 183.17
Cynotum opp. 169.17
Cyparisſius ſinus 190.7
Cyprus inſula 202.14
Cypſela opp. 183.1
Cypſelus tyrannus 29.29
Cyrenæ opp. 79.2. 159.24
Cyrenaicæ prouinciæ deſcriptio 159.8
Cyrrha opp. 190.25
Cyrtha opp. 156.47
Cyrus memoria claruit. 16.14
Cyri regis ſepulchrū 141.50
Cyrus flu. 219.15
Clampetia opp. 195.2
Claros inſula 37.21
Claterna opp. 194.13
Claudiæ uitta nauis tracta. 18.
Clazomena opp. 170.17 (11
Cliternia opp. 194.18
Clypea opp. 74.5
Clupea opp. 158.6
Cnemides opp. 188.19
Codanus ſinus 216.3
Cœcinum opp. 194.38
Cœle, id eſt, Syria 164.39
Cœleſtis diſciplinæ inuentor.
Cœlos portus. 183.15 (142.19
Colaca promont. 225.25
Colchi pop. 174.24
Colophon opp. 114.23. 170.12
Colubraria inſula. 65.26. 207.
Columbaria inſula. 24.14 (23
Columna regia 194.41
Comœdia ubi primū inuenta. 26.21
Conceptionem quæ ſigna ſequantur 11.21
Concharū margaritas procreantium cōſideratio 138.19
Concordia opp. 193.10
Congelatum mare 55.20
Conſilinum opp. 194.40
Cophen flu. 223.43
Copos portus 185.8
Cor primū formari 11.26
Coraliachates 27.32

Coralius fluuius 117.13
Coralliũ ubi & quomodo generetur 22.8. & seq.
Corã à Dardanis cõdita. 19.14
Corax Chamçleonti pernicies 115.35
Coraxi pop. 175.17
Coraxici montes 175.9
Corcyra insula. 204.8. 205.14
Cordynia opp. 185.18
Corduba opp. 199.31
Corinthos opp. 189.13
Corinthiæ tibiæ 27.9
Corios flu. 224.39
Corycus opp. 109.18. 167.8
Corycius specus 167.10
Coryna opp. 170.20
Cornelia castra, locus 157.35
Cornelia Gracchorũ mater cõglutinatis genitalibus ædita 12.10
Corn. Balbus de Garamantib. triumphauit 83.41
Corocondama peninsula. 175.
Corpilli pop. 35.38 (26
Corporis humani cadauer cubitorũ XXXIII. bello Cretico repertum 14.38
Corsica insula. 24.17. 206.34
Cos insula 30.16. 202.8
Cossa opp. 195.17
Cosura insula 206.25
Cottonaræ portus 140.14
Coturnices ubi primum uisæ. Couinus 221.25
Cragus mons 168.37 (41.9
Crassus quòd nunquam risit, Agelastus dictus 12.33
Crathis flu. Scyllę mater. 20.43
Cretæ insulæ descriptio. 39.1. 209.19
Creta noxijs animalibus caret
Creusis opp. 190.25 (39.51
Crise opp. 205.10
Crito 26.37
Crya promont. 169.8
Crystallus ubi preciosissimus. 51.28
Crocodili descriptio 94.1
Crocus ubi optimus 109.15
Crocuta 76.19
Cronium mare 55.23
Cronna opp. 173.46
Crotona 19.35
Croto opp. 194.36
Crunos portus 182.30
Crunesos fons 30.10
Cumæ opp. 195.11
Cupra opp. 194.13
Cresiphon urbs 142.22
Cullu opp. 72.13
Cuneus ager. promõt. 209.30
Cuteletos insula 203.11

DAedalus fabræ artis magister 25.49
Dahæ pop. 48.32. 123.15
Damascene Syriç pars. 164.40
Dæmodamas dux 123.1
Danubius flu. 191.18
Danubij ortus uera descriptio
Dardania opp. 172.7 (46
Dardani Troianorũ propago 22.43
Darij copiæ ubi fusæ ab Alex. 120.23
Daschylos opp. 172.42
Dassaretæ pop. 191.8
Dauni pop. 19.12. 193.1
Debris opp. 83.12
Deceatum opp. 197.17
Delos insula cur dicta. 40.41. 204.16
Delphi opp. 28.15. 187.12
Delphines Nili quo astu Crocodilos conficiant 94.22
Delphiramne opp. 30.43
Democritus physicus 184.7
Democriti physici dom9. 35.51
Denselatæ pop. 35.34
Dentati cognomẽ unde. 12.20
Dentib. prognati quidã. 12.19
Ex dentibus præsagia 12.26
Dentiũ numerus uiris auctior quàm fœminis 12.23
Derbices pop. 218.45
Derris opp. 185.17
Deua flu. 211.2
Dextra agilior siniſtra 14.48
Diana Phidiaca 30.44
Diana à Cretensib. culta. 39.37
Diana flu. 26.45
Dianæ Ephesiæ templũ 112.5 170.7
Dianæ Pergææ templũ. 168.6
Dianæ Scythicæ simulacrum.
Dianiũ insula. 206.32 (19.39
Dictamnus herba à ceruis prodita 57.21
Dictynna opp. 205.7
Dictynnæus mons 39.32
Didyme insula. 27.48. 206.27
Didymi Apollinis oraculum. 169.35 *Diluuium. 165.10.*
Dinocrates architectus. 97.6. 112.19
Diogenis Cynici patria 174. 3. Constantia 12.38
Diomedeæ insulæ 22.21
Diomedeæ aues 22.22
Diomedis equi 184.1. Turris Ibid.3
Diomedis equorũ stabulũ. 35.
Diomedia insula. 205.15. (47
Dionysias lapis 107.33
Dionysiopolis opp. 182.31
Dionysius tyrãnus Platonem honore prosequitur 17.40
Dionyssa insula 204.11
Dioscorias urbs. 50.16. 175.20
Dipsas serpens 77.9
Dirce fons 30.28
Direum 122.1
Dyrrhachium opp. 191.12
Dyris mons 69.30
Discheri pop. 174.19
Ditis patris aditus ad Proserpinam 26.30
Dodone 28.14
Dodonæi Iouis templũ 28.6
Dolancæ pop. 35.38
Doris regio 187.2
Doriscos locus 36.5. 183.32
Dracontias lapis 85.41
Dracones cur elephantis insidientur 71.19
Draconũ & elephantorũ iugis discordia 71.8
Drauus flu. 60.42
δρέμος ἀχίλλεος 179.18
Druidæ 211.38
Dulbritania opp. 227.15
Dulychium insula 204.4
Durias flu. 200.7

E

EAle fera 129.15
Easone opp. 211.4
Ebora opp. 209.34. Castellũ 209.12
Ebusus insula 65.23. 207.17
Echinades insulæ 204.6
Echites lapis 107.32
Edonij populi 32.26
Egnatia opp. 194.24
Elea opp. 171.1
Electrides insulæ 205.14
Eleusis opp. 187.15
Elongosine locus 106.19
Elephantis opp. 161.4. 163.12
Elephantia serpens 77.18
Elephãtorũ cõsideratio. 69.45
Elephanti quando primum in Italia uisi 71.31
Eloquẽtia Curionum familiæ hæreditaria 17.10
Eleus opp. 183.21
Eliberri uicus 198.30
Elis regio & opp. 187.5. & 187.
ἑλλοπία aquæ 40.25 (23
Elusaberris opp. 212.11
Emerita opp. 199.30
Encheleæ pop. 191.9
Engadda opp. 105.5
Enhydrus crocodilũ perimit. 94.19
Enydros lapis 108.12
Enna opp. 206.15
Ennius 104.24
Ennij statua Scip. Africani sepulchro imposita 17.33

Enſes ubi pro ſimulacris colan tur 48.6
Epheſus opp. 112.4. 170.7
Epidamnos opp. 191.12
Epidaurus opp. 29.6. 190.3
Epidauri pop. 189.22
Epiros regio 187.6
Equæ uento cõcipientes. 65.8. 120.8
Equi generoſi notæ 120.4
Equis ineſſe iudiciũ, exemplis oſtenditur 118.38. & ſeq.
Aetas eorundem 119.32
Equorum mirabile ingenium. 118.23
Equorum ſepulchra in Agrigentina regione plurima. 119.7
Eraſinus flu. 190.7
Ereſſos opp. 202.7
Eretria opp. 203.31
Erginus flu. 182.41
Ericuſa inſula 27.48. 206.27
Erineon opp. 187.11
Erymanthus mons & fluuius 29.13. 188.4
Erythia inſula 220.31
Erythræa inſula 65.33
Eryx mons 25.51. 206.16
Eſis flu. 194.7
Eſſænorum gentis laus. 103.29
Eſſedones pop. 49.46. 123.15. 179.45
Eteſſa opp. 171.10
Eubœæ inſulæ deſcriptio 41. 34. 203.21
Euenus flu. 190.26
Eulæus flu. 98.16
Euonymos inſula 27.49
Eupatoria urbs 117.42
Euphorbię herbę effectus. 69.6
Euphratis fluuij deſcriptio. 105.41. 224.44
Euripides ab Archelao adamatus 34.3
Euripus Eubœæ 203.26
Eurymedon flu. 167.49
Eurotas flu. 29.2. 190.9
Eutychide fœmina tricies enixa 10.10
Europæ ſumma deſcriptio. 153.1
Europæ ſinus primus 21.8. Secundus Ibid. Tertius 28.4. Quartus 43.46
Euthane opp. 169.19
Euxinus pontus 173.22
Exampeus fons 47.38

F

FAneſtris colonia 194.6
Fauſta quater geminos uno partu ædidit 10.5
Februarius menſis diįs inferis quondam dedicatus 8.47
Felicitatis exemplum 18.20
Ferraria promont. 200.3
Ferulæ ubi ad arboris magnitudinem exurgant 144.8
Feſcennium oppidum 19.17
Fiber in Ponto plurimus. 47.6
Ficus Aegyptia qualis 96.1
Ficus ingentis magnitudinis. 131.19
Fidenæ oppidum 20.10
Firmum, caſtellum 194.14
Flauiopolis colonia 36.45
Fleuo Rheni alueus, & inſula. 213.7
Fœdus mutui ſanguinis hauſtu ſancitum 50.14
Fœminę ſemel tantum parientes 128.16
Fœminæ concipientes quinto à natali anno 128.29
Fœmellam aut maſculum generari quib. argumentis colligatur 11.30
Fons ad tibiæ cantum intumeſcens 27.10
Fontium miracula 28.10. & 29.16. & 79.9. & 83.13. & 97.45. & 159.15. & 188.7. & 227.12
Fontes fœcunditatem & ſteriliatem inducentes 27.13
Formiæ opp. 20.48. 195.13
Formicæ inſtar canũ 87.4
Fortitudinis exempla 15.33
Fortunatę inſulę 144.1. 227.8
Forum Iulij 197.17
Foſſa Mariana 197.26
Fratres dicti montes 156.23
Frentani pop. 192.18
Fretum 149.2
Fundi opp. 195.13
Funera læta apud Thraces atque Eſſedones. 35.18. 49.47

G

GAbbaræ proceritas 14.27
Gabij pop. 19.33
Gades inſula 220.20
Gadir inſula 65.33
Gagates lapis 64.11
Galactites 28.20
Galata inſula 206.25
Galatiã qui occuparint, & unde nomen habeat 116.8
Galatis opp. 182.26
Gallia Braccata 197.4
Gallia Comata 212.3
Gallię Narbonenſis deſcriptio 196.48
Galliæ ſitus ac fertilitas 59.43
Galliarum extimæ oræ deſcriptio 211.19
Galli olim immanes 211.32
Gamphaſantes pop. 89.28. 160.15
Gandamus opp. 225.22
Gangarides pop. 126.17
Gangaridum regis potentia. 136.18
Ganges flu. 126.14. 223.36
Garamana opp. 83.34
Garamantes pop. 83.10. 160.5
Garamantici Aethiopes. 84.12
Gargara opp. 171.18
Garganus mons 194.19
Garumna flu. 212.11
Gaudos opp. 205.10
Gaulos inſula 83.49. 206.24
Gaza opp. 165.6
Gedroſi pop. 224.38
Geloni pop. 48.9. 176.10. 180.28
Gelonium ſtagnum 27.12
Gelos portus 169.11
Generationis terminus 10.50
Geneſara lacus 102.14
Genitalibus concretis fœminã naſci inauſpicatũ eſt 12.9
Gentium diuerſarum mores.
Genua opp. 195.20 (179.44
Georgi pop. 49.50. 180.10
Gerania urbs 36.9
Geryonis monumentũ. 209.15
Germaniæ deſcriptio 57.32. 214.1. Indigenarum mores Ibidem.
Geſoriacus portus 212.35
Geſſus flu. 170.2
Getæ pop. 35.41
Getæ ad mortem paratiſſimi. 181.39. & ſeq.
Getuli pop. 228.22
Gyaros inſula 204.11
Gigantum pugna 33.4
Gildano opp. 229.15
Gymnoſophiſtæ philoſophi. 128.4
Gingrinæ tibiæ 27.7
γυναικοκρατούμενοι pop. 176.8
Githius flu. 190.9
Glanon opp. 197.19
Gleſſaria inſula 58.44
Gleſſum quid 59.1. & ſeq.
Gloſſopetra lapis 107.36
Gomorrhum opp. 103.22
Gna flu. 229.17
Gnidus opp. 169.17
Gnoſon opp. 39.19. 205.5
Gorgones inſulæ 143.37
Gortyna opp. 39.18. 205.5
Græciæ typi enarratio 38
Granicus flu. 172.28
Graucaſus mons 123.11
Grauiſcæ opp. 195.17
Gryphi alites 50.40. 178.16
Gruesquomodo expeditiones ſuas

ſuas dirigant 36.14
Gutallus fluuius 58.2

H

HAdrumentũ opp. 158.5
Hæbudes inſulæ 63.23
Hæmatites lapis 88.33
Hæmodes mõs. 168.28.223.41
Hæmorrhois ſerpens 77.12
Haleſina regio 27.10
Halicarnaſſos opp. 169.19
Halmydeſſus opp. 182.37
Halys flu. 174.4
Halycidon portus 197.19
Haloneſos inſula 203.17
Hamaxobitæ pop. 178.25
Hammanientũ gens 82.42
Hebeni arboris deſcript. 132.18
Hebrus fluuius 53.37
Hecubæ ſepulchrum 37.17
Hedui pop. 212.9
Helene inſula 203.33
Helenæ ſydus nauigantib. perniciоſiſsimum quo mitigeť. 181.34
Helicon lucus 30.26 (10.40
Heliutrapeza locus 85.11
Heliotropiũ gemma, herba q. 78.1
Hellas regio 29.39. 186.39
Hellẽ rex, à quo Hellenes. 31.30
Helleſponti deſcriptio 37.10. 43.43
Hemus mons Thraciæ. 35.40.
Henetus, locus 117.39 (181.34
Heniochi populi 122.33. 175.18
Heniochorum gens unde originem duxerit 50.18
Hephæſtia opp. 43.2. 111.30
Hephæſtiæ inſulæ 27.39
Heraclea opp. 117.15. 122.24. 173.25. 194.36. 206.11
Heracliti conſtantia 12.37
Herbeſus 26.46
Herculis & Iphicli generatio. 11.7
Herculis pugna contra Albionem & Bergionã 197.29
Herculis columnę. 66.5.156.10
Herculaneum opp. 195.7
Hercynia ſylua 215.3
Hercynius ſaltus quas feras gignat 58.3
Heretum oppidum 19.37
Heriphyles Sibyllæ hiſtoria. 20.23
Hermanaſſa opp. 175.27
Hermiona opp. 190.3
Hermiones pop. 216.14
Hermiſium opp. 178.29
Hermus flu. 114.31
Heroſtratus cur Dianæ Epheſiæ templũ incenderit. 112.9
Heſiodi poëtæ obitus 114.40
Heſperia opp. 159.23
Heſperidum horti 68.10
Heſperidum inſulæ 143.49
Heſperionceras promont. 143.
Heſtiæa opp. 203.31 (38
Hetruria regio 193.2
Hexecontalithon lapis 89.19
Hexi opp. 200.19
Hyacinthizontes gemmæ. 134.39
Hyacinthius lapis 88.15
Hyæna 75.48
Hyænius lapis 76.12
Hyberniæ deſcriptio 61.25. Indigenarũ feri mores. Ibi.
Hybla opp. 206.14
Hydaſpes flu. 223.43
Hydri marini uicenûm cubitorum longitudine 140.5
Hydria inſula 205.14
Hydrus mons 194.26
Hyems ubi perpetua 50.30
Hiera inſula 27.42. 206.27
Hiericus, quæ olim Iericho, oppidum 103.1
Hieroſolyma urbs 102.19. Eiuſdem uaria fata. Ibid. in ſcholijs
Hyla opp. 169.17
Hylas fluuius & lacus 116.18
Hylæ pueri hiſtoria 116.19
Himãtopodes po. 90.2.227.16
Hymera opp. 206.13. Fluuius Ibid. 19
Hymereus fluuius 26.48
Hymettus mons 30.7
Hinnuli coagulum ueneno adueſatur 57.23
Hypanos inſula 204.14
Hypanis amnis 47.31
Hypatos flu. 166.16
Hypaſis flu. 126.11
Hyperborei pop. 51.37.218.14
Hyppis opp. 169.40
Hypnale ſerpens ſomno necat
Hippo opp. 195.1 (77.9
Hippo regius opp. 74.2.157.39
Hippo diarrhytõ. 74.3.157.33
Hippopodę pop. 56.20. 221.47
Hippocrene fons 30.29
Hippomanes amoris ueneficium 120.1
Hipponenſis ſinus 157.32
Hippopotami deſcriptio 95.12
Hippuris inſula 204.11
Hyrcani pop. 52.38.218.44
Hyrcanus mons 110.48
Hyria inſula 204.3
Hirpiæ familiæ 21.19
Hirundines lapſura nõ petunt culmina 36.51
Hiſpanię deſcript. 64.23.199.1
Hiſtonium opp. 194.17
Hyſtrix fera 87.27
Hytanis flu. 139.38
Holopyxos opp. 205.6
Homeri patria 114.34. Obitus Ibi. Tumulus. 40.38
Homeri Ilias in nuce 15.29
Hoïes monſtroſi plures. 128.10
Hominis menſuræ ratio bifaria 14.45

I

IAdera opp. 191.15
Ialyſos opp. 202.10
Iamno caſtellum 207.16
Ianaſum opp. 210.25
Ianiculus unde 19.8
Ianuarius menſis cur dijs ſuperis olim dicatus 8.5
Iapygæ 19.12
Iaſius ſinus 169.25
Iaxartes flu. 219.21. 122.49
Iberus amnis 65.11
Ibides aues 95.25. 225.41
Icarium mare 42.26
Icarius mons 30.5
Icaros inſula 42.22. 204.12
Icoſium opp. 72.2. 157.5
Ichthyophagi pop. 139.31. & 143.33 Jericho. 103.31.
Ida mons 39.34
Idæi Dactyli muſicæ inuentores 39.29
Idæus Dactylus lapis 40.9
Idæus mons 171.25. 205.8
Idumæa palmis opima 101.23
Ierna flu. 210.13
Iginium inſula 206.32
Ignis ubi inuentus 41.9
Ilienſes pop. 207.8
Illas flu. 199.23
Illice opp. 200.11
Illicitanus ſinus 200.10
Illyrici pop. 191.10
Illuro opp. 199.40
Ilua inſula 206.33
Imaus mons 110.43
Imbros inſula 203.16
Inarime inſula 24.16
Indiæ deſcriptio 125.10. Magnitudo 140.21
India urbiũ & populorũ numero miro in modum exculta. 125.30
Indicum itinerarium 139.18
Indigetes dij 20.1
Indorum regum potentia. 126. 18. & ſeq.
Indorum gentis in ordines aliquot diuiſio 126.20
Indorũ mores, cultus, habitus & proceritas. 127.28. & ſeq. & 223.5
Indus flu. 126.9. 223.36
Ingeuones pop. 57.38

Ino, quæ & Leucothea, in mare se præcipitat 30.3
Iol opp. Iubæ regia, 156.49
Iolai historia. 11.12
Iolcos opp. 187.9
Iolenses unde dicti. 11.14
Ione ab Hercule interempta. 19.7
Ioniæ descriptio 169.30
Ionica regio unde nomen habeat 19.7
Ioppe opp. 101.24. 165.10
Iordanis flu. 102.6
Ios insula 204.10
Iouis Dodonæi templũ 188.6
Iouis Olympij fanum. 187.24
Iouis sepulchrum 39.36
Iouis Casij delubrum 101.20
Iouis mons 199.35
Iphiclus & Hercules qualiter geniti 11.7
Ἠρίδανος 21.16
Iris lapis 100.31
Ismenius amnis 30.27
Ispalis opp. 199.31
Issa insula 215.14
Issicus sinus 166.30
Issos opp. 166.29
Ister flu. 45.30. 191.19
Isthmici ludi 189.13
Isthmus Corinthiacus 189.8
Istria regio 191.11
Istropolis opp. 182.25
Italiæ descriptio. 192.14. Situs. 20.28. Longitudo. 20.49. Latitudo. Ibid. 51. Vmbilicus. 21.4. Circuitus. Ibid.
Italiæ laus 18.22
Italia querno folio similis 20.
Ithaca insula 204.4 (35
Ithacesia insula 24.15
Itinerarium Indicum 139.18
Iturissa opp. 211.3
Iubæ regia 156.48
Iudææ descriptio 102.1
Iunonia insula 144.12
Iunonia opp. 74.23
Iunonis Argiuę templũ. 187.19
Iunonis ara 209.13
Iunxus flu. 229.16
Iuuerna insula 221.27

L

LAbyrinthi Aegyptij descriptio 162.5
Lac Syrpicum 80.5
Lacedæmon opp. 187.20
Lacecaumene locus 96.18
Lacinium promont. 194.35
Lacippo opp. 200.20
Lacobriga opp. 209.33
Laconicus sinus 190.5
Laconice regio 187.4
Ladæ mira pernicitas 15.7
Ladon fluuius 29.15. 188.4
Lælia castra, locus 157.34
Læstrygonum sedes 26.26
Lætitiæ sensus in pueris quousq; differatur 12.29
Lagia insula. 41.6
Lais 26.24
Lambriaca opp. 210.12
Lampsacum opp. 272.21
Laodice Antiochi uxor. 13.38
Laodicea opp. 166.16
Lapidarij campi 19.5
Lapideum littus 197.18
Larissa opp. 31.34. 187.8
Larumna opp. 169.13
Laser 80.7
Latara castellum 198.6
Latinus cum Aenea regnat socia potestate 20.5
Latinus mons 169.41
Latium 19.1
Laturus sinus 157.3
Lauinium opp. 19.49
Laurentum opp. 195.15
Lebedos opp. 170.9
Lebynthos insula 204.12
Ledum flumen 198.6
Leleges populi 30.40
Lemnos insula 203.20
Leonum genus triplex. 74.34. Ingenium eorundem Ibid.
Leontini pop. 206.13
Leontophonos 75.39
Lepidi tres obducto membrana oculo similes geniti ex eadem domo 13.28
Leptis opp. 158.5. & 20
Lerne opp. 190.8
Lesbos insula 202.5
Lethæus amnis 39.42
Lethon amnis 80.36
Leuca opp. 170.21. 190.28
Leucadia insula 204.7
Leucosia insula 19.47
Leuca littus 169.24
Leucata littus 198.18
Leuce insula 201.19
Leucrocutæ feræ descriptio. 129.9
Leuctræ 28.39
Liber pater ubi nutritus. 127. 23. de Indis primus triumphauit 126.1
Lybethrus fons 32.22
Libyssa Hannibalis sepulchrũ. 116.33
Libyæ descriptio 67.43
Libyæ nomen unde 68.4
Libunca opp. 210.31
Liburni pop. 191.11
Lycabethus mons 30.6
Lycaones feræ 87.8. 226.25
Lycastos opp. 174.6. 205.6
Lycæus mons 29.11
Lichos flu. 166.16
Lychnites lapis 134.17
Lycię descriptio. 111.20. 168.16
Lyctos opp. 205.5
L. Sicinij Dentati fortitudo. 15.34
Lydiæ tibiæ 27.8
Lygdami fortitudo 12.46
Ligea insula 19.26
Lygos opp. 36.41
Ligures pop. 193.2
Liguria regio 195.20
Lilybæum oppidum 25.45
Lilybæũ promõt. 25.45. 205.27
Limia flu. 210.12
Lymira flu. & opp. 168.32
Lyncis feræ consideratio. 21.50
Lyncurium gemma 22.4
Lyndos opp. 202.10
Linternum opp. 195.11
Lipara insula 27.42. 206.26
Liris flu. 195.13
Lysimachia opp. 183.3
Lix Antæi regia 68.6
Lixo opp. 229.16
Locris regio 187.2
Locri unde 19.36
Locustis uescentes 84.43
Lolliæ Paulinæ tunica ex margaritis smaragdisq; cõtexta. 139.4
Lotophagi pop. 78.49
Lucentia opp. 200.11
Lucrinum opp. 194.18
Lucrinus lacus 195.9
L. Plotius unguenti odore proditus est 120.36
Luna opp. 195.19
Lupi ceruarij indoles 21.47
Lupi caudæ uillum amatoriũ inesse 21.44
Lupi uisu nocentes 21.41
Lusitania prouincia 199.26
Lupiæ opp. & flu. 216.2. 194.25

M

MAcaronesos insula. 39.23
Μακάρων cognominatæ insulæ. 202.3
Macedoniæ descriptio 32.23. 185.1
Macedonię regum series. 33.30
Macidos opp. 183.20
Μακρὸν τεῖχος 183.1
Macrocephali pop. 174.19
Macrobij pop. 43.25. 85.5
Mæander flu. 113.21
Menalus mons 29.12. 188.4
Mæotici pop. 175.34
Magnesia regio 32.14. 187.2
Magnetis & Adamantis inter se discordia 134.12

Magnum

Magnum,promont. 209.31
Magnus portus 156.25
Mago caſtellum 207.16
Magrada flu. 211.4
Malaca opp. 200.20
Malachus inſula 143.16
Maleus mons 127.8
Maliacus ſinus 188.16
Manethuſa opp. 205.7
Mandragoræ mala urſis letifera 72.40
Manticora fera 129.30
Manto Tireſiæ filia 170.10
Mapalia 159.31
Marathon opp. 166.7. 188.21
Marathon campus 30.12
M. Meſſala Cenſorius 13.45
M. Sergij fortitudo 15.39
M. Marcellus quoties dimicauerit 16.4
Mare ubi dulce 55.25
Mare. quære Oceanus.
Margaritę ubi plurimæ & maximæ 138.18
Margiana regio. 122.8
Maris æſtus ad lunæ ortum & occaſum uariantur 209.2
Maris diuiſio 149.2
Mariana foſſa 197.26
Mariandynæi pop. 172.19
Mariandinus ſinus 117.14
Maronea regio 35.47
Maronia opp. 183.37
Marſyas flu. 113.15
Marſorum gens ſerpentibus illæſa. 21.23
Maſculum aut fœmellam generari quibus indicijs præſagiatur 11.30
Maſſagetæ pop. 123.15
Maſſada caſtellum 105.9
Maſſilia opp. 22.46. 197.20
Maſtuſia promõt. 37.14. 183.6
Mauritaniæ deſcriptio. 69.35. 155.38
Mauſoleum ſepulchrũ. 169.21
Mazacha opp. 118.18
Mecyberna opp. 185.9
Mecyþernæus ſinus 185.6
Meconites lapis 108.4
Medea 21.26
Mediterranei maris inſulæ. 201.19.
Mediterranea maria unde oriantur 54.12
Medicæ arboris deſcriptio.
Medicum oleum. 60.46. (121.1
Medorum origo 50.20
Megaris regio 187.3
Megara opp. 187.18. 206.4
Melanchlæni pop. 175.17
Melas amnis. 114.29. 167.47
Melane ſinus 378.
Melibœa opp. 32.21. 185.18
Melita opp. & inſula. 118.18. 206.24
Mellaria opp. 200.32
Melos inſula 42.37. 204.10
Melſiagum palus 215.3
Memnonis ſepulchrum. 115.8
Memnoniæ aues 115.8
Memoria qui maximè floruerint. 16.14
Memoriam facile lædi 16.29
Memphis opp. 163.11
Mende opp. 184.31
Mendeſium Nili oſtium. 163.19
Meninx inſula 78.31. 203.12
Menogenes. 13.45
Menoba opp. 200.19
Menſtrui effectus 10.25
Menſuræ hominis ratio bifaria 14.45
Mercurij promont. 73.25. & 157.31
Meroë inſula 91.9
Meros mons 127.22. 223.24
Meſappia 19.44
Meſia palus 215.2
Meſopotamia 164.40
Meſſala Coruinus ſui nominis oblitus 16.32
Meſſana 25.42. 206.4
Meſſenia regio 187.5
Meſſene opp. 187.22
Meſſembria opp. 182.31
Meſua collis 198.6
Metaurus flu. 194.7
Metaurum opp. 194.42
Metaurum à Zanclenſibus locatum 19.40
Metapontũ opp. 19.31. 194.35
Metellorum familia pietate prę cipuè effulſit 17.44
Methone opp. 32.15. 187.22
Metops arbor 79.17
Metrodorus philoſophus arte memorandi clarus. 16.25
Myagrus muſcarum deus. 3.30
Mycenæ opp. 187.18
Myconos inſula 204.15
Mygdonia prouincia 32.27. 116.25
Miletum opp. 114.21. 169.35
Milonis Crotoniatis fortitudo prodigioſa 13.8
Milo mons 128.9
Miluinæ tibiæ 27.8
Minas mons 114.25
Mindus opp. 169.24
Mineruæ patria 39.47
Mineruæ templum in Brutijs 19.25
Mineruæ promont. 195.6
Minius flu. 210.11
Minyæ opp. 188.14
Minoia inſula 42.3
Minturnæ opp. 195.13
Myriandros opp. 166.17
Myrina opp. 43.2. 170.43
Myrlea opp. 172.43
Myrmecites gemma 108.5
Myrmecium opp. 178.28
Mirmillo armentarius 13.43
Myrrha ubi proueniat. 99.7
Myrrhites lapis 107.6
Mirtylis opp. 209.32
Miſenum promontoriũ. 19.47
Myſia regio 170.40
Myſius mons 172.36
Miſienum, locus 195.10
Myſtræ opp. 194.39
Mithridatis latebra 50.20
Mithridates rex memoria claruit. 16.22
Mithridax lapis 107.12
Mitylene opp. 202.7
Mœnis flu. 216.1
Mœris lacus 162.2
Mœſi pop. 35.41
Mœſia 60
Molochites lapis 100.28
Moloſſi populi 28.6
Monda flu. 210.2
Monoceros fera 129.41
Monoſceli populi 128.20
Monſtroſæ hominum formæ. 85.20. & ſeq. 226.43
Mopſus uates 170.12
Morini pop. 212.35
Morimaruſa idem quod mare mortuum 55.21
Moronenon promont. 225.25
Morum excellentia in quibus maximè enituerit 16.44
Moſchi pop. 218.44
Moſchicus mõs. 110.49.175.8
Moſſynœci pop. 174.11
Mulierum fœcunditas quanto tempore duret 10.50
Mulucha amnis 156.26
Mundi in quatuor partes diuiſio 147.26
Muſagori inſulæ tres 205.10
Muſicæ ſtudium à quibus cœperit 39.28
Muſtela Baſiliſci pernicies.
Mutina opp. 193.6 (80.28
Muzirum emporium 140.13

N

NAbar flu. 157.6
Nabis fera 86.13
Nar flu. 191.18
Narbo opp. 197.13
Naracuſtoma Iſtri oſtiũ. 45.36
Narona opp. 191.15
Naſamonites lapis 78.44
Natidos opp. 167.38
Natiſo flu. 193.12

Naualium præliorum cõmentor Archelaus 34.1
Naumachos opp. 205.9
Naupactos opp. 188.5
Nauſtathmos promõt. 159.22
Naxos inſula. 25.42. 42.12. 204.16
Neapolis. 19.28. 158.6. 169.24.
Nebis flu. 210.11 (195.8
Nebrodes mons 26.13
Nemauſus opp. 197.8
Nemeſis Phidiaca 188.25
Neocæſarea Cappadociæ.
Neptuni fanũ & ſpe- (118.17
cus. 173.2. 190.10
Neptunius mons 26.14
Neriꝭ pop. 210.18
Neritos inſula 204.4
Neſos opp. 203.31
Nerui uirium potiſsima cauſa 12.49
Neſtus fluuius. 35.35. 184.8
Neſua flu. 211.2
Neuri pop. 180.31
Neuri in lupos transfigurant.
Nicea opp. 197.16 (48.1
Nigritæ pop. 228.22
Nigris flumen 73.42. 91.2
Nilus fluuius. 160.14. & ſeq. Eiuſdem origo. 90.23. Augmenti cauſæ. 92.1. 162.21
Nili oſtia ſeptem. 91.19. 163.18
Nilides lacus 90.27
Niphates mõs. 110.44. 168.30
Nyſa opp. 127.21. 223.23
Nyſiꝭ pop. 223.30
Niſyros inſula 204.12
Niuaria inſula 144.17
Noctuã Creta non alit. 40.11
Nœga opp. 210.31
Nola opp. 20.10
Nomades pop. 49.50. 72.11. 84.24. 180.7
Noricus ager qualis 60.39
Nuchul Nili fons 227.16
Numana opp. 194.12
Numantia opp. 199.29
Numidiæ deſcriptio 72.5
Nuptę ubi prima nocte omniũ ſtupro pateant 160.13

O

OBris flu. 198.10
Oceanus à celeritate dictus.
Oceanus cur intumeſcat, (66.2 & rurſus in ſe reſidat. 67.2
Oceani uaria nomina. 66.11. et
Oceani ſeptentrionalis (ſeq. deſcriptio 55.12
Ocelis Arabiæ portus. 140.11
Odeſſos opp. 182.31
Odore tantũ uiuentes. 128.25
Oea opp. 158.18
Oeanthia opp. 190.25
Oechalia opp. 203.32
Oedipodia fons 30.28
Oeſyma opp. 184.12
Oeſtros flu. 168.4
Oetæ filiæ 21.26
Oetæus ſaltus 185.25
Ogyris inſula 225.13
Olbia opp. 11.14. 197.19
Olbianus ſinus 173.1
Olearos inſula 204.10
Oleaſter, lucus 209.11
Oleum in ſtagnis 27.15
Olitingi opp. 209.23
Olympus opp. 111.30
Olympi montis deſcriptio. 32.3 172.35. 185.22
Olympias Alex. mater. 34.21
Oluros opp. 190.24
Ombrion inſula 144.6
Onagri feræ cõſideratio. 76.25
Onoba opp. 209.23
Oonæ inſulæ 56.17. 221.45
Ophiophagi pop. 100.17.
Opœs opp. 188.18 (225.32
Opuntius ſinus. 304.2. 188.16
Orcades inſulæ 63.36
Orchomenon opp. 188.2
Oreſtis longitudo ſeptem cubitorum 14.33
Oreſtidæ pop. cur dicti. 32.46
Oricum opp. 191.11
Origeniones pop. 211.2
Orodes Parthorum rex. 122.22
Orontes flu. 166.16
Orphei patria 35.43
Ortygia inſula 41.1
Oſcitatio puerperia ſuſpendit.
Oſiſmiꝭ pop. 212.32 (11.42
Oſſa mons 31.45. 185.22
Oſſibus concretis atq; medulla carentibus quidam prognati.
Oſſonoba opp. 209.32 (12.44
Oſteodes inſula 206.26
Oſtracinæ locus 101.21
Otryades Spartanus 28.42
Oxyſtagæ 122.33
Oxus amnis & lacus. 122.32 219.21

P

PAchynum promont. 25.28
Pactyæ urbs 37.8 (205.26
Pactolus flu. 114.9
Padi fluminis deſcriptio. 21.10
Pęderotes lapis. 101.7. (139.14
Pæſici pop. 218.45
Pæſtanus ſinus 195.4
Pæſtanæ ualles 20.44
Pæſtum opp. 195.4
Pagæ opp. 190.24
Pagaſeus ſinus 188.12
Pagonus portus 190.2
Palæpaphos opp. 202.20
Palæſtina regio 164.43
Palibotra opp. 127.5
Palibotri populi. 127.5. 223.29
Palinurum promontoriũ unde dictum 19.47
Palinurus, loci nomen. 195.2
Pallanteum oppidum 29.8
Pallantia opp. 199.29
Pallene regio 184.28
Palma Aegyptia 96.10
Palma opp. 207.16
Paltos opp. 166.15
Pamiſſus flu. 390.12
Pamphagi pop. 84.36
Pamphiliæ deſcriptio. 167.46
Pandea gens 127.20
Panda oppidum 122.40
Pandataria inſula 24.12
Paulon flumen 195.21
Pandion collis 169.13
Panionium regio 170.3
Panormus opp. 206.13
Pannonia 60.41
Panticapeum opp. 178.28
Pantheræ numeroſę in Hyrca- Paphos opp. 202.18 (nia 53.3
Paphlagoniç deſcriptio. 117.31 173.40
Parætonius portus 159.22
Pardalianches 53.47
Pardi 54.1
Pariedri montes 118.13
Parion opp. 172.21
Parnaſus mons 28.15. 187.12
Paros inſula 42.2 204.15
Paropamiſus mõs. 110.43. 168.
Paſſargada caſtellũ. 141.50. (29
Patara opp. 168.34
Patauium 19.31. 193.5
Parthenium à Phocenſib. conditum 19.18
Parthenius amnis. 173.45.
Parthenius mons 188.3
Parthiæ deſcriptio 141.32
Parthini pop. 191.8
Pathmiticum Nili oſtiũ. 163.19
Parthenope 19.27
Parturientib. ſpiritum retinere commodum 11.41
Pelaſgi in Latium primi literas intulere 19.15
Patræ opp. 28.27. 190.16
Peantides lapis 34.40
Pedalion promont. 169.8
Pegaſus ales 87.31. 226.27
Pelion mons 32.1. 185.22
Pella opp. 185.3
Peloponneſus 29.32
Peloriadis terræ deſcriptio. 25.29
Pelorus promont. 25.28. 205.28
Peluſium opp. 163.17
Peluſiacum Nili oſtiũ. 163.20
Peneades fons Iordanis. 102.7

Pencus

Peneus amnis 31.35. 185.15
Perdica rex Maced. 33.45
Perdices in Bœotia liberę non sunt 31.1
Perdicum nidificantium solertia. 31.8 Æstus 31.17
Perga opp. 168.6
Perinthus opp. 182.40
Persis regio 141.5
Persici sinus descriptio 140.46
Petilia. 19.30.194.38. (224.20
Petrense stagnum 27.14
Petræ Syrenum 195.5
Peuce insula 201.35
Peuce Istri ostium 45.35
Peucetra 19.46
Phæaces pop. 191.9
Phæstos opp. 205.6
Phalerij unde 19.17
Phalangiũ aranei genus. 40.6
Phalarium promont. 37.26
Phalisca 19.16
Pharusij pop. 90.4 227.18
Pharos insula 97.12. 203.3
Phanesiorum gens 56.22
Phanagoria opp. 175.28
Phasis fluuius & opp. 50.25 174.24
Pharsalici campi 31.41
Phaselis opp. 168.8
Phiala Nili fons 92.17
Phicores pop. 175.35
Phycus promõt. 73.29. 158.25
Phygela opp. 170.6
Philænorum aræ 158.26
Philippus Maced. rex 34.15
Philippi opp. 184.9
Philippidis pernicitas 15.16
Physeter bellua 130.15
Phileæ opp. 182.37
Philoteris opp. 225.25
Philoctetes 185.19
Philonides cursor quantũ itineris uno die cõfecerit. 15.18
Phinopolis opp. 182.38
Physcella opp. 185.8
Phitiusa insula 203.36
Phlegra opp. 33.3
Phlegræi campi 20.45
Phlogites lapis 108.10
Phocis regio 187.3
Phocis opp. 170.22
Phœniciæ descriptio 165.36
Phœnix auis 99.19. 225.43
Phœnicusa insula 27.48 206.27
Pholoë mons 188.3
Phrygiæ descriptio 114.3
Phryxi templũ & lucus. 175.3
Phthirophagi pop. 175.18
Phthiotis regio 187.2
Phthia opp. 31.34. 187.10
Picentes pop. 192.18
Picentia opp. 195.5
Pieria regio 31.31. 185.24
Pietatis sacellum 18.10
Pietatis exempla. 17.44. 26.39
Pygmæi 127.18. 225.33
Pygmæi à gruibus pulsi. 36.10
Pylos opp. 190.15
Pinaria insula 204.12
Pindus mons 28.17. 31.43
Pindus opp. 187.10
Pindarus lyricus à ruina liberatur 17.23
Piperis arbor qualis 132.7
Pyramides Aegypti. 97.19.161.
Pyrei pop. 191.10 (44
Pyræus portus 189.5
Pyramus flu. 167.1
Pyrenæus mons 199.2
Pyrgi opp. 195.17
Pyrpile insula 41.8
Pyrrha opp. 202.6. 203.31
Pyrrhi anulus 27.29
Pyrrhicen saltationẽ quis primò docuerit 39.25
Pyrrhites gemma 107.28
Pisæ opp. 19.12. 187.23. 195.18
Pisaurum opp. 194.6
Pisces ossibus carentes 47.51
Piscium caro ubi pro farre sit. 201.17
Pitane opp. 28.44. 171.1
Pythagoras 42.34
Pythonis Come locus. 115.41
Placia opp. 172.33
Planasia insula 24.13
Plancus Lucius orator. 13.42
Platonẽ Dionysius tyrannus honorificè excipit 17.40
Plotæ insulæ 204.7
Pola opp. 191.16
Polaticus sinus 191.15
Polentia opp. 207.17
Polyægos insula 203.17
Polymestoris Milesij in cursu pernicitas 15.11
Polyde opp. 19.3
Polydori tumulus 36.7
Polypus 87.18
Pompeij & Vibij inter se similitudo 13.40
Pompeij opp. 19.3
Pompeiopolis urbs. 117.43. 167.5
Ponticę gemmæ 47.14
Ponticæ oræ descriptio 117.9
Populonia opp. 195.18
Porphyris insula 37.30
Posidonium philosophũ ut reueritus sit Pompeius. 17.28
Possideum promont. 169.32
Potentia opp. 194.13
Potidea opp. 184.31
Prasia gens 127.3
Præsamarci pop. 210.14
Præcentoriæ tibiæ 27.4
Prænestę 19.28
Prester serpens 77.14
Priapos opp. 44.3. 172.21
Priene urbs 170.1
Proconnesus insula 201.42
Proconesiæ ancillæ partus mirabilis 11.10
Prote insula 204.3
Prochyta insula 24.12
Propontis ad Adriatico mari quantum distet. 364.2
Proserpinæ raptus 26.31
Protesilai delubrũ. 37.17. 183.
Prusias urbs 116.26 (14
Psammate fons 30.28
Pseudostoma Istri ostiũ 45.37
Psittacus auis. 130.20. Inter nobiles & plebeios discrimẽ 131.10
Psylli populi 78.33. à serpentibus nõ læduntur. Ibid.35
Psophis opp. 188.2
περιφόρου locus 50.30
Ptolemais opp. 159.23. 225.25
Puellatoriæ tibiæ 27.6
Pueri cuiusdam in Italia quondam pernicitas 15.21
Puerperia Thracum luctuosa. 35.16. 182.1
Pusionis & Secundillę corporũ longitudo 14.23
Puteoli opp. 195.9

R

RAuenna opp. 194.5
Rhæticus ager opimus & ferax 60.38
Rhætico mons 215.6
Rhamnus opp. 188.24
Rhenus flu. 212.36
Rhene insula 204.15
Rhegyum opp. 194.41
Rhegini saltus 20.44
Rhetæum opp. 172.6
Rhindacus flu. 172.36
Rhion mare 190.19
Rhinocerotis descriptio 86.23
Rhodanus fluuius 22.48 197.33 12.29
Rhodos insula 202.8
Rhodope mons 32.40
Risus in pueris quando primũ appareat. 12.29
Romæ origo 2.23. 193.8
Romulus de quibus triũpha-uerit 4.21
Rubrum mare 224.10
Rubresus flu. 198.16
Rubricatum flu. 199.42
Rubrius histrio 13.42
Ructus expers Pomponius poëta. 12.41

Rudiæ opp. 194.24
Rupes admiranda in Cyrenaica prouincia 159.12
Ruſcino colonia 198.30
Ruſicada opp. 156.24. 157.39

S

SAbæi pop. 225.10
Sabatia opp. 195.20
Sacæ pop. 123.9
Sacrum, promont. 209.30
Sadanus inſula 143.19
Sagæ pop. 218.13
Saguntum opp. 200.9
Sagda lapis 106.41
Says opp. 163.11
Sal Agrigentinus. 26.51. Purpureus. Ibid. Cautiũ fungitur miniſterio 27.2
Sala opp. 229.15
Salamias triennio in tria cubita adoleuit 14.42
Salacia opp. 209.34
Salamis inſula 30.15. 203.34
Salamis opp. 202.18
Sala opp. 68.30
Salduba opp. 200.20
Saleni pop. 211.1
Salentini pop. 193.1
Salentini campi 194.26
Sale domus qui extruãt. 82.45
Sale promont. 194.34
Salia flu. 210.35
Salona opp. 191.15
Salſuſæ fons 198.19
Sambri pop. 84.27
Same inſula 204.4
Samos inſula 202.8
Samothrace inſula 203.16
Samonium promont. 204.20
Sangaris flu. 117.12
Sardabale flu. 157.3
Sardinia inſula 207.2
Sarda lapis 42.10
Sardemiſos mons 168.8
Sardinia inſula 24.32
Sardonia herba 24.49
Sardonyx gemma 100.19
Sardonum ora. 198.29
Sarmatæ pop. 35.41. 179.50
Sarmatarũ uiuendi ritus. 217. per totam pag.
Sarmatiæ deſcriptio 216.37
Sars flu. 210.15
Saronicus portus 190.1
Sarpedum promont. 167.36
Saranchæ pop. 50.1
Satyri 82.14. 89.33. 160.18
Saturnia 19.1
Satmali pop. 221.48
Saurium flumen 211.1
Sauromatæ pop. 176.5
Sauromatidæ pop. 218.42
Sauus flu. 60.42
Scalæ Hannibalis 199.38
Scandinauia inſula 58.30
Scamander flu. 171.23
Scandille inſula 203.17
Scarphia opp. 188.18
Scenitæ pop. 98.6
Sceneon locus 143.18
Schenus finus 169.15
Scyathos inſula 203.17
Scylace opp. 172.34
Scylla opp. 194.42. 205.22
Scyllaceum opp. 19.32. 194.38
Scyllaceus finus 194.37
Scylletion opp. 39.19
Scipionis Lucij felix memoria.
Scipionis Aemiliani laus (16.17 16.50. & ſeq.
Scyllæum oppidum 20.43
Scylleon promont. 189.19
Scinci circa Nilũ frequẽtiſsimi
Scione op. 184.31. 185.10. (95.6
Scioëſſa locus 28.27
Scyros inſula 204.15
Scyronia ſaxa 29.41. 189.6
Scytale ſerpens 77.2
Scythæ pop. 35.41
Scytharum feritas 50.3
Scythia Europæa 178.4
Scythiæ deſcriptio 218.10
Scythotauri pop. 49.50
Scythicus mons 110.49
Scythopolis deſcriptio. 105.20
Scœnos flu. 183.36
Schœnitas portus 190.2
Sebenniticũ Nili oſtiũ 163.19
Selenites lapis 108.1
Seleucia 122.20. 166.15
Selymbria opp. 182.40
Semiramidis hiſtoria 165.1
Semina ebrietatem inducentia
Sena inſula 220.38 (182.23
Senogallia opp. 194.15
Sepias opp. 185.17
Seps ſerpens 77.16
Septentriones in Taprobane inſula nõ conſpiciunt. 135.41
Serabis flu. 200.6
Seres pop. 124.12
Sergij fortitudo 15.39
Seriphos inſula 204.14
Sericum quomodo proueniat.
Serpentum mira magnitudo (124.27 128.43
Serrium promont. 183.35
Seruius Tullius 5.21
Seſamus opp. 173.45
Seſtianæ aræ 210.32
Seſtos urbs 37.14. 183.9
Seuo mons 57.35
Sexſolytæ pop. 175.17
Sextiæ aquæ 23.1
Sybaris 19.32
Sibylla Delphica ante Troianũ bellum uaticinata 20.20
Sibyllæ Cumanæ ſacellũ. 20.11 Sepulchrum. Ibid. Eiuſdem libri igne abſumpti. Ibid.
Sibillę Erythræę hiſtoria. 20.23
Sicanus rex 25.46
Siciliæ deſcriptio. 25.12. 205.17
Siciliæ fertilitas 26.18
Siculus Neptuni filius 25.47
Sicinij fortitudo 15.34
Sicynus inſula 204.14
Sicyon opp. 190.24
Sida opp. & portus. 167.48
Siderites lapis. 108.8 (168.19
Siderites Adamantis ſpecies.
Sidon urbs 166.1 (133.31
Syene opp. 163.11
Siga opp. 72.1. 156.25
Sigæum opp. & promõt. 37.15.
Silarus amnis. 195.4 (171.21
Silys fluuius 122.50
Simones 44.27
Simiæ ut capiantur 80.50
Similitudinis formarum exempla memorabilia 13.20
Simyra caſtellum 166.6
Simois flu. 171.23
Symplegades inſulæ 201.41
Sydones pop. 175.19
Syndos opp. 175.21
Sinope opp. 174.3
Sinueſſa opp. 195.13
Siphacis regia 72.1. 156.49
Siphnos inſula 204.14
Sipyus opp. 194.22
Sirenum ſaxa 20.45
Siris flu. 91.18
Sypilus opp. 114.27
Sypuntum opp. 194.21
Syracuſæ opp. 206.5
Syrbotæ pop. 84.24
Syriæ deſcriptio 164.36
Syrpe 79.20
Syrpicum lac. 80.5
Syrtes duæ. 73.34. 78.14. 158.8
Syrtites gemma 22.19
Sithonia gens 35.42
Sitim non ſenſit Lygdamus. 12.45
Smaragdi ubi proueniãt, quiq; eorum ſint prçſtantiores, & quanã uirtute polleant. 51.5
Smyrna urbs 114.34
Smyrnæus ſinus 170.14
Socrates Apollinis oraculo ſapiens iudicatus 17.43
Socratis conſtantia 12.35
Sol in Rhodo ſemper apparet. 42.41 Sodomum opp. 103.21.
Solem execrant Atlãtes. 89.12
Solis inſula 139.35
Solis fons 159.12
Solis oſtia 224.224

Solis gemma 107.39
Solifuga ſerpens 24.45
Soloë opp. 110.1. 167.5
Sodomum opp. fulmine ictum 103.21
Sophene regio 164.41
Sophocles Tragicus Liberi patris delitiæ 17.17
Sparta urbs 28.41
Specus Herculi ſacer 156.2
Sperchium promont. 35.45
Sphingis conſideratio 82.12
Sporades inſulæ. Quære Cyclades.
Sputus expers Antonia Druſi.
Sperchius flu. 188.13 (12.43
Sternutatio poſt coitū cur cauenda 11.18
Stenoſtoma Iſtri oſtium. 45.38
Stœchades inſulæ 207.10
Strabonis mirum proſpiciendi acumen 15.24
Stratos opp. 188.6
Strymon amnis. 32.39. 184.13
Strongyle inſula. 27.44. 206.
Strophades inſulæ. 204.6 (27
Subur opp. 199.40
Succinū ubi optimū 59.25
Sucronenſis ſinus 200.4
Sucro flu. 200.7
Sudorē qui nō emiſerit. 12.45
Suel opp. 200.19
Sueſia palus 215.2
Sulchi opp. 207.9
Sunium inſula 30.16
Suſa opp. 141.9

T

TAbin 48.29
Tabraca opp. 157.39
Tachempſo inſula 161.3
Tænaron, pmont. 28.31. 189.19
Tænaron ſpiraculum 28.30
Tænaron opp. 28.37
Tagus flu. aurifer 65.6
Taygeta mons 29.2. 187.21
Talga inſula 222.10
Tamarici opp. 210.18
Tamaris flu. 210.15
Tamos promont. 223.34
Tanais flu. 122.51. 175.43
Tanicū Nili oſtium 163.20
Tamuada flu. 156.24
Tantalis opp. 114.27
Taphræ opp. 158.6
Tapyri 122.7
Taprobanes inſulæ deſcriptio. 135.10. Incolarū uiuacitas. 136.30. 223.49. quid in rege eligendo obſeruēt. 137.8
Tarandus fera 87.13. Habitū metu uertit Ibid.
Tarentū opp. 19.34. 194.35
Tarentinæ arces 20.43
Tarentinus ſinus 194.34
Tarichiæ inſulæ 203.13
Tarquinius Priſcus 5.29
Tarquinius Superbus 5.23
Tarraco opp. 65.14. 199.43
Tarracina opp. 195.14
Tarraconenſis prouincia. 199.
Tarſos urbs 109.2 (20
Tarteſſos opp. 200.30
Tatius Rom. rex 5.6
Tauri pop. 180.2
Tauri Indici deſcriptio 129.24
Taurus mons 110.5. 168.21. 175.8. 215.6. Eiuſdē uaria nomina 110.42
Taurianum opp. 194.42
Taurominiū opp. 25.42. 206.4
Tecolithos lapis 107.13
Telamon promont. 195.18
Telchius auriga Caſtoris & Pollucis 50.17
Telmiſos urbs 168.38
Temeſa opp. 195.1
Tempe 185.26
Tempe Theſſalica 31.39
Tenea opp. 188.2
Tenedos inſula 201.44
Tenſa inſula 19.34
Tenos inſula 204.15
Tergeſtum opp. 191.21
Terina oppidum. 19.36. 195.1
Teroræ pop. 227.21
Terra mari undique cingitur. 147.36. Quinq; zonis diſtinguit. 147.37. Quęnam earum habitabiles. Ibid. 39.
Terræmotus aſsidui in Aſia. 112.22
Teſtudinum ſuperficies ubi domorū inſtar habitant. 138.9
Teſtudinibus uiuentes. 140.25
Teutrania regio 115.13
Thaletis aſtrologi patria. 169.
Thaliį pop. 50.21. (37
Thanatos inſula 63.10
Thaſos inſula 203.16
Theanum opp. 194.18
Thebæ 30.19. & 31.35
Thebæ Aegypti. 96.32. 163.12
Thebæ Bœotiæ 187.14
Thebæ campus 171.9
Theganuſa inſula 204.1
Thynni in Pōto plurimi. 45.19
Thelis flu. 198.30
Themiſcyrum opp. 174.6
Theodoſia opp. 178.29
θεῶν ὄχημα, mons 227.1
Thera inſula 204.10
Thermæ opp. 206.12
Thermodon flu. 174.4
Theſſaliæ deſcript. 31.28. 187.1
Theſſalia opp. 31.35
Theſſalonice opp. 185.16
Therapne opp. 39.19. 187.20
Thermopylæ 188.18
Theramne 28.43
Theutoni pop. 216.13
Thycis flu. 198.30. 199.33
Thymnias ſinus 169.15
Thyni pop. 35.38
Thynnias inſula 201.36
Thymnias promont. 182.35
Thyrſagetæ pop. 176.10
Thyræ 28.46
Thiſſamiſſa portus 169.12
Tholobi opp. 199.41
Thoranius 14.1
Thoricos opp. 188.26
Thraciæ deſcriptio 181.16
Thracum mores & inſtituta. 35.1. & ſeq.
Thule inſula 63.17. & ſeq. 222.1
Thuris conſideratio 98.25
Tibareni pop. 174.9
Tiberiadis lacus 102.17
Tibiarum ſpecies plures 27.41
Tybur opp. 19.18
Tifernus flu. 194.17
Tigridis fluminis hiſtoria. 105. 16. 224.42
Tigridum pernicitas 219.28
Tylos inſula 132.1
Timotheus muſicus 169.37
Timauus flu. 193.10
Timor uocem acuit 16.36
Tingitana prouincia 69.39
Tios opp. 173.41
Tingi opp. 67.50. 156.2
Typhoneus ſpecus 109.31.
Tyrida opp. 35.47 (167.33
Tiriſtris promont. 182.27
Tyros peninſula 165.44
Tyrrheni 19.13
Titanum regnum 40.34
Tmolus mons 114.8
Toloſſa opp. 197.8
Toliſtobogi pop. 116.10
Tomarus mons 28.7
Toreatæ pop. 175.34
Torone opp. 185.8
Tragelaphi ceruis ſimiles. 57.29
Tragopanauis 88.1. 226.27
Tragurium inſula 205.15
Tragurium opp. 191.15
Trapezus opp. 174.20
Treueri pop. 212.9
Tritani fortitudo 13.2
Tripolis 74.8. 166.6
Triton amnis 158.13
Tritonia Minerua 158.14
Tritonice opp. 182.26
Tritonis palus 158.14
Tritium Tobolicum, opp. 211.3
Troas regio 170.42

Trochilos auis 94.15
Trœzen opp. 190.3
Trœzenij pop. 189.22
Troglodytæ pop. 89.16. 143.31. 160.3
Trucones insulæ 205.14
Truentum castellum 194.14
Tubero flu. 224.8
Tulcis flu. 199.45
Tullus Hostilius 5.13
Turariæ tibiæ 27.9
Turcæ pop. 176.11
Turcarum origo & res gestæ 176. in scholijs.
Turduli pop. 209.10

V

VAlerius Soranus neci datus quòd inconsultò Romæ nomen effutijsset 2.48
Valentia opp. 2.30. 200.9
Valetium opp. 194.25
Varduli pop. 210.41. 211.4
Varus flu. 195.21
Vascæ tibiæ 27.5
Vasio opp. 197.6
Veientana gemma 22.19
Velia opp. 195.2
Veneria opp. 74.6
Veneris crinis, gemma. 107.41
Veneris portus 198.32
Venetorum origo 117.41
Venetus lacus 213.1
Vergiliæ in Taprobane insula non apparent 136.1
Via flu. 210.13
Vibij & Pompeij inter se simili tudo 13.40
Vibo oppidum 19.41
Vienna opp. 197.7
Vilba insula 24.13
Vipera frequens in Italia. 21.32
Virgi opp. 200.18
Virgitanus sinus 200.18
Viri quouscq; generent 10.51
Vistula fluuius 58.2
Visurgis flu. 216.2
Vlysippo opp. 65.5. 209.35
Vlysipponẽse promõt. 64.47
Vmbri Gallorum propago. 19.42
Vniones quando primum Romam illati 139.12
Vnguenti odore proditus L. Plotius 120.36
Vnguentorũ usus quando Romæ prohibitus 120.31
Vocem timor acuit 16.36
Volcarum stagna 198.5
Volsci pop. 193.3
Vopiscus qui 12.18
Voturi pop. 116.10
Vri quales 58.17
Vrias sinus 149.20
Vrsi Numidici 72.17
Vthisia urbs 157.5
Vtica opp. 157.35
Vulcaniæ insulæ 27.39
Vulcanius collis 27.18
Vulturnum opp. 195.12
Vulturnus flu. 195.11
Vxores maritorũ causa se perimentes 128.37

X

XAnthus flumen & oppidũ. 168.36
Xerxes ubi exercitũ recoluerit (36.6

Z

ZAcynthos insula 204.4
Zephyre opp. 205.9
Zephyrion promont. 159.22
Zmilaces lapis 106.37
Zone opp. 183.36
Zoroastres eadem hora qua natus erat risit 12.31

ERRATA.

Pag. 19. uers. 9. quod. Eadem pag. uers. 17. Heretum. 26.38. secum, pro secum. 31.40. in Thermæum. 69.28. Hippopotamis. 74.2. Regium. 80.9. nimietatẽ. 84.1. hominum. Ibid. 40. Cynamolgos. 171.27. aspici ostentant. 184.10. Calarnæa. 187.22. Achaia. 206.34. fretoq;.

NOMENCLATIONVM recentiorum, quæ in PETRI OLIVARII scholijs, uetustis locorũ appellationibus subijciuntur, Index.

ACeuta 156.37
Agosta 208.3
Aygues mortes. 198.40
Ayiussa 208.8
Alacant 201.15
Alarabes 155.33
Alcatoẽ 192.3
Algar 196.20
Almeria 201.16
Anatolia 167.51
Ampuries 201.10
Andaluses 211.9
Andria 208.1
Anglia 222.28
Ar 207.45
Arbenga 196.44
Archipelago 154.7
Arles 198.38
Arsen 157.24
Asenagi 229.24
Astora 156.40
Auinionenses 198.41
Aurenge 198.37
Autum 213.52
Aux 213.50

B

BArcelona 201.11
Banquos 159.2
Barbaria 155.32
Barri 196.31
Bartacala 151.43
Baruth 166.22
Baxos de Barberia 159.2
Bediæ 156.39
Beluedere 196.37
Berlingas 222.27
Bernic 160.21
Befiere 198.39
Beson 201.11
Bisano 196.30
Bisartha 158.51
Biscaya 211.18
Bisnagar 151.43
Blayani 213.48
Blanes 201.11
Bocat 151.40
Bolcar 208.5
Bolonga la grassa 196.15
Bona 158.51
Bonadria 160.22
Brachium S. Georgij 172.17
Brindes 196.32
Bugia 157.23
Bulgari magni 177.15
Bulgaris 184.45

C

CAbo de S. Maria 196.10
Cabo de San Vincente. 154.13. 211.12
Cabo de Minerua 196.37
Cabo de Sciglio 196.36
Cabo de Sole 196.35
Cabo de Carbonero 201.2
Cabo de tres arcas 158.50
Cabo de Martin 201.13
Cabo de Chio 169.28
Cabo de Cantero 156.36
Cabo de bona speranca 151.34
Cabo de la Columba 191.50
Cabo de Maluasia 192.5
Cabo de Colone 196.35
Cabo Pacyno 208.4
Caliz 207.41
Caller 208.6
Callicut 151.42
Campagna 196.19
Camul 151.45
Canal de Venecia 154.8
Canamor 151.43
Canariæ 229.24
Cancarrõ de Mahoma. 160.21
Candia 208.1
Canistro 191.48
Caput Sanctæ Mariæ 172.16
Cap de Creus 198.43
Caput de Gata 201.6

Cartaia 201.17
Cartagena 201.16
Catania 208.2
Cathaia 151.48
Cathai 151.40
Ceraſo 177.13
Cercelli 196.40
Ceſena 196.42
Chairã Thebet. 151.40
Chichitalis 151.45
Chinarum 151.41
Chipiona 201.16
Cyanba 151.40
Cinopolis 173.51
Circe 173.38
Ciuita Vieia 196.41
Cobliure 198.43
Coymbra 211.13
Comana 173.51
Conſtana 157.23
Corena 155.32
Corfu 207.52
Corneto 196.41
Coſtes de Garraf. 201.
Crutone. 196.34 (11

D

DAmala 192.4
Damiata 164.19
Delempurda 213.46
Deſquillachro 196.34
Diaſquilos 173.39
Dordongna 213.49
Dragonera 208.8
Duero 211.14
Durazo 192.8

E

EBro 201.13
Ecija 201.9
Elb 216.34
Eme 216.33
Ereapolis 192.3
Eres 198.40
Eſquillacho 196.35
Extremadura 211.11

F

FAnte 196.31
Far 149.43
Far de Cõſtantinopoli. 149.43
Far de Meſina. 208.2
Far de Gallipoli. 149.
Fermo 196.18 (42
Fillea 184.52
Finis terræ 211.15
Finis terræ in Compoſtella 154.14
Flauianeo 196.18
Fondi 196.40
Franca uilla 196.11
Freio 198.40

G

GAdira 222.27
Gaëta 166.20
Gaieta 196.40
Gallegos 211.14
Garillano 196.38
Garona 213.47
Genoueſes 196.13
Gergenti 208.3
Gibel 166.21
Gibraltar 149.41.& 156.39
Goranto 192.3
Granatenſes 211.10
Guadiana Ibid.
Guada Lauiar 201.13
Guadalguebir 211.10
Guardia 156.40
Guaſto 196.30

H

HAlapia 165.26
Halor 151.48

I

IAffa 165.34
S. Iacobus in Compoſtella 211.17
Idubeda 200.43
Iuuenatia 196.31
Izlanth 222.29

L

LAgo de Geneua. 198.34
Laiaſſa 167.40.
Lamay 151.41
Lamires 170.36
Lango 207.44
Larta 192.6
Lepanto 192.2
Leuante 149.22
Lezo 196.32
Lobregat 201.12
Loreto 196.18
Los Chelbens 159.2
Liche 166.22
Linia 211.14
Lipus 213.44
Lipuſca 211.18
Lysbona 211.13
Liſontio 196.19
Lugent 201.15
Lupia 216.34

M

MAhometa 159.1
Maiuſte 229.24
Malaqua 151.42
Malo 167.40
Mallorca 208.7
Malta 208.5
Malueſſa 192.3
Mar Negro 177.14
Mar de la Toſcana. 198.35
Mar de Suria 154.7
Marcha d' Ancona. 196.11
Marcha Treuiſana. 196.7
Margath 166.21
Marruecos 155.33
Manfredonia 196.11
Melaſa 170.35
Menorca 208.7
Merida la grãde. 201.9
Meſſer 164.10
Meſina 208.2
Metelina 207.44
Mezo Giorno. 149.25
Migno 211.14
Mil 207.52
Miſſetia 192.2
Moabat 151.41
Moabor 151.40
Modona 192.2
Modena 196.15
Monini 201.10
Mons Caluernia. 198.
Montanæ. 211.17 (34
Montalto 196.41
Monte de la ſtrella. 200.47
Monte ſancto 185.4
Montes de Iaqua 213.
Morea 154.11 (46
Moruedre 201.14
Mulpha 191.40
Murſuli Ibid.

N

NArbona 198.39
Narſinga 151.42
Nigropont 207.52
Nimes 198.37
Niſa 198.39
Nola 196.39
Norden 149.26

O

ODera 216.34
Orbitello 196.42
Oroſpeda 200.43
Oſt 149.22
Oſtrelingi 154.16
Otrento 196.33

P

PAlentia 201.7
Palermo 208.4
Palomera dauila. 200.45
Palus nigra 227.38
Pandarani 151.43
Pariſa 173.39
Patras 192.5
Pelicor 196.34
Perpinna 198.42
Peſaro 196.25
Peſcaria 196.29
Phara 207.45
Plumba 196.25
Piſa 196.42
Piumbino Ibid.
Po 196.20
Polenſa 208.7
Polycaſtro 196.37
Polonia 218.8
Poloni. 154.16.& 181.5.& 6
Ponente 149.23.
Porto de Sur 166.20
Porto de Saba 158.50
Predena 192.4
Puerto de S. Maria. 201.18
Puerto de la Tablada. 200.45
Puerto del Colmenar 200.46
Puerto del Pico 200.
Puerto de Torna-(46 uacas 200.46
Puzoli 196.38

Q

QVinopoli 177.13
Quipia 159.1

R

RAgni 198.39
Rimino 196.25
Royne 198.40
Romandiola 196.19
Roncesualles 213.45

S

SAinctes 213.53
Salen Mela 196.12
Salonica 191.48
Salſes 198.42
Samo 207.44
Sancta Maria 201.18
S. Matthæus 154.14
S. Adrianus. 213.45
Sanangelo 196.30
Santongers 213.53
Saona. 196.44 (208.3
Saragoſa de Sicilia.
Sardengna 208.6
Sarrazana 196.43
Sclauoni 192.7
Sclauonia 154.12
Sebaſtopolis 172.13
Selandia 222.29
Sena 213.49
Sereca 151.44
Seriro 207.51
Seſſa 196.38
Seuilla 201.9
Sidoni 166.20
Sidrio 207.51
Sierra dal marca 156.
Sierra Datienca (38 200.45
Siges 201.12
Silefe 157.24
Sinopi 177.13
Synarum 151.41
Syponto 196.31
Solda 166.21
Soria 201.8
Sorrento 196.37
Spiga 173.39
Spre 216.34

Stalimin 207.51
Strues 191.50
Sumo Sierra 200.45
Sur 166.19
Suria 165.25

T

TAio 211.13
Tana 153.51. 207.41
Tangut 151.45
Taniar 156.37
Taranto 196.34
Tarfaro 166.22
Tariffa 201.18
Tarragona 201.12
Tarſo 167.41
Tartari 222.32
Tartaria 151.46
Tartaria minor. 181.6
Tauernera 208.4
Tauila 211.12
Taxo 207.51
Tenedo 207.43
Teriana 196.36
Terra de Genoua. 196.43
Terra de Damaſco. 165.27
Tio 173.51
Tolomita 160.22
Torcello 196.20
Torma patain. 151.43
Toſcana 196.13
Traiectum 196.39
Tramontana 149.25
Trapezonda 177.14
Treuers 213.51
Trieſte 196.18
Tripol de la Suria. 166.20
Trochara 160.22
Tronto 196.18
Turchia 167.51
Turcę maiores. 173.38
Turgiua 151.42
Turqueſtam 225.17

VAëna 211.12
Var 151.41. 196.44
Vbeda 201.17
Velez Malaga 201.16
Verde 229.22
Vilturno 196.38
Vngaria 181.13
Vualachi 181.7
Vualachia 181.8
Vueſt 149.24
Vueſer 216.34

X

XIo 207.44
Xucar 201.14
Zuyd 149.25

IVLIVS SOLINVS AVTIO SVO S.

VOniam[a] quidam[b] impatientius potius quàm ſtudioſius, opuſculũ quod moliebar intercipere properarunt, idq; etiam tum impolitum, prius in medium dederunt quàm inchoatæ rei ſumma manus imponeretur: & nunc exemplaribus corruptis, quæ damnata ſunt, quaſi probata circunferunt, præteritis quæ ad incrementũ cognitionis acceſſerunt cura longiore: ne fortè rudis & imperfecta materia, uelut ſpectatus à me liber, in manus tuas deferretur, opuſculum ſententia mea digeſtum ut noſceres miſi. Primò, quòd referendus ad induſtriam tuam fuit tenor diſpoſitionis: deinde, ut ſcabræ adhuc[c] informitatis proditio, editione uera extingueretur. Erit igitur operi iſti titulus[d] POLYHISTOR. Nam quem in exordio deſignaueram, ſcilicet, Collectanea rerum memorabilium, cum ijs[e] quæ improbauimus, placuit obliterari. Collata igitur hac epiſtola cum ea quæ auſpicium ſcriptionis facit, intelligis[f] eodem te loco habitum, quo eum cui laboris noſtri ſummam dedicauimus.

SCHOLIA EPISTOLII PRAELIMINARIS.

VT de ipſo autore aliquid in medium proferamus, locus planè uidetur exigere, in ipſo adeò operis ipſius limine. Itaque quo tempore Solinus uixerit, incertum eſt. Quidam autumant eum ante Plinium uixiſſe, Pliniumq; ſua, præſertim de animalibus, ex Solino ſumpſiſſe, quod tamen Hermolaus Barb. negat, eundem cum Martiano Capella ingratitudinis in Plinium accuſans, quòd eidem non referant accepta, quæ ab ipſo uterq; didicerit. Certum eſt autem uixiſſe Plinium temporibus Veſpaſiani, cui opus ſuum Naturalis Hiſtoriæ dicauit. Sequitur ergo ex Hermolai ſententia, Solinum poſt Veſpaſianum & Plinium uixiſſe. Verba Hermolai Barbari require lib. 5. cap. 7. Plinij. Sed nõ alienum quoq; fuerit, Ioachimi Vadiani uiri doctiſſimi de Solino ſententiã hoc loco ſubiungere. Is igitur in Commentarijs ſuis in Pomp. Melam, in dictione Taurus: Nemo, inquit, de Tauro copioſius, elegantiusq;, Plinio: quem legito, & ſimiam eius Solinum, in Ciliciæ deſcriptione: nam & hic autor lectu digniſſimus eſt, non tam quòd rerum illuſtriũ breue traxit è Plinio compendium, quàm quòd emunctæ phraſis & appoſitæ in hoc ſcribendi genere dictionis autor eſt. Nam res pleræq; omnes quas tractat, Plinij laboribus debentur. Hæc ille. a ¶ Quoniam.) Immaturã libelli editionẽ excuſat, quo á ſui perperàm ſtudioſis quibuſdam, ſe ignorante, nec dum editionem cogitante (extrema ſcilicet manu nondum illi addita) interceptus in publicum prodierit: unde & retractandum ſibi illum, & emendatiorem fuiſſe edendum ait, ne rude & indigeſtum adhuc opus pro ſpectato ſeſe & abſoluto paßim uenditaret. b ¶ Impatientius quàm ſtudioſius.) Formula loquendi Curtio familiaris. c ¶ Informitatis.) Vetuſta aliquot exemplaria habent, Informationis: ſed melior uidetur hæc lectio. d ¶ Polyhiſtor.) Quaſi dicas, multarũ rerum memorabilium cõmentarius. e ¶ Quæ improbauimus.) Alibi legitur, Quæ probauimus: quod magis placet. f ¶ Eodem te loco habitum.) Alium eſſe, cui librũ Solinus inſcripſit, ab eo, ad quem epiſtolam hanc cum caſtigato opere deſtinauit, hinc manifeſtè colligitur: quod non animaduertunt, qui utranq; epiſtolam ad Autium ſcriptam exiſtimant.

C. IVLII SOLINI IN POLYHISTORA PRAEFATIO.

Quæ sit operis & autoris intentio, Caput primum.

VMET [a]auriũ clementia, & optimarum artium studijs præstare te cæteris sentiam, idq; oppidò expertus, de beneuolentia tua nihil temerè perceperim, putaui examẽ opusculi huius tibi potissimum dare, cuius uel industria promptius suffragium, uel benignitas ueniam spondebat faciliorem. [b] Liber est ad compendiũ præparatus, quantumq; ratio passa est, ita moderatè repressus, ut nec prodiga sit in eo copia, nec damnosa concinnitas: cui si animum propius inteneris, uelut [c] fermentũ cognitionis magis [d] ei inesse, quàm [e] bracteas eloquentię deprehendes. [f] Exquisitis enim aliquot uoluminib. studuisse me cõpendio fateor, ut & à notioribus pedem referrem, & remotis longius immorarer. Locorum cõmemoratio plurimũ tenet, in quam partẽ fermè inclinatior est uniuersa materies: quorum commeminisse ita uisum est, ut inclytos terrarum situs, & insignes tractus maris, seruata orbis distinctione, suo quæq; ordine rederemus. Inseruimus etiã pleraq; differẽter cõgruentia, ut si nihil aliud, saltem [g] uarietas ipsa legentiũ fastidio mederetẽ. Inter hæc, hominũ & aliorum animaliũ naturas expressimus. Addita sunt pauca de arboribus & lapidibus [h] exoticis, de extimarũ gentium formis, de ritu disſono abditarum nationum: nonnulla etiam memoratu

ENARRATIO CAPITIS PRIMI.

PRincipio admonendũ uidetur, exemplaria multum uariare in præfationis huius inscriptione: alijs quidem Autij nomen, cui librum nuncupatũ falso nonnulli affirmarũt, præferentibus: alijs planè omittentibus, solo præfationis titulo apposito. Rursum in alijs pro Autio, Aduentũ, & Auentinũ legimus. Sed de inscriptione, cũ de ipso quoq; autore nihil certi extet, nimis solicitũ esse, ridiculũ fortè fuerit. Cæterũ in hac præfatione institutũ suũ ac operis totius argumentũ exponit Solinus. Voluit aũt ea quæ diffuse & sparsim per alios tradita erãt de mirabilib. mũdi, hic simul, & cõpendiosè perstringere, ut esset liber iste uelut optimo cõspersus fermẽto, quod exiguã pastæ portionẽ in magnã massam intumescere facit, idemq; à tenui loquacitatis bractea longè abesset, quæ præter tenuitatẽ aut inanitatẽ ipsam aliud nihil habet. Et quò dictis suis maior adhiberetur fides, uoluit quoq; loca ipsa quorũ passim meminit, lectoribus esse contestata, & neminem sua legere qui nõ mediocriter teneret orbis distinctionẽ, terrarũ situs, & maris sinus atq; tractus. Sine fructu enim leguntur, quæ citra cosmographiæ cognitionem in hoc atq; similibus autoribus, qui de orbis partibus scripserũt, leguntur. Cæterum capeßit principium ab urbe Roma, quã orbis caput esse dicit, quòd suo tempore monarchia illic sedẽ haberet. Historici tamẽ hãc prodiderũt causam, cur Roma caput orbis fuerit nuncupata. Cum enim Tarquinius Superbus Capitolium extrueret, caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse, quæ uisa species haud per ambages arcem eam imperij, caputq; rerũ fore portendebat: idq; ita cecinere uates qui in urbe erant, quosq; ad eam rem consultandã ex Hetruria acciuerant. Autor est Liuius primo ab urbe cõdita libro. Addit Dionysius Halicar. antiquitatum Romanarũ lib. 4. idipsum caput fuisse nuper occisi hominis, habuisseq; faciem uiuis similem, & à capite manantem sanguinẽ, ipsumq; caput calidum adhuc atq; recens: fuisseq; tandem ab Hetrusco uate Romanis legatis, qui hanc ob causam ex ciuibus probatißimis ad eum mißi fuerant, responsum: Viri Romani dicite uestris ciuibus, fato dari caput Italiæ fore omnis hunc locum, in quo caput est repertum: & ex illo Capitolinus, ob capitis inuentionem, is locus uocatur.

a ¶Cum & aurium.) Beneuolentiam captat. b ¶Liber est.) Attentio, cum docilitate. c ¶Fermentum cog.) Materiam, seu mixturam, qua rerum cognitio augeatur. translatio alienior paulò. d ¶Ei inesse.) Aliàs, eum esse. e ¶Bracteas.) Metaphora ab auri bracteis. unde bracteatum opus, & bractearij, & ars bractearia dicitur. Sic autem uocat uerborum ornatum, & fucum orationis. f ¶Exquisitis.) Id est, selectis. Sic Plt. Exquisitis autoribus centũ, inclusimus trigintasex uoluminibus. g ¶Varietas.) Hæc enim rerũ omniũ condimentũ etiã prouerbio dicitur. h ¶Exoticis.) Pere

grinis. Sic Plautus exotica unguenta dixit. i ¶Antiquitatis diligen.) Idem Pli. lib. 23. cap. 6. Non est satis mirari curam diligentiamq; priscorum, qui omnia scrutati, nihil intentatum reliquere. Et lib. 25. cap. 1. Nihil ergo intentatũ inexpertumq; illis fuit: nihil deinde occultatũ, quod nõ prodesse posteris uellent. k ¶Libres.) Expendas. Eadem metaphora dixit, qua prius Examen. l ¶Vestig. uet. monet.) Id est, priscorũ auctoritati innitentes. Metaph. m ¶Sicut ergo.) Ratio, quare ab urbe Roma, q̃ aliunde incipere maluerit. n ¶Releg. tram. dec.) Hoc est, repetere quæ de urbe Roma omnibus passim autoribus celebrata sunt. Verg. Littoraq; Epiri legimus. De annalibus quid ab historia differant, uide apud Gell. lib. 5. cap. 18.

moratu digna, quæ prætermittere incuriosum uidebatur, quorũq; autoritas (quod in primis industriæ tuæ insinuatũ uelim) de scriptoribus manat receptissimis. Quid enim proprium nostrum esse poterit, cum nihil omiserit[l] antiquitatis diligentia, quod intactum ad hoc usq; æui perseueret? Quapropter quæso te, ne de præsenti tẽpore editionis huius fidẽ[k] libres: quandoquidem[l] uestigia monetæ ueteris persecuti, opiniones uniuersas eligere maluimus potius, quàm innouare. Itaq; si qua ex istis secus quàm opto in animũ tuum uenerint, des uelim infantiæ meæ ueniã: nam constantia ueritatis penes eos est quos sequuti sumus.[m] Sicut ergo hi qui corporũ formas æmulantur, postpositis quę reliqua sunt, ante omnia effigiant modum capitis, nec in alia membra prius lineas destinãt, q̃ ab ipsa (ut ita dixerim) figurarũ arce auspicium faciant inchoandi: ita nos quoq; à capite orbis, id est, ab urbe Roma principiũ capessemus, q̃uis nihil super ea doctissimi autores reliquerint, quod in nouum præconium possit suscitari, ac superuacaneum penè sit[n] relegere tramitem decursum tot annalib. Ne tamen prorsus dissimulata sit, originem eius quanta ualemus prosequemur fide.

SCHOLIA CAP. II.

a ¶Romæ uocabulũ.) De urbis Romæ nomine multa Plutar. in uita Romuli, & Dionys. Halicar. lib. 1. b ¶Ab Euandro.) Euandrum hunc antiquissimũ Arcadiæ regem putant ex Pallantio urbe Arcadiæ ante res Troianas in Italiam nauigasse, ibiq; regnasse. Plura de hoc Verg. Aeneid. 8. Ouid. Fast. 1. Iustin. lib. 45. Liuius decad. 1. lib. 1. Quare autem Roma ante hunc Euandrum Valentia dicta fuerit, uariæ sunt opiniones etiã apud antiquos scriptores. Deinde quòd quidã putarint nomen Romæ nõ publicandum, id propterea factum putant, ne ab hostibus carmine & precib. deuoueretur. Credebantur enim preces apud deos inefficaces, si proprium nomen nõ exprimeretur. Id cum Soranus apud exteros incõsultò effutisset, supplicio uitam finiuit. Plura Plin. lib. 3. cap. 5. & lib. 28. cap. 2. Plutarch. problem. 60. Macrob. Satur. 3. ca. 9. Sempron. de diuis. Italiæ. c ¶Extructum antea.) Dionys. Halic. Euandrum ait primũ extruxisse. d ¶Ῥώμλω.) Robur ac potentiam Græcis significat. e ¶Quã Arcades.) M. Varro de ling. lat. lib. 1. ab arcendo dictam esse arcem inquit, eò quòd hostes ab impetu arceat ac deterreat. f ¶Rome nobiliss.) De hac Fab. Pictor & C. Sempronius cap. 6. Item Plutarch. de uirtutibus mulierum. g ¶Propriũ Romæ nomen.) Plin. lib. 3. cap. 5. & lib. 28. cap. 2. Plutarch.

De origine urbis Romæ, & temporibus eius, deq; septem Romanis regibus. Cap. II.

SVnt qui uideri uelint[a] Romæ uocabulum[b] ab Euandro primũ datum, cum oppidum ibi offendisset, quod[c] extructũ antea Valentiam dixerat iuuentus Latina, seruataq; significatione impositi prius nominis, [d]ῥώμλω græcè, Valentiam nominatam; [e]quam Arcades quoniam in excelsa parte montis habitassent, deriuatum deinceps, ut tutissima urbium Arces uocarẽtur. Heraclidi placet, Troia capta quosdã ex Achiuis in ea loca, ubi nũc Roma est, deuenisse per Tyberim, deinde suadente[f] Rome nobilissima captiuarũ, quæ his comes erat, incensis nauibus posuisse sedes, struxisse mœnia, & oppidũ ab ea Romen uocauisse. Agathocles scribit Romen nõ captiuã fuisse, ut suprà dictum est, sed Ascanio natam, Aeneæ neptem, appellationis istius causam fuisse. Traditur etiam[g] propriũ Romæ nomen, ueruntamen uetitũ publicari, quãdoquidem quo minus enũciaretur, cerimoniarũ arcana, sanxerũt, ut hoc pacto notitiã eius aboleret fides placitæ taciturnitatis. Valeriũ deniq; Soranũ, quòd contra interdictum eloqui id ausus foret, ob meritum profanæ uocis, neci datum. Inter antiquissimas sanè religiones

facel-

[h]ſacellum colitur [i]Angeronæ, cuí ſacrificaẽ ante diem xíj. calen. Ianuaríarũ: quæ diua præſul ſilentíj ipſius, prænexo [k] obſignatoq; ore ſimulacrum habet. De temporib. urbis conditæ ambiguitatũ quæſtiones excitauit, quòd quædam ibi multò ante Romulum condita ſunt. Quippe aram Hercules, quã uouerat ſi amiſſas boues reperiſſet, punito Caco, patrí inuentorí dicauit. Qui Cacus habitauit locũ cuí Salínæ nomen eſt, ubi [l] Trigemína nunc porta. Hic (ut Cælius tradit) cum à Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus uenerat Marſyæ regis, ſocio Megale Phryge, cuſtodíæ foret datus, fruſtratus uíncula, unde uenerat rediit: & præſidíjs amplioríbus occupato circa Vulturnũ & Campaníam regno, dum etiã ea attrectare auderet, quæ conceſſerant ín Arcadũ íura, duce Hercule, quí tunc fortè aderat, oppreſſus eſt: & Megalen Sabíní receperunt, diſciplínam augurandí ab eo edocti. Suo quoq; numíní ídem Hercules ínſtituit aram, quæ maxíma apud põtífices habetur, cum ſe ex Nicoſtrate Euãdrí matre, quę à uaticínio Carmentis dicta eſt, ímmortalẽ cõperiſſet. Conſeptum etiam, íntra quod rítus ſacrorũ, factis bouicidíjs, docuit Potítios. Sacellum Herculis [m] ín foro boario eſt, ín quo argumenta cõuiuíj †lætę maieſtatis ípſius remanẽt. Nam diuínitus íllò neq; canibus, neq; muſcís íngreſſus eſt. Etenim cum uíſcerationem ſacrificij líbaret, [n] Myagrum deum dícitur ímprecatus. Clauam uerò ín adítu reliquiſſe, cuíus olfactu refugerẽt canes: íd uſq; nũc durat. Aedem etiam, quæ Saturní ærariũ fertur, comites eíus condiderũt ín honorem Saturní, quem cultorem regionis íllíus cognouerãt extitiſſe. † Item [o] montem Capitolínum Saturnium nomínarunt. Caſtelli quoq; quod excitauerant, portã, Saturníam appellauerunt, quæ poſtea Pandana uocata eſt. Pars autẽ ínfima Capitolíní montís habitaculum Carmentæ fuit, ubí Carmẽtis nunc fanum eſt, à qua Carmentalí portę nomẽ datũ eſt. Palatiũ uerò nemo dubitauerit quín Arcades habeat autores, à quíbus prímum Pallanteum oppídum cõdítum, quod aliquandiu Aborígines habitarunt, ſed propter íncõmodum uícínæ paludís, quam præterfluens Tyberís fecerat, profecti Reate, poſtmodum relíquerunt. Sunt quí uelínt à balatíbus ouium, muta litera, uel à Pale paſtorali Dea, aut (ut Sílenus probat) à Palante Hyperborei filia, quam Hercules íbí cõpreſſiſſe uíſus eſt, nomen mõtí

De cõſecratione urbis.

† & maieſtatis

† Idem

problem. 60. Macrob. Satur. 3. cap. 9. Sempronius de diuiſ. Italiæ. *h* ¶ *Sacellum colitur.*) *In templo Volupiæ.* *i* ¶ *Angeronæ.*) *Angerona dea credita eſt, quod angores ac animorũ ſolicitudines propitiata depellat, ſiue quia anginæ morbo mederi inuocata credebatur: & figurabatur ſimulacrum eius cũ digito labijs admoto, qua effigie ſilentiũ indicabatur. Cacus autem cuius paulò pòſt fit mentio, ſeruus fuit nequiſſimus Euandri, qui agros uicinorũ igne depopulabatur, & ob id à poëtis fingitur filius fuiſſe Vulcani, ore ignem fumũq; uomens. Hunc cum ſoror ſua eiuſdem nominis prodidiſſet, ſacellum meruit in quo ei per uirgines Veſtales ſacrificabatur.* *k* ¶ *Obſignatoq; ore.*) *Obſignationis huius cauſam aſſignat Macrob. loco ſuprà citato. Vide et prouerb. apud Eraſ. Digito compeſce libellum. Pro eo autẽ quod hic legimus, Silentij ipſius, uetuſti codices habent, Silentij iſtius: ut ad ſilendum urbis nomen referri poſſit, quaſi ei arcano celando præeſſe hæc dea credita ſit.* *l* ¶ *Trigemina porta.*) *Situm huius portæ infra in deſcriptione urbis cõtemplari poteris, unà cum montibus quos urbis mœnia cingunt.* *m* ¶ *In foro boario.*) *Forum illud ſic cognominatum quidam putant à bubus Herculis: alij ob id quòd in eo loco boues uendi conſueuerint. In eo præterea tauri æneũ ſimulacrũ fuiſſe refert Tacitus, ab eoq; Romulũ deſignandi oppidi ſulcũ cœpiſſe ducere. Potitij & Pinarij nomina ſunt familiarium inclytarum.* *n* ¶ *Myagrũ.*) *Quidam uetuſti codices habent, muſcarũ deũ. Hunc, ut Pli. ſcribit lib. 10. cap. 28. Cyrenaici inuocãt, afferẽte multitudine muſcarũ peſtilentiã: quæ protinus intereũt, q̃ litatum eſt illi deo. Scribit & Romæ ædem eſſe Herculis in foro boario, quã neq; muſcæ neq; canes intrant. Pli. eundem loco iam citato Achorẽ uocat, & lib. 29. ca. 6. Myodẽ.* *o* ¶ *Montẽ Capitolinũ.*) *Mõs iſte olim Saturnius uocatus fuit, à deo Saturno: deinde Capitoliũ, quòd illic cum fundamenta foderẽtur ædis Iouis, caput hominis inueniretur. Vocatus eſt & hic mons antè Tarpeius, à uirgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata armis & ſepulta. Eſt quoq; ibi Saturnia porta, quæ deinde Pandana uocari cœpit, quòd ſemper patéret. Meminit Dionyſius Siculus & Carmentalis portæ, quæ fuit iuxta Capitoliũ. Palatium uerò dictum eſt pro Palantiũ, quod urbs fuit in Arcadia, unde Arcades Romã uenientes, huic*

Aborigines. loco nomen indiderũt. Cæterũ Aborigines populi sunt sic appellati, quòd errantes cõ uenerint in agrum, qui nunc est populi Romani, quorũ rex primus fuit Saturnus, post quem tertio loco regnauit Faunus, sub quo Euander ab Arcadiæ urbe Palantio in Italiam uenit. Alij putãt Aborigines sic dictos græco nomine, quòd montes incoluerint. Sunt qui & Palatium sic uocatum putent à balando, quòd ibi pecus pascens balare consueuerit: uel à palando, quod ibi pecudes errare solebant. Alij aliter sentiunt, ut scribit quoq; autor iste. Et cum mons Palatinus ob præterfluentem Tyberim incõmodam præstiterit habitationem, ut hic Solinus scribit, sicut & typus urbis infrà exprimit pontẽ, qui transmittit ad palatium, nescio quare is mons in descriptione Romæ inuenitur ferè remotiorẽ habere situm à ripa Tyberis: nisi fortè duo fuerint colles sic nominati.

adoptatũ. Sed quanq; ista sic cõgruant, palàm est prospero illi augurio deberi gloriã Romani nominis, maximè cum annorũ ratio faciat cardinem ueritati. Nam, ut affirmat Varro autor diligentissimus, Romam condidit Romulus, Marte genitus & ᵖ Rhea Syluia, uel ut nõnulli, Marte & Ilia. Dictaq; primũ est Roma quadrata, quòd ad æquilibriũ foret posita. Ea incipit à sylua, quæ est in area Apollinis, & ad superciliũ scalarum Caci habet terminũ, ubi tuguriũ fuit Faustuli. Ibi Romulus mansitauit, qui auspicatò fundamenta murorũ iecit, duodeuigínti natus annos, xí. caleñ. Maías, hora post secũdam ante tertiã: sicut Lucius Tarũtius prodidit mathematicorũ nobilissimus, ᵍ Ioue in piscibus, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in scorpione, Sole in tauro, Luna in libra cõstitutis. Et ob seruatũ deinceps ʳ ne qua hostia Parilibus cæderetur, ut dies iste à sanguine purus esset: cuius significationẽ de partu Iliæ tractã uolũt. Idem Romulus regnauit annos vij. & xxx. De ˢ Ceninensibus egit primũ triumphũ, & Acroni regi eorum

p ¶ Rhea Syluia.) Rhea Vestalis à Syluio rege Syluia denominata, & ab Ilio urbe unde originem duxit, alio nomine Ilia uocata, cuius filius Romulus obseruato augurio in saxis nemorosi palatij, uidit duodecim uolucres, & frater eius Remus in cacumine mõtis Auentini uidit sex aues, & ex hoc augurio capiũt arbitriũ urbis.

q ¶ Ioue in piscib.) Locum hunc Solini fálsum esse satis indicat, quòd fieri nulla ratione potest, ut Sole in tauro existente, Mercurius aut Venus in scorpione sint. Causa est, quòd Plinij autoritate cap. 17. lib. 2. Veneris stella nunquam longius 47. partibus, Mercurius autem nunquam longius 20. partibus à Sole abscedant. Dato igitur quòd in scorpione tamen fuerint, consequens erit, ut Soli possint opponi: quod nulla prorsus ratione posse contingere, uerba Plinij & astronomorũ autoritas abundè confirmat. Quantũ autem ad habitudinẽ attinet Planetarum, Iupiter in piscibus propria domo statutus, loco summã in rebus spiritualibus autoritatem, & sacrorũ ceremoniarumq; peculiarem diligentiam indidit. Plura uide in cõmentarijs Vadiani super Pomp. Melæ lib. 2.

Parilia. r ¶ Ne qua hostia Parilibus.) Secundum Solinum Parilia festa dicuntur à partu Iliæ, quasi partus Iliæ. Id autẽ maiores instituti tenuerunt, ut cum die natali munus annale Genio soluerent, manum à cæde ac sanguine abstinerent, ne die qua lucem ipsi accepissent, alijs demerent.

s ¶ Ceninenses.) Populi à Cenina urbe Italiæ sic dicti.

Iupiter cur dictus Feretrius. Porrò Iupiter Feretrius dictus est, quòd pacem ferre crederetur: cui Romulus primũ templũ Romæ extruxit. Romulus itaq; cum Palatium inhabitasset atq; Cælium montem propinquum, & iuxta paludem Capreæ animã reddidisset, successit illi Tatius qui montem Capitolinũ ab initio ceperat, in qua postea templum Iunoni

Olympias. Monetæ extructum fuit. Hanc autem Monetam dictam aiunt, à monendo. Olympias spaciũ est quinq; annorum, quod à Romanis lustrum dicitur: & hic pro 27. putant legendum 13. olympiade. Nam aiunt præcessisse urbem conditam sex olympiades, & à condita urbe siue à cœpto regno fluxerunt anni 21. usque ad bellum quod Romulus habuit cum Sabinis populis circa Tyberim habitantibus, quod tribus durauit annis: ac deinde cum Romulo Tatius quinq; annis tenuit principatum, qui anni simul iuncti faciunt 29. Tatio successit Numa secundus rex, sepultusq; est postquam regnauerat 33. annis trans Tyberim sub Ianiculo monte. Post hunc creatus est tertius rex Tullus Hostilius, qui (autore Liuio) urbi adiecit Cælium montem, ubi & relicta Velia habitare cœpit. Huius successor Ancus Martius quartus rex addidit urbi montem Auentinũ atque Ianiculum, habitauitq; in sacra uia, quæ sic appellatur, quòd in ea inter Romulum & Tatium sacrum fœdus ictum fuerit. Hic Ancus cum Tarquinium Priscum, antea Lucumonem dictum, tutorem filiorum reliquisset, oblitus Lucumo filiorũ regis, Romanorũ regno præter æquum & fas potitus est. Cæterum Mugonia porta eadem est quæ & Trigonia, siue triangularis, à mugitu pecorum, quæ uenalia per eam ingrediebantur, sic dicta: aut ut alijs placet, à Mugio quodam, qui eidem tuendæ præfuit. Post Tarquinium Priscum assecutus est regnum Seruius Tullius, qui habitauit Exquilias, in quo monte fuerũt duo uertices, Olbius & Pullius: ipse enim iunxit urbi colles, Exquilium, Viminalem, Quirinalem, & extruxit Dianæ templum in Auentino. Hic à genero suo Tarquinio Superbo præter omne ius interemptus est, successitq; illi parricida in imperio, Superbus cognominatus ob corruptos mores: & cum multis annis imperasset, ob Lucretiæ à filio illatum stuprum ac alias tyrannides, regno eiectus est. Pro

Fagutalem

corũ detraxit ſpolia, quæ Ioui Feretrio primus ſuſpendit, & opima dixit. Rurſum de Antennatibus triumphauit. De Veientibus poſtremò. Apud Capreæ paludẽ t nonis Quintilibus apparere deſijt. Cæteri reges, quibus locis habitauerint, dicemus. Tatius in arce ubi nunc ædes eſt Iunonis Monetæ, qui anno quinto pòſt, q̃ ingreſſus urbem fuerat, à Laurentib. interemptus, vij. & uiceſima olympiade hominẽ exuit. Numa in colle primùm Quirinali, deinde propter ædem Veſtæ in regia, quę adhuc ita appellatur: qui regnauit annis tribus & quadraginta, ſepultus ſub Ianiculo. Tullus Hoſtilius in Velia, ubi poſtea deũm Penatũ ædes facta eſt: qui regnauit annos duos & triginta, obijt Olympiade quinta & trigeſima. Ancus Martius in ſumma ſacra uia, ubi ædes Lariũ eſt: qui regnauit annos quatuor & uiginti, obijt Olympiade prima & xl. Tarquinius Priſcus ad Mugoniam portã ſupra ſummã nouam uiam, qui regnauit annis vij. & xxx. Seruius Tullius Exquilijs ſupra cliuum t Olbium, qui regnauit annos duos & quadraginta. Tarquinius Superbus & ipſe Exquilijs ſupra cliuum Pullium, ad Fagutalem lacũ: qui regnauit annos xxv. Cincio Romã duodecima Olympiade placet conditã, Pictori octaua, Nepoti & Luctatio opinionem Eratoſthenis & Apollodori comprobantibus, Olympiadis vij. anno ſecundo: Pomponio Attico, & M. Tullio, Olympiadis ſextæ anno tertio. Collatis igitur noſtris & Græcorũ temporibus, inuenimus incipiente Olympiade ſeptima Romã conditã, anno poſt Ilium captũ ccccxxxiij. Quippe certamen Olympicum, quod Hercules in honorem attaui materni Pelopis ediderat, intermiſſum, Iphiclus filius eius inſtaurauit poſt excidium Troiæ, anno quadringenteſimo octauo. Ergo ab Iphiclo numerat̃ Olympias prima. Ita ſex mediis Olympiadibus interiectis, quibus ſingulis anni quaterni imputantur, quũ ſeptima cœptante, Roma condita ſit, inter exortum urbis, & Troiam captam, iure eſſe quadringentos annos & xxxiij. conſtat. Huic argumento id accedit, quòd cum Caius Pompeius Gallus, & Quintus Verannius urbis conditæ anno octingenteſimo primo fuerint conſules, Conſulatui eorum Olympias vij. & ducenteſima actis publicis annotata eſt. Quater ergo multiplicatis ſex & ducentis Olympiadib. erũt anni octingenti xxiiij. quib. de ſeptima Olympiade annectendus eſt primus annus, ut in ſolidum colligantur anni octingenti xxv. Ex qua ſumma detractis uiginti annis & iiij. Olympiadum retro ſex, manifeſtò octingenti & unus annus reliqui fient. Quapropter cum octingenteſimo primo anno urbis conditę, ducenteſima ſeptima Olympias cõputetur, par eſt Romã vij. Olympiadis anno primo credi conditam. In qua regnatum eſt annis ducentis xli. u Decemuiri creati anno ccc. ſecundo. Primum punicum bellum anno cccc. octogeſimonono. Secundum, anno quingenteſimo triceſimoquinto. Tertium, ſexcenteſimoquarto. Sociale ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo. Ad Hircium & Caium Panſam conſules anni ſeptingenti & decem. Quorum conſulatu Cæſar Auguſtus conſul creatus eſt, octauum decimũ annum agens: qui principatum ita ingreſſus eſt, ut uigilantia eius non modò ſecurum, uerumetiam tutum imperium eſſet. Quod tem-

Fagutalem lacũ, quidam putant legendum Fagutalem lucũ. Ex annis itaq; quibus ſeptẽ reges Romæ regnarũt, colliguntur ſecundũ Dionyſium & ſextũ Rufum anni 244. qui faciunt olympiades 61. & olympiade ſeptima Roma condita eſt, hoc eſt, 35. anno poſt Olympicum certamen, quod Hercules fertur edidiſſe in honorẽ Pelopis. Et cum conſtet diuũ Auguſtum anno 709. ab urbe condita imperium Romanũ iniiſſe, & imperij eius 42. anno Chriſtum ſaluatorem mundi ex uirgine natum, patebit urbem conditam annis 751. ante Chriſtum incarnatum: hoc eſt, Chriſtum ueniſſe in mundum poſt exactam olympiadem 157. Differt tamen aliorum calculus ab hac ſupputatione. Chriſti aduentus.

t ¶ Nonis Quintilib.) *Eum diem Plutarch. in Romuli uita, uulgi fugam, & Nonas Capratinas appellari tradit, idemq; in Numa repetit. De morte autem Romuli diſſentiunt autores. lege Liuium, Dionyſ. Plutarch. D. Auguſt. de Ciuit. dei. lib. 3. cap. 15.*

u ¶ Decemuiri creati.) *Ex hominũ inconſtantia euenit, ut plerunque prioribus faſtiditis, gaudeant nouitate. Hinc factum eſt, ut poſtquam conſules per annos octo & quin-*

quinquaginta tenuissent imperium, alium Romani exposcerent magistratum. Exactis regibus Romanis omnes leges exoleuerũt, cœpitq; populus incerto iure & consuetudine magis uti quàm lata lege, idq; propè uiginti annis. Postea ne diutius hoc fieret, placuit publica autoritate decem constitui uiros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, ut ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulis eburneis scriptas pro Rostris composuerunt, ut possent leges apertius percipi. Datumq; est eis ius in eo anno in ciuitate summum, uti leges corrigerent, & si opus esset, interpretarentur, neque prouocatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus, fieret. Cum uerò istis legibus deprehenderetur aliquid deesse, sequenti anno alias duas leges adiecerunt, conflatæq; sunt leges duodecim tabularum, succedentibus consulibus regibus. Sociale bellum uocat, quando omne Latium, Picenũ, & Hetruria omnis, & Campania, postremò Italia, consurrexerunt contra Romam. x ¶ Arma cessauerunt.) Alludunt hoc loci etiam Gentiles sacris prophetarum oraculis, quæ sic habent Isaiæ 2. & Michæ 4. Et comminuent gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec discent aliquandiu usum belli. Eo deniq; tempore floruerunt optima ingenia apud exteras nationes. Apud Iudæos expectabatur à pijs lux mundi & princeps uerè pacis, consiliarius mirabilis, deus pacis, pater patriæ siue æternitatis. Apud Romanos florebant M. Varro, M. Cicero, Sallustius, Titus Liuius, Vergilius, Horatius, Ouidius, Manilius, Propertius, & multi alij uiri eximio præditi ingenio, qui in summa pace & iustitio ipso, hoc est, iuris dicendi intermissione, egregiè sua exercuerunt ingenia, ne iners esset ipsum iustitium.

pus fermè solum repertum est, quo plurimũ & x arma cessauerunt, & ingenia floruerunt, scilicet ne inerti iustitio languerent uirtutis opera, bellis quiescentibus.

HIC nunc in fine huius secundi capitis subijciam urbis Romæ situm & dispositionem, cum omnibus portis suis. Notandum igitur quòd Romus siue Romulus cõdidit urbem suam quadratam, quatuor regionũ & portarum, inclusis his quatuor montibus, Palatino ab ortu, Capitolino ab occasu, Auentino à meridie, & Exquilino à septentrione. Deinde Seruius Tullus eam octo portarum & regionum fecit, ut suprà quoque memorauimus. Diuus Augustus postea (ut quidam sentiunt) sedecim portarum atque regionum fecit. Demum trigintaquatuor portarum cum singulis regionibus facta est, & sic Plinius temporibus suis fuisse testatur.

In nostra hac figura paululum erratum est in transtyberino monte, qui unus in radice est, sed ob duplex cacumen duo sortitus est uocabula. In Ianiculo est templum Neronis, sepulchrum Numæ, & templum Iani. In Vaticano uerò templum Apollinis & templum Carmentæ. Vltra Ianiculum est circus Neronis. Citra Tyberim in monte Cælio est templum Claudiorum, curia Hostilia, & armamentum Pichi. In monte Quirinali est templum Quirini. In monte Exquilino est templum Serapidis & templum Isidis, atq; domus aurea Neronis. In monte Palatino est domus Augusti, domus Tiberij, atque templum Apollinis cum bibliotheca. In monte Auentino est casa Remi, templum Dianæ, cohors uigilum, & domus sacerdotum. In monte Capitolino templum Iouis, ara, arx, & asylum. Duo oppositi pontes in insula, sunt pons Fabritius, & pons Cestius.

Meridies.



Septentrio.

1 Porta Laurentina
2 Porta Ostiensis
3 Porta Trigemina
4 Porta Trigonia
5 Porta Naualis
6 Porta Sancualis
7 Porta Næuia
8 Porta Raduſculana
9 Porta Camena, ſiue Appia, ſiue Capena
10 Porta Latina
11 Porta Labicana
12 Porta Gabina
13 Porta Querquetulana, ſiue Cælimontana
14 Porta Triumphalis, ſiue ſacra
15 Porta Prænestina
16 Porta Tyburtina
17 Porta Mutia
18 Porta Minutia
19 Porta Exquilina
20 Porta Salutaris
21 Porta Piacularis
22 Porta Lauernalis
23 Porta Viminalis
24 Porta Quirinalis
25 Porta Catullaria
26 Porta Collina
27 Porta Collatina
28 Porta Rhomanula
29 Porta Rhutumena, ſiue Veientana
30 Porta Flumentana, ſiue Flaminia
31 Porta Valeria
32 Porta Septimiana
33 Porta Aurelia
34 Porta Portuenſis.

SCHOLIA CAP. III.

Quandò hic à principio huius capitis dicitur, ante Augustum Cæsarem incerto modo annum computatum: nequaquam intelligendum est, Augustum primũ anni ordinem apud Romanos instituisse, sed annũ à Iulio Cæsare ordinatum, & postea negligentia confusum, rursus ad pristinam rationem redegisse, ut infrà dicetur, qui & Sextilem mẽsem, in quo natus fuerat, suo cognomine nuncupauit Augustũ. Quod autẽ quidam terminarunt annũ quatuor mensibus, alij tribus, quidã sex, alij tredecim &c. singuli suas habuerunt rationes, etiamsi nõ omnes sint manifestæ. Qui annum sex finierunt mensibus, habuerũt hyemem pro uno anno, & æstatem pro alio. Qui uerò tres duntaxat pro anno usurparunt menses, illi rationem habuerunt utriusq; solstitij, atque utriusq; æquinoctij. At nemo melius unquã obseruauit annum quàm illi, qui definierũt illum esse reditum solis in eundem punctum per 12. signa zodiaci. Vnde quidam putant annum dictum ab anulo, quòd in se redeat: alijs uerò placet deducere nomen ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, ab innouando, quòd uidelicet assi duè innouetur & alter fiat: quibus & hebraica alludit etymologia, in qua annus schanah uocatur, à repetẽdo & alterãdo, etiamsi gens illa utatur anno lunari, nõ qui unam lunæ duntaxat cõtineat reuolutionẽ, ut quidam Latinorum lunarem descripserunt annum, sed qui duodecim complectitur reuolutiones, & præterea motum undecim dierum, ex quibus undecim diebus tertio quouis anno, & nonnunquam secundo fit mensis intercalaris seu emboliſmicus, qui additus duodecim mensibus, constituit annum 13. lunationũ: qua intercalatione cauetur, ne annus lunaris ad maximũ deuiet ab anno solari ultra 25. aut 26. dies. Cæterũ annum solarem prisci Romani cõputabant decem mensiũ, accepta hac ordinatione à Romulo, qui Martiũ primũ anni mensem genitori suo Marti dicauit, quem mensem anni primũ fuisse uel ex hoc probatur, quod ab ipso Quintilis quintus est. Huius die prima ignem nouum Vestæ aris accendebant, & laureæ ueteres nouis laureis mutabãtur. Hoc mense mercedẽ exoluebant magistris, quam completus annus deberi fecit: comitia auspicabantur, uectigalia locabant, matronæ apponebant cœnas seruis, ut inuitarent eos in principio anni ad promptius obsequiũ: sicut rursus mense Decembri in fine anni

De diuisione anni, & diebus intercalaribus. Cap. III.

TVnc ergo primũ cursus anni perspecta ratio est, quę à rerum origine profunda caligine tegebatur. Nam ante Augustũ Cæsarẽ incerto modo annum computabant, quia apud Aegyptios quatuor mensibus terminabatur, apud Arcades tribus, apud Acarnanas sex, in Italia apud Lauinios xiij. quorũ annus cccIxxiiij. diebus fere computabatur. Romani initio annũ X. mensibus computabant, à Martio auspicantes, adeò ut eius die prima de aris uestalibus ignes accenderẽt, mutarent ueteribus uirides laureas, senatus & populus comitia agerent, matronæ seruis suis cœnas ponerent, sicuti Saturnalib. domini: illę ut honore promptius obsequiũ prouocarent, hi quasi gratiã repensarent perfecti laboris. Maximè hunc mensem principem testatur fuisse, quòd qui ab hoc quintus erat, Quintilis dictus est: deinde numero decurrente, December solennem circũ finiebat intra diem trecentesimũ quartũ. Tunc enim iste numerus explebat annum, ita ut sex menses tricenûm dierũ essent, quatuor reliqui tricenis & singulis explicarentur. Sed quoniã ratio illa ante Numam à lunæ cursu discrepabat, lunari cõputatione annum perequarũt, quinquaginta & uno die adiectis. Vt ergo perficerent XII. menses, sex mensibus prioribus detraxerunt dies singulos, eosq; quinquaginta istis & uni adnexerunt, factiq; lvij. Diuisi sunt in duos menseis, quorum alter xxix. alter xxviij. dies continebat. Sic annus habere v. & L. & CCC. dies cœpit. Postmodum cum perspicerent temerè annũ clausum intra dies quos suprà diximus, quandoquidẽ appareret solis meatũ non ante trecentesimũ sexagesimũquintum diem, abundante insuper quadrãtis particula, zodiacũ conficere decursum, quadrantem illum & decem dies addiderunt, ut ad liquidum annus trecentis lxv. diebus & quadrante cõstaret, hortante obseruatione imparis numeri, quẽ Pythagoras monuit præponi in omnibus oportere. Vnde propter dies impares, dijs superis & Ianuarius dicat: et propter pares Februarius quasi abominosus, dijs inferis deputatur. Cum itaq; hæc definitio toto orbi placuisset, custodiendi quadrãtis gratia à diuersis gentibus uariè intercalabatur, nec unq; tamen ad liquidum fiebat temporũ adequatio.

Græci

Græci ergo ſingulis annis xi. dies & quadrantem detrahebant, eosq; octies multiplicatos, in annum nonum reſeruabant, ut contractus nonagenarius numerus in treis menſes per tricenos dies ſcinderet, qui anno nono reſtituti efficiebant dies quadringentos xliij. quos ἐμβολισμὸς uel ὑποβαλλοντας nominabãt. Quod cum initio Romani probaſſent, contemplatione numeri parilis offenſi, neglectum breui perdiderunt, translata in ſacerdotes intercalandi poteſtate, qui plerunq; gratificantes rationib. publicanorũ, pro libidine ſua ſubtrahebant tempora, uel augebant. Cum hæc ſic forent cõſtituta, modusq; intercalandi interdum fieret immínutior, interdũ auctior, uel omnino diſſimulatus præteriret, nonnunq; accidebat ut menſes qui fuerant hyeme tranſacti, modò in æſtiuum, modò in autumnale tempus inciderent. Itaq; Caius Cæſar uniuerſam hanc inconſtantiam incíſa temporũ turbatione compoſuit, & ut certũ ſtatum præteritus error acciperet, dies xxi. & quadrantem ſimul intercalauit, quo pacto regradati mẽſes de cætero ſtatuta ordinis ſui tempora detinerent. Ille ergo annus ſolus trecentos xliij. dies habuit, alij deinceps trecentos ſexagenos quinos & quadrantem. Et tum quoq; uitiũ admiſſum eſt per ſacerdotes. Nam cum præceptum eſſet anno quarto, ut intercalarent unum diem, & oporteret confecto quarto anno id obſeruari, anteq; quintus auſpicaretur, illi incipiente quarto intercalarũt, nõ deſinente. Sic per annos ſex & xxx. cum nouem dies tantum ſufficere debuiſſent, xij. ſunt intercalati. Quod deprehenſum Auguſtus reformauit, iuſſitq; annos duodecim ſine intercalatione decurrere, ut tres illi dies qui ultra nouenarios temerè fuerant intercalati, hoc modo poſſent repenſari: ex qua diſciplina omnium poſtea temporum fundata ratio eſt. [a] Verùm cum & hoc, & multa alia Auguſti temporibus debeant, qui penè ſolus ſine exemplo rerũ potitus eſt, tot & tanta in uita eius inueniuntur aduerſa, ut non ſit facilè diſcernere, calamitoſior an beatior fuerit. Primũ, quòd apud auunculũ in petitione magiſterij equitũ prælatus eſt ei Lepidus tribunus, cum quadam auſpicantiũ cœptorum nota, mox triumuiratus †collegium prægraui poteſtate Antonij, Philippenſi †prelio, inde proſcriptionis inuidia, abdicatio poſthumi Agrippæ poſt adoptionem, deinde deſiderio eius inſignis pœnitentia, naufragia Sicula, turpis ibi in ſpelunca occultatio, ſeditiones militũ plurimæ, Peruſina cura, detectum filiæ adulterium, & uoluntas parricidialis: nec minore dedecore neptis infamia, incuſatæ de morte filiorũ & amiſſis liberis, nõ ſolum orbitatis dolor, ſed urbis peſtilen-

anni heri faciebant ſeruis Saturnalia feſta, ut exoluerẽt gratiam perfecti laboris. Poſtmodum autem cum cernerent annum temerè diuiſum, non adæquare dies curſus ſolis, mutuati ſunt ab Aegyptijs doctiores quiq;, præſertim Iulius Cæſar, uerum ſolis curſum & anni quantitatem, cõſtituentes dies 365. & quadrantem, hoc eſt, ſex horas pro anno ſolari integro, ex quadrante quater replicato facientes quouis anno quarto diem intercalarem, hoc eſt, annũ habentem 366. dies. Intercalationi autem illi deputatus fuit menſis Februarius, quòd ultimus eſſet anni menſis, & à Martio ſequens inchoaret annus: nec tamẽ intercalatio illa fiebat ultima Februarij die, ſed poſt 23. diem, cuius ratio non omnino certa habetur. Cæterũ hæc anni ſupputatio etſi prima facie iuſta & uera apparuerit, tamen temporis ſucceſſu deprehenſa eſt habere nõnihil erroris, quòd quadrans ille paulò plus habet temporis quàm oporteat ſingulis quartis annis intercalare. Diligentiores noſtri temporis aſtrorum obſeruatores, pro quadrante cenſent intercalandas duntaxat quinque integras horas et circiter 49. minuta, ut ſingulis quartis annis minuta 44. ſuperfluè intercalẽtur, quæ in annis 130. ferè faciũt unum diem, qui nimiò intercalatur. Hæc à noſtris negligi minimè debuerant, ſicut & diei intercalando alius aſſignandus eſſet locus, puta finis Decembris, poſtaquam publico conſenſu annum auſpicamur à Ianuario. Sciunt aſtrorum calculatores, quàm ineptum locum habeat dies intercalandus in noſtro Calendario, & quantum illis faciat negocium.

a ¶ *Verũ cum & hoc &c.) Totum hunc locũ Solinus in ſuum tranſtulit opus ex Plinij ſeptimo lib. nat. hiſt. cap. 45. ubi ærumnæ Auguſti deſcribuntur paulò clarius q̃ hic recenſeantur. Prælatus fuit Lepidus contra uoluntatem eius, proſcriptus fuit collega ex inuidia, doluit illi collegium in triumuiratu peßimorum ciuium, moleſtauit Philippenſe prælium, morbus, fuga, naufragiũ Siculum, cura Peruſinæ contentionis, ſolicitudo Actiaci Pannonicíq; belli, ruinæ pontis, ſeditiones militum &c.*

†collegio prægrauatus
†prælio morbus

tia, fames Italiæ bello Illyrico, anguſtia rei militaris, corpus morbidum, contume lioſa diſſenſio priuigni Neronis, uxoris etiã & Tiberij cogitationes parum fidæ, atq; in hunc modum plura. Huius tamen ſuprema, quaſi lugeret ſeculũ, penuria inſecuta eſt frugum omniũ. At ne fortuitũ quod acciderat uideretur, imminentia mala nõ dubijs ſignis apparuerunt. Nam Fauſta quædam ex plebe partu uno edidit quater geminos, mares duos, totidemq; fœminas, monſtroſa fœcunditate portendens futuræ calamitatis indicium. Quamuis Trogus autor affirmet in Aegypto ſeptenos uno utero ſimul gigni: quod ibi minus mirum, cum fœtifero potu Nilus non tantum terrarum, ſed & hominum fœcundet arua. Legimus Cneum Pompeium Eutychiden fœminam Aſia exhibitam, quam conſtabat tri- 10
ces enixam, cum xx. eius liberis in theatro ſuo publicaſſe. Vnde competens hoc loco duco ſuper hominis generatione tractare.

SCHOLIA CAP. IIII.

Sumit Solinus in hoc capite exordiũ ſcribendi de homine, qui cunctis animantibus perfectior eſt. Nam eſt animal prouidũ, ſagax, multiplex, acutũ, memor, plenũ rationis & cõſilij, atq; præclara quadã generatum cõditione. A ſummo enim deo ſolus homo eſt ex tot animantiũ generibus atq; naturis, particeps rationis & cogitationis, cũ cætera ſint omnia expertia &c. Vide Ciceronem primo legum. a *¶Mulier ſolũ animal menſtruale.) Eſt menſtruum cibi ſuperfluitas, cõpleti quarta digeſtione, ſeſe in mulierib. pro portione habens quemadmodum in uiris ſperma ipſum. Et diuiditur in prægnãte in tres partes: primo in eam quæ in nutrimentũ uertitur mulieris, deinde altera pars eleuatur ad mammas, & tertio quod ſuperfluum eſt, expectat tempus quo extrà depellatur. Cauſa autem menſtrui eſt caloris defectus, non ualentis abſumere humidum digeſtum: unde fit ut cum membris animalis aßimilari nõ poßit, ſuo tandẽ pondere exitum petat. Putat autem Ariſtoteles, omnium animalium fœminis accidere menſtruum, ſed multò lenius quàm mulieribus, idq; propter ſui corporis maiorẽ mollitudinem. Quòd autem menſtruum tam nociuũ eſt his quæ ab eo continguntur, aiunt hanc rationem eſſe, quod colluuies quædam malorum humorum in mulieribus abeunt ſtatuto tempore in menſtrua, quibus ineſt uis quædam malè affecta, qua contactæ fruges non germinant &c. De ſydere Helenæ Pli. ſcribit libro ſecũdo naturalis hiſt. cap. 37. Porrò quando ſpeculũ hic aſpectu uitiari pronunciatur, conſtat uiſum non modo pati ſeu affici à ſpeciebus uiſibilibus, ſed & agere quoq;. Statim enim ut mulier languida intuetur ſpeculum, ſuperficiem eius quædam ueluti nebula ſanguinis obducit, adeò ut ſinouitium ſit ſpeculum, nõ temerè maculam*

De homine & partu eius, deq; prodigioſę fortitudiuis uiris, & lapide Alectorio. Cap. IIII.

TEnim cũ de animalibus, quæ dictu digna uidebunt, prout patria cuiuſq; admonebit, ſimus annotaturi, iure ab eo potiſsimũ ordiemur, q̃d rerum 20
natura, ſenſus iudicio & rationis capacitate prę poſuit omnibus. Itaq; ut Democritus phyſicus oſtendit, [a] mulier ſolũ animal menſtruale eſt, cuius profluuia nõ paruis ſpectata documẽtis, inter monſtrifica meritò numerant. Cõtactæ his fruges non germinabunt, aceſcent muſta, morient herbæ, amittent arbores fœtus, ferrũ rubigo corripiet, nigreſcent æra: ſi quid canes inde ederint, in rabiẽ efferabũtur, nociturí morſib. quibus lymphaticos faciũt. Parua hæc ſunt. Bi 30
tumẽ quod in Iudæa Aſphaltites gignit lacus, adeò lentũ eſt mollitie glutinoſa, ut à ſe nequeat ſeparari. Enímuero ſi abrumpere partem uelis, uniuerſitas ſequet̃: ſcindíq; non poteſt, quoniam in quantũ ducat̃ extendit̃. Sed ubi admota fuerint cruore illo polluta fila, ſpõte diſcerpitur, & applicita tabe diducit̃ paulò antè corpus unũ, fitq; de tenacitate cõnexa cõtagione partitio repentina. Habet planè id ſolum ſalutare, quod auertit ſydus Helenę pernicioſiſſimũ na 40
uigantib. Cęterũ ipſæ fęminæ quib. munus eſt neceſsitatis huiuſmodi, q̃diu ſunt in ſua lege, nõ innocentib. oculis contuent̃. Aſpectu ſpecula uitiant, ita ut hebetet̃ uiſu fulgor offenſus, & ſolitam æmulationẽ uultus, extinctus ſplendor amittat, faciesq; obtuſi nitoris quadã caligine nubiletur. Mulierũ aliæ in æternũ ſteriles ſunt, aliæ mutatis cõiugijs exuũt ſterilitatẽ: nõnullæ tantũ ſemel pariunt, quædam aut fœminas, aut mares ſemper. Poſt annum L. fœcun- 50
ditas omniũ cõquieſcit. Nam in annum lxxx.

uiri

uiri generant, sicuti Masinissa rex Methymnũ filium lxxx. & sextũ agens annum genuit. Cato octogesimo exacto, ex filia Salonij clientis sui auum Vticensis Catonis procreauit. Compertum & illud est, quòd [b]inter duos cõceptus cum interceſſerit paululũ temporis, uterq; resident: sicut in Hercule & Iphiclo apparuit fratre eius, qui gestati eodem onere, interuallis tamen, quibus cõcepti fuerãt, nati uidentur. Et de Proconesia ancilla, quæ è duplici adulterio geminos edidit, utrũq; patri suo similẽ. Hic Iphiclus Iolaũ creat, qui Sardiniã ingressus, palanteis incolarũ animos ad concordiã eblanditus, Olbiam & alia græca oppida extruxit. Iolenses ab eo dicti, sepulchro eius templũ addiderunt, quòd imitatus uirtutes patrui, malis plurimis Sardiniã liberasset. Ante omnia [c]sobolem cogitantibus, sternutatio post coitus cauenda, ne prius semen excutiat impulsus repẽtinus, cẽq; penetralib. se maternis insinuet humor paternus. Quòd si naturalis materia hæserit, decimus à cõceptu dies dolore grauidas admonebit. Iam inde incipiet & capitis inquietudo, & caligine uisus hebetabitur. Ciborum quoq; fastidijs stomachi claudet cupido. [d]Cõuenit inter omnes, corda primũ ex uniuersa carne formari, eaq; in diem quintum & sexagesimũ crescere, deinde minui: ac ex ossibus spinas: eapropter capitale est, si pars alterutra noceat. Planè si corpusculum in marem figuratur, melior est color grauidis, & pronior paritudo uteri, denicq; à quadragesimo die motus. Alter sexus nonagesimo die primũ palpitat, & concepta fœmina gestantis uultum pallore inficit, crura quoq; præpedit languida tarditate. In utroq; sexu cum capilli germinãt, incõmodũ maius est, fitq; pleni lunijs auctior ægritudo, quod tẽpus etiã editis semper nocet. Cum falsiores escas edit grauida, unguiculis caret partus. At cum propè ad uterum liberandum uenerint momenta maturitatis, enitentis spiritũ retinere plurimũ cõgruit, quandoquidem letali mora oscitatio suspendit puerperia. [e]Contra naturam est in pedes procedere

maculã eluas: si peruetus, facilè abstergas.

b ¶ *Inter duos cõceptus.*) Fabulam aiunt esse, Herculem & Iphiclum gemellos inter uallo temporis cõceptos & natos: sicut & reliquum exemplum de Proconesia pro fabula habetur: etiamsi pleriq; docti non negent unam mulierem nedum ex semine semel suscepto gemellos posse edere, uerum & ex duplici semine per interuallum temporis susceptũ bis posse imprægnari. Cæterum Iphiclus iste de quo hic fit mentio, dicitur procreasse, uel secundũ alios substituisse regni successorem Iolaum, qui ingressus Sardiniam insulã mediterranei maris, constructis insignibus urbibus, totaq; ea insula in potestatem redacta, & hominibus cicuratis, qui pecudum more palantes oberrantesq; absq; rationis usu uiuebant, ex suo nomine campestrem partẽ insulæ, quam incoluit, Iolæam, incolas uerò Iolaos siue Iolenses uocauit. Ciuitatis Olbiæ meminit quoque Strabo. c ¶ *Sobolem cogitantibus sternutatio cauenda est.*) Vt oscitatio mulieribus in enixu letalis est, ita sternutatio à coitu abortiuum facit. Habet autem sternutatio plerunque ortum à superfluitate cibi & potus: quam cum homo satis concoquere nequeat, mouetur multum spiritus ob humoris copiam. Spiritus uerò præ sua tenuitate efferens se ad cerebrũ, cogit id cerebro ad se expellendum incitari, & ita strepitus mouetur: quoniam per nares, meatus denique arctiores spiritus extrudatur ũiuersus, quemadmodũ etiam ad partes inferiores spiritus idem euolutus, murmur per intestina excitat, & per sedem insigni cum sono excedit, atq; etiã ad superiora enixus ructum per stomachum agit, & uocem per guttur, & sonitum ac tinnitum per aures. d ¶ *Conuenit inter omnes.*) Medicorum placita hæc sunt, cor primum formari: at multi philosophi secus sentiunt. Aristot. enim lumbos primũ absolui dicit carinæ nauis instar. Alcmæon caput, ut in quo principatus est. Medici cor, ut in quo uenarũ arteriarũq; principiũ. Anaxagoras cerebrũ, unde omnes sunt sensus. Stoici unà totũ infantem figurari dixerũt, ut unà nascatur alaturq;. e ¶ *Cõtra naturam est in ped. proced.*) Aristo. de his sic habet cap. 8. lib. 7. nat. animalium: Situs in utero quadrupedum omniũ extensus est, expedum autem (ut sunt pisces) obliquus: bipedum uerò inflexus contractusq;, ut auium. Homo etiam in semet conglobatus sic gestatur, ut nasum inter genua, oculos supra genua, aures extra genua habeat. Omnibus æquè animantibus caput primũ superius est, sed cum creuerint & iam exitum appetant, deorsum deducitur. Quorum uerò in nascendo nõ caput, sed pedes primi extiterint, qui partus difficillimus ægerrimusq; habetur, Agrippæ appellantur uocabulo, ab ægritudine & pedibus. Nam cõuersi sic in pedes, brachijs plerunq; diductis retineri solent, ægriusq; tunc mulieres enitũtur. Huius periculi deprecandi

gratia, aræ ſtatutæ ſunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Poſtuerta nominata eſt, Proſa altera, à reẽli peruerſiq; partus & poteſtate & nomine. f ¶Aperto coniugio.) Auguſti filiam, nempe Iuliam intelligit, quam Marcus Agrippa uxorem duxit: ex quorum filia Agrippina prodijt Nero Imperator, omnium bipedum ſæuiſſimus, qui & ipſe in pedes natus dicitur. Dicit præterea hic Solinus, infauſtum ſignum eſſe ſi puella clauſis cõglutinatisq; genitalibus naſcatur, id quod Corneliæ Gracchorũ matri accidit, quæ miſerum ſpectaculum in filijs occiſis & inſepultis uidit. Auſpicatior ortus putatur ſi mater prius necetur, id quod Scipioni Africano priori cõtigit, & propterea inter Romanos duces obtinuiſſe creditur à gentilibus excellentiæ principatum, à cæſo matris Pomponiæ utero Cæſar appellatus. Idem quidam ferũt de Iulio Cæſare, ſed quàm rectè, ipſi uiderint, cum ille Gallicũ gerens bellum, matrem Aureliam amiſerit. g ¶Quos κυνόδοντας uocant.) Hoc eſt, caninos dentes. Et quod de naſcentiũ uagitu ſubditur, ſciendum quòd Epicurei queruntur hominem nimis imbecillum naſci quàm cætera animalia, quæ ut ſunt edita ex utero, protinus in pedes ſuos eriguntur, geſtiunt diſcurrere, ſtatimq; æri tolerando idonea ſunt: homo uerò contrà nudus & inermis tanquam ex naufragio in huius uitæ miſerias proijcitur, qui neq; mouere ſe loco ubi effuſus eſt poteſt, nec alimentum lactis appetere, nec iniuriã temporis ferre: itaq; naturã non matrẽ eſſe humani generis, ſed nouercã, quæ erga muta ſe liberalius geſſit quàm erga hominẽ. De uno Zoroaſte legitur, quòd natus mox riſerit, & is fuit Bactrianorum rex, inuentor magicarum artium, ſuperatus in bello à Nino rege Aſſyriorum. Cõtrà Craſſus nunquam riſit, & propterea uocatus fuit ἀγέλαστος, id eſt, ſine riſu, mœſtus & triſtis.

h ¶Pancratij uictoriam.) Eſt pancratium genus certaminis, quandò in ipſo certamine ſummus conatus & omne robur intenditur, ἀπὸ τοῦ παντὸς κράτους, id eſt, omni robore. Cæterum Sannites, aut ſecũdum alios Samnites, à Samnio colle dicitur, aut ut alijs placet, à Samnio regione Italiæ, quam hodie Aprucium uocant. Milo uerò Crotoniates luctator inſignis, apud Darium regem Perſarũ celebre habuit nomen, ob inſignem fortitudinẽ, in cuius ſtatua elogiũ hoc ſcriptum fuit: Victor ille omnium certaminum

dere naſcẽteis: quapropter uelut ægrè partũ appellantur Agrippæ. Ita editi minus proſperè uiuunt, & de uita æuo breuiori decedũt. Denicq; in uno M. Agrippa felicitatis exemplũ eſt, nec tamẽ uſq; eò inoffenſę, ut nõ plura aduerſa pertulerit, quàm ſecunda. Nam & miſera pedum ualetudine, & f aperto coniugis adulterio, & aliquot infelicitatis notis retrouerſi ortus omen luit. Fœminis perinde eſt infauſta natiuitas, ſi concretũ uirginale fuerit: quo pacto genitalia fuere Cornelię, quæ editis Gracchis oſtentum hoc piauit ſiniſtro exitu liberorũ. Rurſum necatis matrib. ortus eſt auſpicatior, ſicut Scipio Africanus prior, qui defuncta parente, quòd excíſus utero in diem uenerat, primus Romanorum Cęſar dictus eſt. E geminis, ſi remanente altero, alter abortiuo fluxu exciderit: alter qui legitimè natus eſt, Vopiſcus nominatur. Quidam & cum dentibus procreantur, ut Cn. Papyrius Carbo, & M. Curio, Dentatus obid cognominatus. Quidam uice dentium continui oſsis armantur ſoliditate, qualem filium Bithynorum rex Pruſias habuit. Ipſum dentium numerum diſcernit qualitas ſexus, cum in uiris plures ſint, in fœminis pauciores, g quos κυνόδοντας uocant. Et quibus gemini prodeunt à dextra parte, fortunæ blandimenta promittũt: quibus à læua, uerſa uice. Naſcentium uox prima uagitus eſt. Lætitię enim ſenſus differtur in quadrageſimũ diem. Itaq; unum nouimus eadem hora riſiſſe, qua erat natus, ſcilicet Zoroaſtem, mox optimarum artium peritiſsimũ. At Craſſus, auus eius quem rapuerũt bella Parthica, quòd nunq; riſerit, fertur Agelaſtos cognominatus. Inter alia Socratis magna prẽclarum illud eſt, quòd in eodem uultus tenore etiã aduerſis interpellantibus perſtitit. Heraclitus & Diogenes Cynicus nihil unq; de rigore animi remiſerũt, calcatisq; turbinib. fortuitorũ, aduerſus omnẽ dolorem & miſeriã uniformi duraure propoſito. Pomponiũ poẽtam, cõſularẽ uirum, nunq; ructaſſe, habẽt inter exempla. Antoniã Druſi nõ ſpuiſſe, percelebre eſt. Nonnullos naſci accepimus cõcretis oſsibus, eosq; neque ſudare cõſueſſe, neq; ſitire: qualis Syracuſanus fertur Lygdamus, qui tertia & triceſima Olympiade primus ex Olympico certamine h Pancratij coronã reportauit, eiusq; oſſa deprehenſa ſunt medullã nõ habere. Maximã uiriũ ſubſtantiã neruos facere certiſsimũ eſt, quãtoq; fuerint denſiores, tanto propenſius augeſcere firmita-

firmitatẽ. Varro in relatione prodigiosæ fortí-
†fortè, ar- tudinis, annotauit Tritanũ gladiatorẽ †natura
matura Samnitẽ fuisse, qui & rectis & transuersis ner-
uis nõ modò crate pectoris, sed & manibus cancellatis & brachijs, omneis aduer
sarios leui tactu, ac penè securis congressionibus uicerit: eiusq; filium militẽ Cn.
Pompeij pari modo natum, ita spreuisse hostem prouocantẽ, ut inermi eum de-
xtra & superaret, & captum digito uno in castra imperatoris sui reportaret. Mí-
lonem quoque Crotoniensem ferunt egisse omnia supraq; homo ualet. De quo
etiam hoc proditur, quod ictu nudæ manus taurum fecit uictimam: eumq; soli-
10 dum, qua mactauerat die, absumpsit solus, nõ grauatus. Super hoc nihil dubiũ.
Nam factum elogium extat: Victor ille omnium certaminũ obijt. Sanè [i] Alecto-
rius traditur lapis, qui specie crystallina, in modum fabæ, in gallinaceorũ uentrí-
culis reperitur, aptus (ut dicunt) præliantibus. Milo porrò Tarquinij Superbi
Prisci temporibus enituit.

num obijt. *i* ¶ *Alectorius lapis.)* Est ἀλεκτωρ *Græcis gallus, hinc alectorius idem quod gallinaceus.*

De similitudine formæ, & corporum quorundam procerítate: deq; mensura hominis, necnon defunctorum pudore. Cap. V.

SCHOLIA CAP. V.

Mouetur à principio huius capitis quæstio scitu dignissima, quare proles cæterorũ animantium magis quàm hominis, suis parentibus similem gerit naturam. An quòd homo uago uarioq; plurimũ animo in cœtu est? Prout enim pater materq; in conceptu affecti fuerint, ita partus euariant. Cætera uerò animantia cum ueneri intendũt, tota sese absq; mentis distractione huic rei dedunt. Fit tamẽ nõnunq; in hominibus, ut post plures eiusdẽ prosapiæ gradus prior reddatur similitudo, ut patet de Byzantio pugile, qui auum suũ Aethiopen expressit, & nõ colorem patris. Aristot. in Sicilia contigisse scribit. Quando deinde inter externos & nullo sanguine iunctos nonnunquã miram inueniri dicit similitudinem, exemplumq; adducit de Antiocho rege & Artemone plebeio homine, simile quiddam nouimus nostro æuo contigisse, quando Carolo duce Burgundiæ perempto, popularis quidam in Bruxella Sueuiæ repertus fuit, qui per omnia corporis eius habitũ expressit, ut ouũ uix ouo similius inueniri crederetur.

20 AM uerò quí deflexum animum referat ad similitudinum causas, quantum artificis naturæ ingeniũ deprehendet? Interdum enim ad genus spectant, & per sobolem in familias transitus faciunt: sicut plerũq; paruuli modò næuos, modò cicatrices, modò qualescunque originis suę notas ferunt: ut in Lepidis, quorum tres, interuulsa tamẽ serie, ex eadẽ domo obducto mem-
30 brana oculo similes geniti reperiuntur: ut in
†aliàs, By- †Byzantio nobili pugile, qui cum matrẽ habe
zãtino no- ret adulterio ex Aethiope conceptam, quæ ní-
bili poẽta hil patri cõparandum reddidisset, ipse in Aethiopem auum degenerauit. Sed hoc minus mirum, si respiciamus ad ea quæ spectata sunt inter externos. Regem Antiochum Arteon quidam ex plebe Syriaca, sic facie æmula mentiebatur, ut postmodum Laodice uxor regia, obiecto populari isto tandiu dissimulauerit de functum maritum, quoad ex arbitratu eius regni successor ordinaretur. Inter
40 Cneum Pompeiũ & C. Vibium humili loco natum, tantus error extitit de paribus lineamentis, ut Romani Vibium Pompeij nomine, Pompeium Vibij uocabulo cognominarent. Oratorem Lucium Plancum, Rubrius Histrio sic impleuit, ut & ipse Plancus à populo uocaretur. Armentarius ¶ Mirmillo & Cassius Seuerus orator, ita se mutuò reddiderunt, ut si quando pariter uiderentur, dignosci nõ possent, nisi discrepantiam habitus indicaret. Marcus Messala Censorius, & Menogenes ex fæce uulgari, hoc fuerũt uterq;, quod singuli, nec alium Messalam quàm Menogenem, nec Menogenẽ alium quàm Messalam putarũt. Piscator ex Sicilia proconsuli Suræ præter alia etiã rictu oris comparabatur. Ita in eodem uocis impedimento, & tardatæ sono linguæ naturalibus offendiculis
50 congruebant. Interdum uerò nõ modò inter externos, sed etiã inter cõductos ex diuersissima parte orbis miracula indiscreti uultus fuere. Denique cum Antonio

a ¶ *Sester*

iam triumuiro, Thoranius quidã eximios forma pueros uelut geminos trecentis [a] seſtertijs uendidiſſet, quorũ alterũ de tranſalpina Gallia, alterũ ex Aſia cõparauerat, adeoq; una res uiderent, niſi ſolus ſermo fidem panderet, atq; ideo illuſum ſe Antonius grauaretur: non infacetè Thoranius, id uel præcipuè ꝗd emptor criminabatur, precioſum comprobauit. Neq; enim mirũ ſi forent pares gemini, illud nullis poſſe taxationib. æſtimari, quòd tantis ſpacijs diuerſitas ſeparatos, pluſquã geminos cõtuliſſet. Quo reſpõſo adeò Antonius mitigatus eſt, ut deinceps nihil ſe habere carius in ſua ſubſtãtia iactitaret. Nũc ſi de ipſis hominũ formis requiramus, liquidò manifeſtabit, nihil de ſe antiquitatẽ mendaciter prædicaſſe, ſed [b] corruptã degeneri ſucceſsione ſobolem noſtri temporis per naſcentiũ detrimẽta, decus ueteris pulchritudinis perdidiſſe. Licet ergo plerique definiãt, nullum poſſe excedere [c] longitudinẽ pedum ſeptem, quòd intra menſurã iſtam Hercules fuerit, deprehenſum eſt tamen Romanis temporibus ſub diuo Auguſto Puſionẽ & Secundillã denos pedes & amplius habuiſſe proceritatis, quorũ reliquiæ adhuc in conditorio Salluſtianorum uidentur. Poſtmodũ diuo Claudio principe, Gabbarã nomine ex Arabia aduectũ, nouem pedum & totidem unciarũ. Sed ante Auguſtum annis fermè mille non apparuit forma huiuſmodi, ſicut nec poſt Claudium uiſa eſt. Quis enim æuo iſto nõ minor ſuis parentibus naſcitur? Priſcorũ autẽ molem teſtantur etiam [d] Oreſtis ſuprema, cuius oſſa Olympiade quinquageſima & octaua Tegeæ inuenta, à Spartanis oraculo monitis, didicimus impleſſe longitudinẽ cubitorũ ſeptem. Scripta quoq; ex antiquitate memorias arceſſunt in fidem ueri, quibus receptũ eſt, quòd bello Cretico cũ elata flumina impetu pluſq; ui amnica inuecta terras rupiſſent, poſt diſceſſum fluctuũ inter plurima humi diſsidia humanum cadauer repertũ ſit cubitũm triũ atq; xxx. cuius ſpectandi cupidine L. Flaccum legatũ, Metellũ etiã ipſum impendiò admodũ captos miraculo, quod audito refutarãt, oculis potitos. Nõ omiſerim Salamiam Euthymenis filiũ creuiſſe in triennio tria cubita ſublimitate, ſed inceſſu tardo, ſenſu hebeti, robuſta uoce, pubertate feſtina, ſtatimq; obſeſſum morbis plurimis, immoderatis ægritudinũ ſupplicijs cõpenſaſſe præcipitem incrementi celeritatẽ. Menſuræ ratio bifariam conuenit. Nam quantus manibus expaſsis inter digitos longiſsimos modus eſt, tantum cõſtat eſſe inter calces & uerticem: ideoq; phyſici hominẽ minorẽ mundum eſſe iudicarũt. [c] Parti dextræ habilior aſcribitur motus, læuæ firmitas maior: unde altera geſticulationib. promptior eſt, altera oneri ferendo accõmodatior. Pudoris diſciplinam etiam inter defuncta corpora natura diſcreuit, ut ſi quando cadauera necatorũ fluctibus euehuntur, uirorum ſupina, prona fluitant fœminarum.

Deue-

a ¶ Seſtertijs.) *Capitur hic pro moneta quæ habet duo integra & tertium dimidiatum, quaſi ſemis tertius, ſicut hic Baſileæ cruciferus eſt ſeſtertius: cõtinet enim duas rappas & dimidiam.* b ¶ Corruptam degeneri ſucceſſ.) *Conſtat poſteros plurimum degenerare à ueteribus, nedum longo uiuendi æuo, ſed & corporũ uiribus, habitu et uultus forma, atq; corporis magnitudine.* c ¶ Longitudinẽ ſeptem pedũ.) *Faciunt & ethnicorũ & prophetarũ literæ mentionẽ de Gigantibus & magnæ ſtaturæ hominibus: & quidem Hebræi aiunt, Nephilim (ſic uocantur gigantes Gen. 6.) fuiſſe homines magnæ ſtaturæ, ſicq; uocatos, quòd homines corruebant propter formidinem eorũ, eò quòd eſſent tam procera ſtatura: unde & ob eandem rationẽ Emim dicti ſunt, id eſt, terribiles. Alij putãt gigantes aliud nihil fuiſſe quàm impiam quandã gentem deum negantẽ, qui & in deum blaſphemi, & in homines crudeles fuerunt. Fit tamen Deut. 3. mentio de Rephaim, ex quibus unus memoratur habuiſſe lectũ longitudine nouem cubitorũ. Fuit igitur longè maioris ſtaturæ quàm Hercules ipſe.*

d ¶ Oreſtis.) *Corpus Oreſtis quidam ſcribunt habuiſſe pedes 12. & quandrantẽ: alij aliud putant.* e ¶ Parti dextræ habilior aſcribitur motus.) *Scribũt dextera ſiniſtris agiliora habilioraq;, quòd iccur ob ſanguinis copiam, calidum omnino natura eſt. Iecur autem in dextro latere ſitũ eſt. Siniſtri autem quidam fiunt ob plurimũ cordis calorem, in ſiniſtram partem in homine inclinantis, quos Hebræi* שמאליים *uocãt, et* אטרי יד ימינם *Iud. 3. Cæterũ ambidexter ex eo quis efficitur, quòd tam iecur quàm cor ipſum calorem dextræ debitum, in ſiniſtram diffundant.*

De uelocitate, uisu, deq; Romanorum quorundam fortitudine, ac Cæsaris Dictatoris excellentia. Cap. VI.

VErùm ut ad pernicitatis titulũ transeamus, primam palmam uelocitatis Ladas quidam adeptus est, qui ita supra cauum puluerẽ cursitauit, ut arenis pendentib. nulla indicia relinqueret uestigiorum. Polymestor Milesius puer cum à matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporẽ consecutus est, & ob id statim productus à gregis domino Olympiade sexta & quadragesima, ut † Bocchus autor est, uictor in stadio meruit coronam. Philippides biduo mille ducenta quadraginta stadia ab Athenis Lacedæmonem decurrit. Anistius Lacon & Philonides Alexãdri Magni cursores, à Sicyone Elin usq;, mille ducenta stadia uno die transierunt. Fonteio Vipsanoq; consulibus, in Italia octo annos puer natus, quinq; & quadraginta millia passuũ à meridie transiuit ad uesperũ. [a] Visu deinde plurimũ potuit Strabo nomine, quem perspexisse per centum xxxv. millia passuum Varro significat, solitũq; à Carthagine exeuntem classem Punicã, numerumq; nauium manifestissimè è Lilybitana specula denotare. Cicero tradit Iliada Homeri omnẽ ita subtiliter in membranis descriptã, ut testa nucis clauderet. Callicrates formicas ex eboreita scalpsit, ut portio earũ à cæteris secerni nequiuerit. Apollonides perhibet in Scythia fœminas nasci, quæ Bithyæ uocantur, hasq; in oculis pupillas geminas habere, & perimere uisu, si quẽ fortè iratæ aspexerint. *Hę sunt & in Sardinia. Prętualuisse fortitudine apud Romanos L. Sicinium Dentatum, titulorũ numerus ostendit. Tribunus hic plebis fuit nõ multò post exactos reges, Spurio Tarpeio, A. Thermo c o ss. Idem ex prouocatione octies uictor, quadraginta & quinq; aduersas habuit cicatrices, in tergo nullam notam. Spolia ex hoste tricies & quater cepit. In phaleris, [b] hastis puris, armillis, coronis, trecẽta duodecim dona meruit. Nouẽ imperatores qui opera eius uicerant, triumphãtes prosecutus est. Post hunc M. Sergius duobus stipendijs, primo aduerso corpore ter & uicies uulneratus: secundo stipendio in prælio dextrã perdidit, qua de causa ferream sibi manũ fecit: & cum neutra penè idonea ad præliandum ualeret, una die quater pugnauit, & uicit sinistra, duobus equis eo insidente confossis. Ab Hannibale bis captus refugit, cum xx. mensibus quibus captiuitatis sortem perferebat, nullo momento sine compedibus fuerit & catenis. Omnibus asperrimis prełijs, quę tempestate illa Romani experti sunt, insignitus donis militaribus. A Thrasymeno, Trebia, Ticinoq; coronas ciuicas retulit. Cannensi quoq; prælio, de quo refugisse eximiũ opus uirtutis fuit, solus accepit coronam. Beatus profectò tot suffragijs gloriarum, ni hęres in posteritatis eius successione Catilina tantas adoreas odio damnati nominis obumbrasset. Quantum interter milites Sicinius, aut Sergius, tantum inter duces, imò, ut uerius dicam, inter omneis homines [c] Cæsar Dictator enituit. Huius ductibus undecies centum

† Boëthus

Hæc in uetustis exemplaribus non habentur.

SCHOLIA CAP. VI.

Solinus uolens disserere aliqua de fortitudine, præmittit quorundã miram pedum pernicitatẽ: est enim & hæc quædam fortitudinis species. Inducitur autẽ primũ pro exemplo Ladas, quale quid & de Iphiclo Hesiodus canit, qui tãtæ pernicitatis fuisse perhibetur, ut excurreret supra triticeas aristas, eas nõ oblædens. Polymestor nomẽ cõpositũ putat à πολὺ & μάστωρ, quasi multum ualidus, quippe qui suo cursu facilè leporem consequi potuit. a ¶ *Visu deinde.) Visus quãto fuerit melius affectus, tanto rem quancunq; clarius & in distantia remotiori percipere potest, præsertim quæ per rectas uidentur lineas. Videntur autem per rectas lineas quæ in aëre uidẽtur. Quæ uerò per aërem & aquã diuersa media uidentur, per flexas uidentur lineas: ut baculus in aquã collocatus, fractus uidetur. Porrò per reflexas lineas cernũtur, quæ ex reflexione speculorũ uidentur.* b ¶ *Hastis puris.) Secũdum Donatũ hastæ puræ sunt quæ sine ferro sunt.* c ¶ *Cæsar Dictator.) Scribit hic Solin. multa præconia Cæsaris, sed non desunt qui illũ ob suam tyrannicam dominationẽ iure cæsum æstiment. Nam honores non modo nimios recepit, ut consulatum continuum, perpetuam dictaturam*

& nonaginta duo millia cęsa sunt hostiũ. Nam quantũ bellis ciuilibus fuderit, noluit annotari. Signis collatis quinquagies & bis dimicauit: M. Marcellũ solus supergressus, qui nouies & tricies pari modo fuerat pręliatus. Ad hæc nullus celerius scripsit, nemo uelocius legit. Quaternas etiam epistolas simul dictasse perhibet. Benignitate adeò prędítus, ut quos armis subegerat, clementia magis uicerit.

De memoria. De uoce adempta, & adepta. De morũ laude. De eloquentia. De pietate. De pudicitia, & felicitate. Cap. VII.

CYrus memoriæ bono claruit, qui in exercitu cui numerosissimo prępfuit, nominatim singulos alloquebat. Fecit hoc idem in populo Rom. L. Scipio. Sed & Cyrũ & Scipionẽ cõsuetudine credamus profecisse. Cyneas Pyrrhi legatus postero die cę ingressus Romã fuerat, & equestrem ordinẽ, & senatũ propriis nominib. salutauit. Rex Põticus Mithridate duab. & uigínti gentibus, quibus imperitabat, sine interprete iura dixit.[a] Memoriã ex arte fieri palàm factum est, sicut Metrodorus philosophus, qui temporibus Cynici Diogenis fuit, in tantum se meditatione assidua prouexit, ut à multis simul dicta non modò sensuum, sed etiam uerborũ ordini bus retineret.[b] Nihil tamẽ in homine aut metu, aut casu, aut morbo facilius intercipi, sæpe perspectum est. Qui lapide ictus fuerat, accepimus oblitũ literarũ. Messalam certè Coruinũ post ægritudinẽ quam pertulerat, percussum proprij nominis obliuione, quãlibet aliàs ei sensus uigeret. Memoriã metus perimit. Inuicem timor uocis est incitamentũ, quam non solum acuit, sed etiam si nunc ę fuerit extorquet. Denique cum Olympiade octaua & quinquagesima uictor Cyrus intrasset Asiæ oppidũ Sardis, ubi tunc[c] Crœsus latebat, Athis filius regis mutus ad id usque temporis, in uocem erupit uitimoris. Exclamasse enim dicit, Parce patri meo Cyre, & te hominem esse uel casibus disce nostris. Tractare de moribus supereſt, quorum excellentia maximè in duobus enituit.[d] Cato princeps Portiæ gẽtis, senator optimus, orator optimus, optimus imperator, causam tamen quadragies & quater dixit, diuersis odiorũ simultatibus appetitus, semper absolutus. Verũ Scipionis Aemiliani laus propensior, qui præter bo-

ram præfecturamq;, insuper prænomẽ imperatoris, cognomẽ patris patriæ, statuam inter reges, suggestum in Orchestra: quin & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est, sedem auream in curia, & pro tribunali thensam, & ferculũ Circensi pompa, tẽpla, aras, simulacra iuxta deos, puluinar, flaminẽ, Lupercos, appellationẽ mensis è suo nomine, ac nõnullos honores ad libidinem cepit & dedit. Vide Sueton. lib. 1.

SCHOLIA CAP. VII.

Ea quæ à principio huius capitis scribuntur, Valerius Maximus quoq; cõmemorat titulo septimo libri octaui, in hæc uerba scribens: Cyrus omniũ militũ suorum nomina, Mithridates duarũ & uiginti gentium, quæ sub regno eius erãt, linguas discendo: ille ut sine monitore exercitũ salutaret, hic ut eos quibus imperabat sine interprete alloqui posset. a *¶ Memoriã ex arte fieri.) Qui hanc ingenij partem exercent, his capiendi sunt loci, & ea quæ maximè memoria tenere uelint, effigianda animo, atq; in his locis sic sunt collocanda, ut ordinẽ rerum, locorũ ordo seruet, res autem ipsas rerum effigies notet, atq; ut locis pro cera, simulacris pro literis utantur. Cæterũ Metrodorum philosophũ, qui in Asia uixit, adscrit Cicero se uidisse, scribitq; illũ propè diuina præditũ memoria. Fuit igitur circiter annũ 648. ab urbe condita. Cynicus autem Diogenes fuit tempore Alexãdri, cum constet eos eadem die uita functos, hunc Babyloniæ & alterũ Corinthi, nempe circa annum 432. urbis cõditæ. Sed fuit alius Diogenes Stoicus tempore Ciceronis, quẽ hic Solinus uoluit exprimere.* b *¶ Nihil tamen in homine facilius intercipi.) Sic quoque dicit Seneca in principio primi declamationum: Memoria, inquit, est res ex omnibus partibus animi maximè delicata & fragilis, in quam primũ senectus incurrit. Sic quidem Athenis eruditissimus, cum ictũ lapidis in capite suscepisset, literarum quibus præcipuè inseruierat oblitus est, cætera omnia tenacissima memoria retinens.*

c *¶ Crœsus.) Fuit hic Crœsus rex Lydorum, ea tempestate diuitijs & armis potentissimus: & cum Babylonijs auxilio esse uellet, à Cyro rege Persarum uincitur.*

d *¶ Cato princeps.) Hic Portius Cato genere Tusculanus, Marco patre genitus, ob eius singulare ingeniũ ac mores integros, à Valerio Flacco Romã ductus, nec diu post Romana ciuitate donatus est, ac omni in ea dignitatis*

ter bona quibus Cato clarus fuit, etiã publico amore prẽceſſit. Vir optimus Naſica Scipio iudicatus eſt, nõ priuato tantum teſtimonio, ſed totius ſenatus ſacramẽto: quippe quòd inuentus dignior nõ fuit, cui prẽcipuæ religionis crederetur myſteriũ, cum oraculum moneret arceſſi ſacra [e] deûm matris Peſsinuntiæ. Plurimi inter Romanos eloquentia floruerũt, ſed hoc bonum hæreditarium nunquam fuit, niſi in familia Curionum, in qua tres ſerie cõtinua oratores fuere. Magnum hoc habitum eſt ſanè eo ſeculo, quo facũdiam præcipuè & humana & diuina mirata ſunt. Quippe tunc percuſſores [f] Archilochi poëtæ Apollo prodidit, & latronum facinus deo arguente detectũ eſt. Cumq; Lyſander Lacedæmonius Athenas obſideret, ubi Sophoclis Tragici inhumatũ corpus iacebat, identidẽ [g] Liber pater ducẽ admonuit per quietem, ut ſepeliri delicias ſuas ſineret: nec priùs deſtitit, q̃ Lyſander cognito quis obſiſſet diem, & quid à numine poſceret, inducias bello daret, uſq; dum congruæ ſupremis talib. exequiæ ducerent. [h] Pindarũ lyricũ è conuiuij loco, cui imminebat ruina, ne cum cæteris interiret, forinſecus Caſtor & Pollux uocarũt, inſpectantibus uniuerſis: quo effectum eſt, ut ſolus impendens periculum euaderet. Numerãdus poſt Deos Cn. Pompeius magnus, intraturus Poſidonij domũ, clariſsimi tunc ſapientiæ profeſſoris, percuti ex more à lictore uetuit foreis, ſummiſsisq; faſcibus, quamlibet confecto Mithridatico bello, & orientis uictor, ſentẽtia propria ceſsit ianuæ literarũ. Africanus prior Q. Ennij ſtatuã imponi ſepulchro ſuo iuſsit. [i] Vticenſis Cato unum ex tribunatu militum philoſophum, alterum ex Cypria legatione Romam aduexit, profeſſus plurimũ ſe eo facto Senatui & populo Romano contuliſſe, quamuis proauus eius ſæpiſsimè cenſuiſſet Græcos urbe pellendos. Dionyſius tyrannus uittatã nauim Platoni obuiã miſit: ipſe cum albis quadrigis egredientẽ in littore occurrẽs honoratus eſt. Perfectam prudentiã ſoli Socrati oracullum Delphi cum adiudicauit. Pietatis documentũ nobiliùs quidem [k] in Metellorũ domo effulſit, ſed eminentiſsi-

dignitatis honore functus. Principiò Priſcus uocabatur, & deinde Cato, quod uirtutis eius cognomentũ extitit. Romani enim eum in quo multarum rerum uſus ac experientia ſit, Catonem nominant. Porrò Scipio Aemilianus, qui & Africanus, ſic ſeſe cõmodo reipublicæ tribuit, ut cum interfectus eſſet ab ijs qui affectabant ferri agrariam legem, diſcordiarũ fomentũ, quibus ille fortiter repugnauerat, Metell. Macedonicus in publicũ ſe proripuit, mœſtoq; uultu & uoce cõfuſa ait: Cõcurrite concurrite ò ciues, mœnia noſtræ urbis euerſa ſunt, Scipioni enim Africano intra ſua mœnia uis illata eſt. e ¶ *Matris deorũ Peſsinuntiæ.*) *Eſt Peſsinuntis urbs Phrygiæ, in qua Cybelæ deæ inſigne templum conſtructum erat, quæ Minois & Dindymenes filia fuit, mira pulchritudine et prudẽtia prædita, inuentrix prima fiſtulæ, cymbali, tympaniq;. Hæc & curandi pueros artẽ tradidit, eosq; ſummo ac materno amore proſequuta eſt, unde factum, ut ex facto matris nomen conſecuta ſit. Longè pòſt ſimulacrum eius, monente Sibylla, per Scipionẽ Naſicam Romã aduectum eſt. Hæc & à quibuſdam Rhea, deorum mater uocatur: item Veſta, & dea Phrygia magna.* f ¶ *Archilochi.*) *Fuit hic Archilochus uates præcellens, ſed obſcœnus multũ ac uirulentus. Hinc factum eſt, ut dicta amarulenta & mordacia, prouerbiali figura Archilochia nominentur.*

g ¶ *Liber pater.*) *Aiunt Dionyſium, id eſt, Bacchum, Liberum patrem appellatum, quòd bibentibus libertatis cauſa ſit: fiũt enim homines ebrietate petulantiores. Vel quòd libationẽ præbuit, uel quòd pro Bœotiæ libertate pugnauit.* h ¶ *Pindarum.*) *Non Pindaro, ſed Simonidi id accidit: quamobrem depraua tus eſt hic locus. Cæterum Poſidonius, cuius mox fit mentio, fuit Rhodi Ciceronis præceptor. Fuit proinde mos apud Romanos, ut cum magiſtratus domum cuiuſpiam eſſet intraturus, lictor fores uirga percuteret. Item Ennius, cuius & hic fit mentio, poëta fuit, & cum articulari morbo* ¶ *interiiſſet, ſepultus eſt in Scipionis monumento, uia Appia, intra primum ab urbe miliarium.* i ¶ *Vticenſis Cato.*) *Cum Carneades Romam ueniſſet, & quaſi quodam diuino afflatu Romanã iuuentutem ad græcarũ literarũ amorem pellexiſſet, idq; cæteris Romanis iucundum fuiſſet ſpectaculum, Cato proauus ijs ſtudijs uniuerſam ciuitatem abundare grauiter tulit.*

k ¶ *In Metellorum domo.*) *Metellorum familiæ inter cæteras uirtutes, pietatem in deos peculiarem fuiſſe conſtat. Metellus enim pontifex maximus, Poſthumium conſulem eundemq; flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à ſacris diſcederet, mulcta indicta, inconſulto deo urbem egredi paſſus non eſt.*

nentiſsimũ [l] in plebeia puerpera reperitur. Humilis hæc, atq; ideo famæ obſcurioris cũ ad patrem, qui ſupplicij cauſa clauſtris pœnalib. cõtinebatur, ægrè obtinuiſſet ingreſſum, exquiſita ſæpius à ianitoribus, ne forte parenti cibum ſumminiſtraret, alere eum uberibus ſuis deprehenſa eſt. Quæ res & factum & locum cõſecrauit. Nam qui morti deſtinabatur, donatus filię in memoriã tanti præconij reſeruatus eſt. Locus dicatus ſuo numini, Pietatis ſacellum fuit. Nauis à Phrygia gerula ſacrorum, dum ſequitur uittas caſtitatis, [m] contulit Claudiæ principatũ pudicitiæ. At Sulpitia Paterculi filia, M. Fuluij Flacci uxor, cenſura omniũ matronarũ è centum probatiſſimis haud temerè electa eſt, quæ ſimulacrũ Veneris, ut Sybillini libri monebant, dedicaret. † Qui attingat ad titulũ felicitatis, necdum repertus eſt, & qui felix cenſeri iure debuerit. Nanq; Cornelius [n] Sylla dictus potius eſt quàm fuerit felix. Solum certè beatũ cortina Aglaum iudicauit, qui in anguſtiſsimo Arcadiæ angulo pauperis ſoli dominus, nunquam egreſſus paterni ceſpitis terminos inuenitur.

† Quod attinet

SCHOLIA CAP. VIII.

Scripturus Solinus de regionibus orbis, initiũ ſumit ab Italia, quæ uiris, fœminis, ducibus, militibus, artiũ præſtãtia, ingeniorũ perſpicacitate, ſitu, ſalubritate cœli, facili acceſſu cunctarũ gentiũ, littoribus portuoſis, benigno uentorũ afflatu, aquarũ copia, nemorũ ſalubritate, ferorũ animaliũ innocentia, ſoli fertilitate, pabuli ubertate, ſemper fuit pulcherrima. In ſumma, quicquid quo carere uita nõ debeat, nuſquã ferè eſt præſtantius: fruges, uinũ, olea, uellera, lina, metalla auri, argenti, æris & ferri. Videre poteris de his uberiora lib. 3. et 37. Plinij in nat. hiſt. Fuit hæc olim dicta Latiũ, à latendo, quòd illic latuerit Saturnus dum Iouẽ fugeret. Alij à Latino rege dici aſſerũt. Dicta eſt & Oenotria, à uino quod optimũ in Italia naſcitur, uel ab Oenotro rege Sabinorũ. Italia autem ab Italo rege dicta eſt, & Græcia maior, quòd incolæ eius ex maiori parte Græci fuerint. a *¶Bifera uiolaria.) Multi flores bis in anno proueniunt. Veſeuus mons in Campania eſt iuxta Neapolim. Vocatur & Veſuuius. Baiæ, ciuitas iuxta mare Campanum ſita, à Baio Vlyßis ſocio illic ſepulto, ubi & aquæ calidæ ſcaturiunt, ad uoluptatem & uarios morbos cõmodæ. Inuiare, ſignificat uiam facere.*

Ardea urbs à Danaë Acriſij Argiuorũ regis filia, augurio ardeæ auis condita eſt.

Quæ urbs Polydæ ſit, non ſatis conſtat.

De Italia, & eius laudibus, deq; peculiaribus multis quæ in ea reperiunt. Cap. VIII.

DE homine ſatis dictum habeo. Nũc ut ad deſtinatũ reuertamur, ad locorum cõmemorationẽ ſtylus dirigendus eſt, atq; adeò principaliter in Italiam, cuius decus iam in Vrbe cõtigimus. Sed Italia tanta cura ab omnibus dicta eſt, præcipuè à M. Catone, ut iam inueniri non poſsit, quod non ueterũ autorum præſumpſerit diligentia, largiter in laudẽ excellentis terræ materia ſuppetente, dum ſcriptores præſtantiſsimi reputãt locorum ſalubritatẽ, cœli temperiem, ubertatẽ ſoli, aprica colliũ, opaca nemorũ, innoxios ſaltus, uitiũ olearumq; prouentus, ouilia, pecuaria, tot amneis, lacus tantos, [a] bifera uiolaria, inter hæc Veſeuum flagrãtis animæ ſpiritu uaporantem, tepenteis fontibus Baias, colonias tam frequenteis, tam aſſiduam nouarũ urbium gratiam, tam clarum decus ueterũ oppidorũ, quæ primũ Aborigines, Arunci, Pelaſgi, Arcades, Siculi, totius poſtremò Græciæ aduenæ, & in ſumma uictores Romani condiderũt. Ad hæc littora portuoſa, orasq; habet patentibus gremijs, commercio orbis accõmodatas. Verum ne prorſus intacta uideaẽ, in ea quæ minus trita ſunt, animũ intendere haud abſurdum uidetur, & parcius depaſta leuibus ueſtigijs inuiate. Nam quis ignorat uel dictam uel conditã à Iano

Iano Ianiculum, à Saturno Latium atq; Saturniam, à Danaë Ardeam, à comitibus Herculis Polyden, ab ipso in Campania Pompeios, quia uictor ex Hispania pompā boum duxerat? In Liguria quoq; lapidarios campos, quòd à Ioue eo dimicante credunt saxa pluisse. Regionem Ionicam ab Ione Naulochi filia, quam procaciter insidentē uias Hercules interemit, ut ferūt. Alchippen, à Marsya rege Lydorū, quòd hiatu terræ haustū, dissolutū est in lacum Fucinū. Ab Iasone templū Iunonis Argiuæ, à Pelope Pisas, à Cleolao Minois filio Daunios, Iapygas à Iapyge Dædali filio, Tyrrhenos à Tyrrheno Lydiæ rege, Coram à Dardanis, Argillam à Pelasgis, qui primi in Latiū literas intulerūt: ab Haleso Argiuo Phaliscā, à Phalerio Argiuo Phalerios, Fescenniū quoq; ab Argiuis, portū Partheniū à Phocensibus, Tybur (sicut Cato facit testimoniū) à Catilo Arcade præfecto classis Euandri: sicut Sextius, ab Argiua iuuentute. Catillus enim Amphiarai filius, post prodigialem patris apud Thebas interitum, Oeclei aui iussu, cum omni fœtu uel sacro missus treis liberos in Italia procreauit, Tiburtum, Coram, Catillum, qui depulsis ex oppido Sicilia ueteribus Sicanis, à nomine Tiburti fratris natu maximi urbem uocarunt. Mox in Brutijs ab Vlysse extructum templum Mineruæ. Insula Ligea appellata abiecto ibi corpore Sirenis ita nominatæ. Parthenope à Parthenopes Sirenis sepulchro, quā Augustus postea Neapolin esse maluit. Præneste, ut Zenodotus refert, à Præneste Vlyssis nepote Latini filio: aut, ut Præneſtini sonant libri, à Cæculo, quem iuxta ignes fortuitos inuenerunt, ut fama est, [b] Digitiorum sorores. Notum est à Philoctete Petiliam constitutam, Arpos & Beneuentum à Diomede, Patauium ab Antenore, Metapontum à Pylijs, Scyllaceum ab Athenienſibus, Sybarim à Trœzenijs & à Sagari Aiacis Locri filio, Salentinos à Lycijs, Anconam à Siculis, Gabios à Galatio & Bio Siculis fratribus, ab Heraclidis Tarentum, insulam Tensam ab Ionibus, Pæstum à Dorensibus. A Myscello †& Archia Crotonam, Rhegyum †Achæo
à Chalcidensibus, Caulonam & Terinam à Crotonienſibus, à Naritijs Locros, Heretrum à Græcis in honorem Heræ, sic enim Iunonem Græci uocant. Ariciam ab Archilocho Siculo, unde & nomen, ut Cassio Heminæ placet, tractum. Hoc in loco Orestes oraculo monitus simulacrū Scythicæ Dianæ, quod de Taurica extulerat, priusquam Argos peteret, consecrauit. A Zanclensibus Metaurum locatū, à Locrensibus Metapontū, quod nunc Vibo dicitur. Bocchus absoluit, Gallorum ueterem propaginem Vmbros esse. Marcus Antonius asseuerat eosdem, quòd tempore aquosæ cladis imbribus superfuerint, Vmbros †græcè †esse
nominatos. Licinio placet, à Mesappo græco Mesappiæ datam originem, uersam postmodum in nomen Calabriæ, quam in exordio Oenotri frater Peucetius Peucetiam nominarat. Par sententia est inter autores, à gubernatore Aeneæ appellatum [c] Palinurum, à tubicine Miseno Misenum, à consobrina Leucosiam insulam. Inter omnes perspicuè conuenit, à nutrice Caieta Caietam, ab uxore Lauinia Lauinium esse nuncupatum, quod post Troiæ excidium, sicut †Cussonius †Cosconius
perhibet, quarto anno extructum est. Nec omissum sit, Aeneam æstate ab Ilio capto secunda, Italicis littoribus appulsum, ut Hemina tradit, socijs non amplius

Agilla ciuitas est Thuscię, quæ alio nomine Cære dicta est. Haleso uerò putatur esse, quam hodie Montem flasconem uocant.

b ¶*Digitiorum sorores.*) *Quidam putant legendum, diuorū. Beneuentū uerò olim dictum fuit Maleuentum, quod à Dalmatia uiolentior quidā & acerbus uentus ingruere consueuisset. Patauium, quod hodie est Padua, à Padi fluminis uicinitate sic dictum est. Tarentum urbs est Calabriæ, quam quidam Lacedæmoniū uocant, quidam uerò Herculeū Tarentū. Zanclenses sic nominati sunt à Zancle oppido tum Achaię tum Siciliæ.*

c ¶*Palinurum.*) *Fuit Palinurus Aeneæ classis gubernator, submersus & sepultus iuxta promontorium quoddam, à quo illud hoc quoque consecutum est nomen, ubi & urbs est quam Heliam uocant, alij autem Veliam, à qua haud procul distat Leucosia insula, à cognata Aeneæ sic dicta. Cæterum Venus dicitur ἀφροδίτη, quòd ex testium Saturni, uel ut alijs placet, ex Cœli spuma nata fingitur.*

d ¶*Indi-*

d ¶Indigetis.) Indigetes dij uocãtur, quòd nullius rei egeant, uel quasi in dijs agentes.

e ¶A iugis alpium.) Vniuersa, inquit Sempronius, Italia à iugis Alpium oritur, & in Leucopetram fretumq; Siculum terminatur. Cingitur supero & infero mari, & secatur Apennino, qui à iugis Alpium ortus, per mediam Italiam à Liguribus ad Anconam porrectus, inde paulatim usque Venusiam flexus, ibi ex transuerso diuidit Italiã. Scribit quoq; Plinius sic: Italia querno assimilatur folio, multò proceritate amplior q̃ latitudine, in læuo se flectens cacumine, & Amazonicæ figura desinens parmæ, ubi à medio excursu †Cirthos uocatur, per sinus lunatos duo cornua emittens, Leucopetrã dextra, Lacinium sinistra. †Cocinthos, Herm. Barb.

f ¶Amœnißimi Campaniæ tractus.) Scribit Florus libro primo: Omnium non modò Italia, sed toto orbe terrarũ pulcherrima Campaniæ plaga est. Nihil mollius cœlo, deniq; bis floribus uernat, nihil uberius solo, ideo Liberi Cereris q; certamen dicitur. Nihil hospitalius mari. Hic illi nobiles portus, Caieta, Misenus, & tepentibus fontibus Baiæ, Lucrinus & Auernus, quædã maris ostia. Hic amicti uitibus montes, Gaurus, Falernus, Maßicus, et pulcherrimus omniũ Vesuuius Aetnæi ignis imitator. Vrbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis &c. Est & ibi Phlegræus campus, in quo Herculem gigantes superasse fabulantur, illicq; sepulti, quoties anhelant, terram quatiunt.

g ¶Tarracina.) Hæc & Trachinia dicta est, fuitq; olim Volscorum metropolis. Et quemadmodum ipsa maris abscessu addita cõtinenti, sic Rhegium maris accessu à continenti sciunctum est: hinc & nomen urbi datum ῥαγὰς, quod ex græco ruptum signi ficat. Nam Sicilia à continente ui terræmotuum auulsa est.

h ¶Læstrigonibus.) Læstrygones anthropophagi fuerũt, homines immanißimi, & ab omni humanitate alieni, sic dicti ἀπὸ τῆς λυστρέας, id est, à latrocinio.

sexcentis, in agro Laurenti posuisse castra: ubi dum simulacrũ, quod secum ex Sicilia aduexerat, dedicat Veneri matri, quæ ἀφροδίτη dicit, à Diomede Palladiũ suscipit, tribusq; mox annis cũ Latino regnat socia potestate, quingentis iugeribus ab eo acceptis: quo defuncto summam biennio adeptus, apud Numicũ apparere desijt. Anno septimo patris [d] indigetis ei nomen datum. Deinde cõstitutæ ab Ascanio Alba longa, Fidenæ, Antiũ, Nola à Tyrijs, ab Eubœensibus Cumæ. Ibidem Sibyllæ sacellũ est, sed eius quæ rebus Romanis quinquagesima Olympiade interfuit, cuiusq; librum ad Cornelium usq; Syllam pontifices nostri cõsulebant: tunc enim unà cum Capitolio igni absumptus est: nam priores duos, Tarquinio Superbo parcius precium offerente, quàm postulabat, ipsa exusserat. Huius sepulchrum in Sicilia adhuc manet. Delphicam autẽ Sibyllam ante Troiana bella uaticinatam †Bocchus perhibet, cuius plurimos uersus operi suo Homerũ inseruisse manifestat. Hanc Heriphile Erythræa annis aliquot intercedentib. insecuta est, Sibyllaq; appellata est de scientiæ parilitate, quæ inter alia magnifica Lesbios amissuros imperiũ maris multò antè præmonuit, q̃ id accideret. Ita Cumanã tertio fuisse post has loco, ipsa æui series probat. Ergo Italia, in qua Latiũ antiquũ antea à Tyberinis ostijs adusq; Lyrim amnẽ pertinebat, uniuersa consurgit à iugis Alpium, porrecta ad Rheginũ uerticem, & littora Brutiorũ, quo in mare meridiẽ uersus protenditur. Inde procedens paulatim se Apennini mõtis dorso attollit, extensa inter Tuscũ & Adriaticũ, id est inter superũ mare & inferũ, similis querno folio, scilicet proceritate amplior, q̃ latitudine. Vbi longius processit, in cornua duo scindit, quorũ alterũ Ionium spectat æquor, alterũ Siculum. Inter quas prominẽtias nõ uno margine accessum insinuati freti recipit, sed linguis proiectis sæpius, à procurrentibus distinctum promontorijs pelagus admittit. Ibi, ut obuia passim notemus, arces Tarentinę, Scyllæa regio, cum Scyllæo oppido, & Crathe flumine Scyllæ matre, ut uetustas fabulata est: Rhegini saltus, Pæstanæ ualles, Sirenum saxa, amœnissimus Campaniæ tractus, Phlegræi campi, Circes domus: Tarracina, antè insula circunflua immenso mari, nunc æuo nectente addita continenti, diuersamq; fortunam à Rheginis experta, quos fretũ medium à Siculis ui abscidit: Formiæ etiam Læstrygonibus habitatæ: multa præterea pollentissimis ingenijs edisserta, quæ præterire, q̃ inferius exequi, tutius duximus. Verũ Italiæ longitudo, quæ ab Augusta prætoria per urbem Capuamq; porrigit usq; ad oppidum Rhegiũ, decies centena & uiginti millia passuum colligit. Latitudo ubi

† Boëthus

plurimum

plurimũ, cccc x. ubi minimum, cxxxvi. millia. Arctiſsima eſt ad portum, quem Annibalis caſtra dicunt. Neque enim excedit quadraginta millia. Vmbilicũ, ut Varro tradit, in agro Reatino habet. At in ſolidum ſpaciũ circuitus uniuerſi uicies quadragies nouies centena ſunt. In quo ambitu aduerſa Locrenſium fronte ortus à Gadibus finitur Europæ ſinus primus: nam ſecundus à [i]Lacinio auſpicatus, in Acroceraunijs metas habet. Ad hæc Italia Pado clara eſt, quẽ mons Veſulus ſuperantiſsimus inter iuga Alpiũ gremio ſuo fundit, uiſendo fonte in Ligurum finibus, unde ſe primũ Padus proruit, ſubmerſuſq; cuniculo rurſus in agro Vibonenſi extollit, nulli amniũ inferior claritate, à Græcis dictus ἠριδανὸς. Intumeſcit exortu canis, tabefactis niuibus, & liquentib. brumæ pruinis, auctusq; aquarũ acceſsione xxx. flumina in Adriaticũ defert mare. Eſt è memorabilibus inclytũ, & inſigniter per omniũ ora uulgatũ, quòd perpaucæ familiæ ſunt in agro Phaliſcorũ, quos Hirpos uocãt. Hi ſacrificium annuum ad montem Soractem Apollini faciunt, idq; operantes geſticulationibus religioſis impunè exultant, ardentibus lignorum ſtruibus, in honorem diuinæ rei flammis parcentibus: cuius deuotionis miniſterium munificentia ſenatus honoratũ, Hirpis perpetuò omnium munerum uacationem dedit. Gentem Marſorũ ſerpentibus illæſam eſſe, nihil mirum. A Circes filio genitis ducunt, & de auita potentia deberi ſibi ſentiunt ſeruitium uenenorum, ideoq; uenena contemnunt. C. Cælius Oetæ treis filias, Angitiã, Medeam, & Circen dicit fuiſſe: Circen Circęos inſediſſe monteis, carminum maleficijs uarias imaginum facies mentientem: Angitiã uicina Fucino occupauiſſe, ibiq; ſalubri ſcientia aduerſus morbos reſiſtentem, cum deſiſſet hominem uiuere, deam habitam: Medeam ab Iaſone Buthroti ſepultam, filiumq; eius Marſis imperaſſe. Sed q̃uis Italia habeat hoc præſidium familiare, à ſerpentibus non penitus libera eſt. Denique habitatores ab Amyclis, quas antea Græci condiderunt, ſerpentes fugauere. Illic frequens uipera inſanabili morſu. Breuior hæc cæteris, quàm in alijs aduertimus orbis partibus: ac propterea, dum deſpectui eſt facilius nocet. Calabria [k] Cherſydris frequẽtiſsima eſt, & Boam gignit, quem anguem ad immenſam molem ferunt coaleſcere. Captat primo greges bubulos: & ſi quæ plurimo lacte rigua bos eſt, eius ſe uberibus innectit, ſuctuq; cõtinuo ſaginata, longo ſeculo ita †funebri ſatietate ultimo extuberatur, ut obſiſtere magnitudini eius nulla uis queat. Poſtremò depopulatis animantibus, regiones quas obſederit, ad uaſtitatem cogit. Denique diuo Claudio principe in loco ubi Vaticanus ager eſt, in aluo occiſæ Boæ ſpectatus eſt ſolidus infans. Italia lupos habet, qui cum cæteris ſimiles nõ ſint, homo quem prius uiderint, conticeſcit: & anticipatus obtutu nocentis, licet clamandi uotum habeat, nõ habet uocis miniſterium. Sciens de lupis multa prætereo. Spectatiſsimum illud eſt, quòd caudæ animalis huius uillus amatorius ineſt perexiguus, quem ſpontaneo damno abijcit, cum capi metuit: nec habet potentiam, niſi uiuenti detrahatur. Coëunt lupi toto anno non amplius dies xij. Veſcuntur in fame terra. At hi quos [l] Ceuarios dicimus, quamuis poſt longa ieiunia repertas ægrè carnes mandere cœperint, ubi quid caſu reſpiciunt, obliuiſcuntur, & immemores præſentis copiæ, eunt quæſitum quam reliquerunt ſatietatem. In hoc animalium genere numerantur & Lynces, quarum urinas coire in duritiem precioſi calculi fatentur, qui naturas lapidum exquiſitius ſunt perſecuti. Iſtud etiam ipſas Lyn-

cinio. *i* ¶*Laciniũ.*) *Promontoriũ Italiæ inter Adriaticũ & Ioniũ eſt, à quodã latrone ibi ab Hercule interempto qui Lacinius uocabatur. Acroceraunij mõtes ſunt excelſi, quos fulmina ſæpe infeſtant.*

k ¶*Cherſydris.*) *Serpẽtes ſunt qui tam in aquis q̃ in terris morantur. Boa uerò ſerpentis aliud eſt genus, ſic dictũ quòd inſtar bouis turgeat. Alij aliter interpretantur.*

Per fellebrem ſatietatẽ intellige copioſum lactis ſuctum. *l* ¶*Lupi ceruarij.*) *Tria ſunt luporũ genera, cõmunes, canarij, & ceruarij. Ceruarij dicũtur etiã cum famelici cibũ edunt, & reſpiciunt, propoſiti obliti cibi. Porrò ex Lyncũ humore lyncuriũ lapidem naſci, ex autoribus conſtat.*

†*fellebri*

ces perſentiſcere, hoc documento probatur, quod egeſtum liquorem illicò arena rum cumulis, quantum ualent, cõtegunt, inuidia ſcilicet, ne talis egeries tranſeat in noſtrum uſum, ut Theophraſtus perhibet. Lapidi iſti ſuccini color eſt, pariter ſpiritu attrahit propinquantia, dolores renũ ſedat, medetur regio morbo, λυγκό-ειον græcè dicitur. Cicadæ apud Rheginos mutæ, nec uſquam alibi; quod ſilentium miraculo eſt, nec immeritò, cum uicinæ, quæ ſunt Locrenſium, ultra cæteras ſonitent. Cauſas Granius tradit, cum obmurmurarẽt illic Hercule quieſcente, deum iuſsiſſe ne ſtreperent: itaq; ex eo cœptum ſilentiũ permanere. Liguſticũ mare frutices procreat, qui quantiſper fuerint in aquarũ profundis, fluxi ſunt, tactu prope carnulento: deinde ubi in ſupera tolluntur, natalibus derogatis, lapides fiunt. Nec ſolum qualitas illis, ſed & color uertitur: nam puniceo protinus rubeſcunt. Ramuli ſunt, quales arborũ uiſimus, ad ſemipedem frequentius longi: rarum eſt pedaneos deprehendi. Excuduntur ex illis multa geſtamina. Habet enim, ut Zoroaſtres ait, materies hæc quandam poteſtatẽ: ac propterea quicquid inde fit, habetur inter ſalutaria. Corallium alij dicunt. Nam Metrodorus †γοργονίαν nominat. Idem quòd reſiſtat typhonibus & fulminibus, affirmat. Eruitur gemma in parte Lucaniæ, facie adeò iucunda, ut languentes intrinſecus ſtellas, & ſub nubilo renidentes croceo colore perfundat. Ea, quoniam in littore Syrtium inuenta primũ eſt, Syrtites uocatur. Eſt & Veientana gemma à loco dicta, cui nigri coloris ſuperficies, quam ad gratiam uarietatis albi limites interſecant, †notis candentibus. Inſula quæ Apuliæ oram uidet, tumulo ac delubro Diomedis inſignis eſt, & Diomedeas aues ſola nutrit. Nam hoc genus alitis præterquã ibi nuſquam gentiũ eſt: idq; ſolum poterat memorabile iudicari, niſi accederent nõ omittenda. Forma illis penè quæ fulicis, color candidus, ignei oculi, ora dentata, congreges uolitant, nec ſine ratione pergendi. Duces duæ ſunt, quæ regant curſum: altera agmen anteit, altera inſequitur: illa ut ductu certum iter dirigat, hæc ut inſtantia urgeat tarditatem. Hæc in meantibus diſciplina eſt: & cum fœtificũ adeſt tempus, roſtro ſcrobes excauant. Deinde ſurculis inuerſum ſuperpoſitis, texta cratium imitantur, & ſic contegunt ſubtercauata: & ne operimenta deſint, ſi fortè lignorum caſas uenti auferant, hanc ſtruem comprimũt terra, quam egeſſerant cum puteos excauarent. Sic nidos moliuntur bifori acceſſu: nec fortuitò, adeò ut ad plagas cœli metentur exitus, uel ingreſſus. Aditus, qui dimittit ad paſtus, in ortum deſtinatur: qui excipit reuertenteis, occaſum uerſus eſt, ut lux & moranteis excitet, & receptui non denegetur. Leuaturæ aluum, aduerſis flatibus ſubuolant, quibus proluuies longius auferatur. Iudicant inter aduenas: ſi Græcus eſt, propius accedunt, & quantum intelligi datur, uelut ciui blandius adulantur. Si quis erit gentis alterius, inuolant & impugnant. Aedem ſacram omni die celebrant, ſtudio huiuſmodi: Aquis imbuunt plumas, alijsq; impendiò madefactis cõfluunt rorulentæ: ita ædem excuſſo humore purificant: tunc pennulis ſuperplaudunt, inde diſcedunt quaſi peracta religione. Ob hoc ferũt Diomedis ſocios aues factos. Sanè ante aduentũ Aetoli ducis nomen Diomedis non habebant, inde ſic dictæ. Italicus excurſus per Liburnos, quæ gens Aſiatica eſt, procedit in Dalmatiæ pedem. Dalmatia in limitem Illyricũ, in quo ſinu Dardani ſedes habent, homines ex Troiana proſapia in mores barbaros efferati. At ex altera parte per Ligurũ oram in Narbonenſem prouinciam pergit, in qua Phocenſes quondam fugati Perſarum aduentu, Maſſiliam urbem Olympiade quadrageſimaquinta condiderunt. C. Marius bello Cimbrico factis manu foſsis inuitauit mare, pernicioſamq; feruentis Rhodani nauigationẽ temperauit: qui amnis præcipitatus Alpibus primo per Heluetios ruit, occurſantium aquarũ agmina ſecum trahens, auctuq; magno, ipſo quod inuadit freto turbulentior, niſi cum fretum uentis excitatur. Rhodanus ſæuit & cum ſerenum eſt, atq; ideo inter treis

Europæ

Europæ maximos fluuios & hunc computant. Aquæ quoq; Sextiæ eo loco claruerunt, quondam hyberna cõsulis, postea excultæ mœnibus: quarũ calor olim acrior exhalatus per tempora euaporauit, nec iam par est famæ priori. Si Græcos cogitemus, præstat respicere littus Tarentinum, unde à promontorio, quod Acren Iapygian uocant, Achaiam cursum destinantibus citissima nauigatio est.



Diuiditur Italia in sedecim regiones, nempe in Liguriam, in qua est Genua. In Latium, ubi sunt ostia Tyberina. In Hetruriam, quæ protenditur usq; ad primam ripam Tiberis. In Campaniam, quæ & Terra laboris hodie dicitur, in qua Capua & Neapolis sunt. In Lucaniam, quæ situm habet inter Calabriam & Apuliam. In Calabriam, quæ tenet extremitatem Italiæ prope Siciliam. In Apuliam, quæ Iapygia olim dicta fuit, & adiacet mari Adriatico, habens urbes Brundusium & Tarentum &c. In Samnium siue Aprutium, quod est inter Campaniam & Apuliam, habens ciuitates Aquilam, Aquinum, Beneuentũ &c. In Picenum, quod nunc Marchia Anconitana, in qua est Ancona, Vrbinum &c. In Aemiliam seu Romandiolam, quam & Flaminiã uocant, in qua urbes sunt Rauenna, Ferraria, Bononia &c. In Vmbriam, quæ nunc est ducatus Spoletanus, incipitq; ab Apennino monte, & extenditur usq; ad sinum Adriaticum: urbes in ea sunt, Spoletum, Reate, Fulgineum &c. In Galliam cisalpinam, quæ & Gallia togata dicitur, & hodie Lombardia, à Longobardis, cuius metropolis est Mediolanum. In Venetiam, quæ nunc est Marchia Teruisana, in qua sunt urbes Verona, Patauium, Vincentia &c. In Iapidiam, quæ est iuxta Venetias. In Carniã, quæ nunc est Forum Iuliũ. Et in Istriam, quæ cõtermina est Illyrio,

SCHOLIA CAP. IX.

De insulis his paruis, Pandataria, Prochyta, Capraria, Ithacesia et similibus, quæ in Tyrrheno mari situm habent, apud Strabonem & Ptolemæum etiam nonnihil inuenies. Hodie multarum nomina sunt mutata. Ligures sunt qui circa Genuam habitant. Nomen uerò dedisse feruntur Corsicæ insulæ, à Corsa muliere.

De quibusdam ignobilibus Tyrrheni maris insulis quæ Italiæ adiacēt: de Corsica & Catochite lapide. Cap. IX.

HEctendus hinc stylus est, terrarūq; uocant alia, & longum est, ut moratim insularū omniū oras legamus, quascunq; promontoria Italica prospectant: quamuis sparsæ recessibus amœnissimis, & quodam naturæ quasi spectaculo expositæ, non erant omittendæ. Sed quantum residendum est, si dilatis quæ præcipua sunt, per quandam desidiam, aut Pandatariam, aut Prochytā dicamus, aut ferri feracem Vilbam, aut Caprariā, quam Græci αἰγύλαγ dicūt: aut Planasiam, de facie supina freti sic uocatam, uel ab Vlyssis erroribus: uel Columbariam, auium huius nominis matrem: uel Ithacesiam, quæ Vlyssis proditur specula: uel Aenariam, & Inarimen ab Homero nominatā, aliasq; non secus lætas, inter quas Corsicam plurimi in dicendo latius circumuecti, plenissima narrādi absoluerunt diligentia: nihilq; omissum, quod retractari non sit superuacuū, ut exordiū incolis Ligures dederint, ut oppida ibi extructa sint, ut colonias ibi deduxerint Marius & Sylla, ut ipsam Ligustici sinus æquor alluat. Sed hæc facessant.

Verùm ager Corsicanus, quod in eo agro unicum est, solus edit quem Catochiten uocant lapidem, fatu dignissimū. Maior est cæteris qui ad ornatum destinantur, nec tam gemma, quàm cautes. Idem impositas manus detinet, ita se iunctis corporibus adnectens, ut cum ipsis hæreat, à quibus tangitur. Sed ei ineſt uelut de glutino lentiore nescio quid par atq; gummi. Accepimus Democritū Abderiten ostentatione scrupuli huius frequenter usum ad probandam occultā naturæ potentiam in certaminibus, quæ contra Magos habuit.

SCHOLIA CAP. X.

Habet Sardinia, autore Ptolemæo, ab oriente Tyrrhenū pelagus, à meridie Africum, ab occasu Sardoū, à septentrione mare, quod inter ipsam & Cyrnum seu Corsicam circunfunditur. Et hæc nomen habet à Sardo Herculis filio, qui immodica hominum multitudine in Sardiniam è Libya nauigasse dicitur, eamq; occupasse: antea uerò dicta fuit Ichnusa, quòd conformis esset humano uestigio. a *¶ Solifuga.) Alij uocant Solipungam, & est formicarum genus uenenatum, habens uim nocendi maximam.*

De Sardinia insula, de Solifuga, de Sardonia herba, de admirandis aquarū uiribus. Cap. X.

SArdinia quoq;, quam apud Timæū Sandalioten legimus, Ichnusam apud Chrysippū, in quo mari sita sit, quos incolarū autores habeat, satis celebre est. Nihil ergo attinet dicere, ut Sardus ab Hercule, & Norax à Mercurio procreati, cū alter ab Libya, alter ab usq; Tartesso Hispaniæ in hosce fines permeassent, à Sardo terræ, à Norace Noro oppido nomen datū. Mox Aristæū regnando his proximū in urbe Corali, quam condiderat, ipse coniuncto populo utriusq; sanguinis, seiuges usq; ad se gentes ad unum morem cōiugasse, imperiū ex insolentia nihil aspernatas. Sed & hic Aristæus Iolaum creat, qui ad id locorū agros ibi insedit. Præterea & Ilienses & Locrenses transeamus. Sardinia est quidem absq; serpentib. Sed quod alijs locis serpens est, hoc [a]Solifuga Sardois agris, animal perexiguum, simileq; araneis forma, solifuga dicta, quòd diem fugiat. In metallis argentarijs plurima est: nam solum illud argenti diues est, occultim reptat, & per imprudentiā supersedentib. pestem facit. Huic incōmodo accedit & herba Sardonia, quæ in defluuijs fontanis prouenit largius iusto. Ea si edulio fuerit, uescentib. neruos cōtrahit, rictu ora diducit, ut qui mortē oppetunt, ueluti ridentium facie intereāt. Cōtrà quicquid aquarū est, uariè cōmodis seruit. Stagna, pisculen-

piſculentiſsima: hybernæ pluuiæ in æſtiuã penuriam reſeruãtur. Nam homo Sardus opem plurimã de imbrido cœlo habet. Hoc collectaneum depaſcit, ut ſufficiat uſui, ubi defecerint ſcaturigines, quę ad uictũ uſurpari ſolent. Fontes ſanè calidi & ſalubres aliquot locis efferueſcunt, qui medelas afferũt, aut ſolidant oſſa fracta, aut abolent à Solifugis inſertũ uenenũ, aut etiã ocularias diſsipant ægritudines: ſed qui oculis medent, [b] & coarguẽdis ualent furib. Nam quiſquis ſacramento raptũ negat, lumina aquis attrectat. Vbi periurium nõ eſt, cernit clarius. Si perfidia abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admiſſum tenebris fatet.

mam. Idem fertur de Sardonia herba uenenata, quæ ſelino, id eſt, apio ſimilis eſt, & edentes interimit, &c. *b* ¶ *Et coarguendis furibus ualent.)* *Aiunt aquam huius fontis, puris & fidem iuramento ſeruantibus aſpectu placidam atq; guſtu dulcem, periuris uerò et furibus palàm aduerſantẽ.*

De Sicilia, & Peloriade terra, aquarumq; natura. De Aetna monte, ac reliquis eius inſulis miris plurimis. De Vulcanij ſeptem inſulis. Cap. XI.

SI reſpiciamus ad ordinẽ temporum uel locorum, poſt Sardiniam res uocant Siculę. Primò, quòd utraq; inſula in Romanam poteſtatem redacta, ijſdem temporibus prouincia facta eſt, cum eodem anno Sardiniam M. Valerius, alteram C. Flaminius prætor ſortiti ſunt. Adde quòd freto Siculo excipitur nomen Sardoi maris. Ergo Sicilia, quod cum primis aſsignandũ eſt, diffuſis promontorijs triquetra ſpecie figuratur. Pachynus aſpectus in Peloponneſum, & meridianam plagam dirigit. Pelorus aduerſam ueſpero Italiam uidet. Lilybæus in Africam extenditur. Inter quæ Pelorias præſtat, ſoli temperamento egregia, quòd neq; humido in lutum diluat, neq; fathiſcat in uagum puluerem ſiccitate. Ea ubi introrſum recedit, & in latitudinẽ panditur, tres lacus obtinet. Quorum unus quòd piſcium copioſus eſt, non equidem ad miraculũ duxerim: ſed quòd ei proximus condenſis arbuſtis inter uirgulorum opaca feras nutriat, & admiſsis uenantibus per terrenos tramites, quibus pedeſtres acceſſus excipit, duplicẽ piſcandi uenandiq; præbeat uoluptatẽ, numeratur inter eximia. Tertium ara ſacrum approbat, quæ in medio ſita, breuia diuidit à profundis: quà ad eam pergitur, aqua crurum tenus peruenit. Quod ultra eſt, nec explorari licet, nec attingi. Et ſi fiat, qui id auſus ſit, malo plectitur, quantamq; ſui partem ingurgitauerit, tantam it perditum. Ferunt quendam in hæc alta quamlongiſsimã poterat iecisſe lineam: eam ut recuperaret, dum demerſo brachio niſum adiuuat, cadauer manum factam. Peloritana ora habitatur colonia Taurominia, quam priſci Naxum uocabant. Oppidum Meſſana Rhegio Italiæ oppoſitum eſt, quod Rhegium [a] à dehiſcendi argumento ῥήγιον Græci dictitabant. Pachyno multa thynnorum ineſt copia, echinis & omnibus marinantibus piſculentiſsimũ, ac propterea ſemper captura larga. Lilybitano Lilybæum oppidũ decus eſt, Sibyllæ ſepulchro. Sicaniæ diu ante Troiana bella Sicanus rex nomen dedit, aduectus cum ampliſsima Hiberorũ manu. Pòſt Siculus Neptuni filius. In hanc plurimi Corinthiorũ, Argiuorũ, Ilienſium, Dorienſiũ, Cretenſiũ, confluxerunt, inter quos & Dædalus fabræ artis magiſter principem urbium Syracuſas habet: in qua etiam cum hyberno conduntur ſerena, [b] nullo non die ſol eſt. Adde quod Arethuſa fons in hac urbe eſt. Eminet montibus Aetna, & Eryx,

SCHOLIA CAP. XI.

Sicilia olim Trinacria, ab eius forma appellata fuit, tribus ſcilicet promontorijs in diuerſa procurrens: deinde Sicania à Sicano duce, uel, ut alijs placet, à Sicanis populis: poſtremò ab Italis, qui Siculi dicebãtur, in eam uulgò profectis, Sicilia eſt uocata. Sunt tamen qui eam à Siculo duce ſic uocatam putant. *a* ¶ *A dehiſcendi argumento.)* *Hiſcere dicitur Sicilia ab Italia, quòd à continente ui terræmotuum auulſa à ueteribus perhibeatur, eo ſcilicet loco ubi Rhegium urbs eſt. Sonat autem ῥήγιον abruptionem. De thynnis piſcibus & infra capite 22. fit mentio.* *b* ¶ *Nullo nõ die ſol eſt.)* *Syracuſana, inquit, urbs nunquam*

nunq̃ tantis obducitur nubilis, etiam hyberno tempore, quin aliqua hora sol cernatur.

De fonte Arethusa multa fabulantur poëtæ, quòd scilicet uirgo Dianæ comes mutata sit in hunc fontem, & quòd ferat pisces in magna copia, sed qui sacri habeantur, & à nullo citra deorum iras & uitæ periculo comedi queant. De Aetna monte omnia notiora sunt, quàm ut hic aliquid de eo superaddendum putem. Illud tamen mirũ est, ut licet exundet uastis incendijs, perpetua nihilominus canicie uerticis brumalem detineat faciem. c ¶ *Centuripino croco.) Superat, inquit, crocus agri Centuripini omnes Siciliæ quantumlibet nobiles fructus. In Sicilia proinde inuenta fuit comœdia, existimantq; quidam Epicharmũ poëtam illius fuisse repertorem.* d ¶ *Hic Lais illa.) Lais illa abducta ad Corinthum, cum esset formosissima, & multi ambirent complexum eius, natum est adagium, Non cuiusuis est Corinthum petere, quòd scilicet frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod ab illa poscebatur.*

Porrò Cyclopes fuerũt unoculi homines, immanes & feroces, uescebanturq; carnibus humanis. Idem de Læstrygonibus extremæ Italiæ populis narratur. Sedes autẽ Læstrygonũ putatur fuisse Caieta portus, oppidum Formiæ dictum. Sed & Ceres hinc nata putatur, Saturni & Opis filia, dicta Ceres quasi creatrix cunctarũ frugum. e ¶ *Campus Aetnensis.) Hunc campum & specum seu demersum foramen, describit quoq; Aristoteles. Sunt qui tradunt Proserpinam raptam à Plutone apud Oleastrũ, quem Solinus hic Ditem uocat patrem. Proserpinã autem aiunt Bonam esse deam, quã & Persephonen uocant, seminũ scilicet uirtutem. Plutonem uerò solem esse dicũt, qui tempore hyemis remotiorẽ mundi partem perlustrat, & idcirco raptam ab eo Proserpinam dicunt, quam Ceres sub terra latentem quæritat.* f ¶ *Latex uineus.) Fons Dianæ gignitur ex Camerina unda, & si quispiam ex eo hauserit manibus nõ castis, non potest aquam illam nisi cere Baccho.*

Vulcano Aetna sacer est, Eryx Veneri. In Aetnæ uertice hiatus duo sunt, crateres nominati, per quos eructatus erumpit uapor, præmisso prius fremitu, qui per æstuantes cauernarũ latebras lõgo mugitu intra terræ uiscera diu uoluitur, nec antè flammarũ globos attollit, q̃ interni strepitus antecedant. Mirũ hoc est: nec illud minus, quòd in illa feruentis naturæ perui cacia mistas ígnib. niues profert: & licet uastis exudet incendijs, apicis canicie perpetua brumalem detinet faciem. Itaq; inuicta in utroque uiolentia, nec calor frigore mitigat̃, nec frigus calore dissoluitur. Sunt & alij montes duo, Nebrodes & Neptunius. E Neptunio specula est in pelagus Thuscũ & Adriaticũ. Nebrodi damarũ copia nomen dedit, quẽ damæ & hinnuli gregatim peruagant̃: inde Nebrodes dictus. Quicquid Sicilia gignit, siue soli, siue hominis ingenio, proximũ est ijs quæ optima iudicant̃, nisi quòd fœtus terræ [c] Centuripino croco uincitur. Hic primũ inuenta comœdia, hic & cauillatio mimica in scena stetit. Hic domus Archimedis, qui iuxta syderum disciplinã machinarius cõmentator fuit. [d] Hic Lais illa, quæ eligere patriã maluit, q̃ fateri. Gentem Cyclopũ uasti testãtur specus. Læstrygonũ sedes adhuc sic uocãtur. Ceres inde magistra sationis frumentariæ. Hic ibidem [e] campus Aetnensis in floribus semper, & omni uernus die. Quẽ propter demersum est foramen, quo Ditem patrem ad raptus Proserpinæ liberè exeuntem fama est in lucem ausum. Inter Catinam & Syracusas certamen est de illustriũ fratrũ memoria, quorum nomina sibi diuersæ partes adoptant. Si Catinenses audiamus, Anapias fuit, & Amphinomus: si, quod malũt Syracusæ, Aemathiam putabimus, & Critonem. Catinensis tamen regio causam dedit facto, in quã secum incendia Aetnę protulissent, iuuenes duo sublatos parẽtes euexerunt inter flammas, illæsi ignibus. Horũ memoriã ita posteritas munerata est, ut sepulchri locus nominaret̃ Campus piorũ. De Arethusa & Alpheo uerũ est hactenus, quod cõueniunt fons & amnis. Fluminũ abundè uaria miracula. Dianam, qui ad Camerinã fluit, nisi habitus pudicæ hauserit, nõ coibunt in corpus unum [f] latex uineus, & latex aquæ. Apud Segestanos Herbesus in medio flumine subita exæstuatione feruescit. Acin q̃uis demissum Aetna, nullus frigore anteuertit. Himereum cœlestes mutant plagæ. Amarus denicq; est dum in aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem flectitur. Quanta in aquis, tanta est nouitas in salinis. Salem Agrigentinũ si igni iunxeris, soluitur ustione: cui si liquor aquæ proximauerit, crepitat ueluti torreat̃. Purpureũ Aetna mittit: in Pachyno translu-

translucidus inuenitur. Cætera salinarum metalla, quæ sunt aut Agrigentino, aut Centuripis proximantia, fungũtur cautium ministerio. Nam illinc excîdunt signa ad facies hominum, uel deorum. Thermitanis locis insula est arundinum ferax, quæ accommodatissimæ sunt in omnem sonum tibiarum, siue præcentorias facias, quarum locus est ad puluinaria præcinendi: siue Vascas, quæ foraminum numeris præcentorias antecedunt: siue puellatorias, quibus à sono clariore uocamen datur: siue Gingrinas, quæ breuiores licet, subtilioribus tamen modis insonant: aut Miluinas, quæ in accentus exeũt acutissimos: aut Lydias, quas & Turarias dicunt, uel Corinthias, uel Aegyptias, aliásue à musicis per diuersas officiorum & nominũ species separatas. In Halesina regione fons aliàs quietus & tranquillus cum sileturi, si insonent tibiæ, exultabundus ad cantũ eleuatur, & quasi miretur dulcedinem uocis, ultra margines intumescit. Gelonium stagnũ tetro odore abigit proximantes. Ibi & fontes duo. Alterũ si sterilis sumpserit, fœcunda fiet: alterum si fœcunda hauserit, uertitur in sterilitatem. Stagnum Petrensium serpentibus noxium est, homini salutare. In lacu Agrigentino oleum supernatat. Hoc pingue hæret arundinum comis de assiduo uolutabro, è quarum capillamentis legitur unguentum medicum contra armentarios morbos. Nec longè inde collis Vulcanius, in quo qui diuinæ rei operantur, ligna uitea super aras struunt, nec ignis apponitur in hanc congeriem, cum porricias intulerint. Si adest deus (sic sacrum probatur) sarmenta licet uiridia ignem sponte concipiunt, & nullo inflagrante, à litato numine fit incendium. Ibi epulantibus alludit flamma, quæ flexuosis excessibus uagabunda, quem contigerit non adurit: nec aliud est, quàm imago nuncia perfecti ritè uoti. Idem ager Agrigentinus eructat limosas scaturigines: & ut uenæ fontium sufficiunt riuis subministrandis, ita in hac Siciliæ parte solo nunquã deficiente, æterna reiectatione terram terra euomit. Achaten lapidem Sicilia primũ dedit, in Achatis fluminis ripis repertum, non uilem, cum ibi tantum inueniretur. Quippe interscribentes eum uenæ naturalibus sic notant formis, ut cum optimus est, uarias præferat rerum imagines. Vnde anulus Pyrrhi regis, qui aduersus Romanos bella gessit, non ignobilis famæ fuit, cuius gemma Achates erat, in quo nouem Musæ cum insignibus suis singulæ, & Apollo tenens citharam uidebantur, non impressis figuris, sed ingenitis: nunc diuersis locis apparet. Dat Creta, quem Coraliachaten uocant, corallo similem, sed illitum guttis auro micantibus, & scorpionum ictibus resistentem. Dat India reddentem nunc nemorũ, nunc animalium facies, quem uidisse oculis fauet, quicquid intra os receptus sedat sitim. Sunt & qui usti redolent myrrhæ odorem. Achates sanguineis maculis irrubescit. Sed qui maximè probantur, uitream habent perspicuitatem, ut Cyprius. Nam qui sunt facie cerea abundantes, triualiter negliguntur. Omnis ambitus huius insulæ clauditur stadiorum tribus millibus. In freto Siculo ἄφεσίαι insulæ xxv. millibus passuum ab Italia absunt. Itali Vulcanias uocant. Nam & ipsæ natura soli ignea per occulta cõmercia aut mutuantur Aetnæ incendia, aut subministrãt. Hîc dicta sedes deo ignium. Numero septem sunt. Liparę nomen dedit rex Liparus, qui eam ante Aeolum rexit. Alteram Hieram uocauerũt: ea præcipuè Vulcano sacrata est, & plurimum colle eminentissimo nocte ardet. Strongyle tertia, Aeoli domus, uergit ad solis exortum, minimè angulosa, quæ flammis liquidioribus differt à cæteris. Hæc causa efficit, quod ex eius fumo potissimum incolæ præsentiscunt, qui nam flatus in triduo portendantur. Quo factum, ut Aeolus rex uentorum crederetur. Cæteras, Didymen, Ericusam, Phœnicusam, Euonymon, quoniam similes sunt, dictas habemus.

De tertio Europæ ſinu, de Græciæ regionib. ac locis, deq; memorandis in eis plurimis: de perdicũ natura. Cap. XII.

TErtius Europę ſinus incipit à[a] Ceraunijs montib. deſinit in Helleſpontũ. In eo apud Moloſſos, ubi Dodonæi Iouis templũ eſt, Tomarus mõs eſt, circa radices centeno fonte nobilis, ut Theopompo placet. In Epiro ſacer fons eſt, frigidus ultra omnes aquas, & ſpectatæ diuerſitatis. Nã ſi in eum ardentẽ immergas facẽ, extinguit: ſi procul, ac ſine igni admoueas, ſuopte †ingenio inflãmat. Dodone, ut Maro dicit, Ioui ſacra eſt. Delphi Cephiſo flumine, Caſtalio fonte, & Parnaſi iugis celebres. Acarnania Aracyntho emi net. Hanc ab Aetolia Pindus diuidit, qui Acheloum parit, cum primis Græciæ amnibus præditũ ueteri claritate: nec iniuria, cũ inter calculos, quibus ripæ eius micãt, inueniant Galacti tes, qui ſcrupulus ipſe ater ſi terat, reddit ſuccũ album ad lactis ſaporẽ. Fœminis nutrientib. il ligatus, fœcũdat ubera: ſubnexus paruulis largiuſculos hauſtus facit ſaliuarum. Intra os receptus, liqueſcit: cum ſoluit tamen, memorię bonum perimit. quẽ poſt Nilum Achelous dat, tertiũ nemo. Propter oppidum Patras Scioëſſa locus nouem colliũ opacitate umbroſus, & radijs ſolis fermè †inuiſus, nec aliã ob cauſam memorabilis. In Laconia ſpiraculũ eſt[b] Tænaron. Eſt & Tænaron promontoriũ, aduerſum Africæ, in quo fanũ eſt Methymnęi Arionis, quem delphine eò aduectũ imago teſtis eſt ęrea, ad effigiẽ caſus & ueri operis expreſſa. Pręterea tempus ſignatum, Olympiade undetrigeſima, qua in certamine Siculo idem Arion uictor ſcribitur, idipſum geſtum probat. Eſt & oppidũ Tænaron, nobili uetuſtate. Præterea aliquot urbes, inter quas[c] Leuctræ, nõ obſcuræ iampridẽ Lacedæmoniorũ fœdo exitu. Amyclæ ſilentio ſuo quondã peſſundatæ. Sparta inſignis cum Pollucis & Caſtoris templo, tum etiã Otryadis illuſtris uiri titulis. Theramne, unde primũ cultus Dianę. Pitane, quã Arceſilaus Stoicus inde ortus prudẽtiæ ſuæ merito in lucẽ extulit. †Anthea & Cardamyle, ubi quondã fuere[d] Thyræ, nunc Locus dicit, in quo anno xvij. regni Romuli

tincendio *tinuius* *†Antia*

SCHOLIA CAP. XII.

Vocat à principio huius capitis Solinus tertiũ Europæ ſinũ mare Ioniũ, quod ſequitur ſinũ Adriaticũ, habetq; plures prouincias, quarũ nomina ſunt, Epirus, Acarnania, Aetolia, Phocis, Locris, Achaia, Meſſenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia, Doris, Theſſalia, Magneſia, Macedonia, Thracia, atq; Græcia omnis. Has prouincias poteris Lector infra uidere in tabula, in qua expreſſimus Græciã cum ſuis partibus. a ¶ *Ceraunijs montib.*) *Hi mõtes in Epiro ſunt, à crebris fulminib. ſic dicti.*

Helleſpontus uerò fretũ eſt anguſtũ quod ab Aegæo mare tranſmittit in Propontidẽ, ſeptem ſtadijs Aſiã ab Europa ſecernẽs. Dicitur autẽ Helleſpontus, à Ponto & Helle, quæ ibi cecidit in pontũ. Moloſſa pars Epiri eſt, à Moloſſo Pyrrhi et Andromaches filio ſic uocata. Dodona quoq; urbs Epiri eſt, iuxta quã inſigne nemus eſt, ubi Dodonæi Iouis templũ olim fuit, in quo duæ columbæ conſulentib. dabant reſponſa: harũ unã in Delphos, alterã in Ammonis Iouis templũ aduolaſſe dicũt. Sunt aũt Delphi in Bœotia iuxta Parnaſum, à Delpho Neptuni filio ſic dicti: et Parnaſus mons Phocidis, ſupra modũ erigitur duobus capitib. in aëra. Acarnania Epiri eſt pars, & Aracynthus mõs Aetoliæ, Mineruæ ſacer. Per oppidum Patras Scioëſſa, putant intelligendũ opacitatẽ illius loci. b ¶ *Tænaron.*) *In Laconia eſt promontoriũ quod Malea dicitur, haud procul à Sparta ciuitate, in quo hiatus magnus eſt, & auditur ſtrepitus progredientiũ, atq; ob id ueteres dixerunt, per has Tænarias fauces deſcenſum eſſe ad inferos. Hunc ſpecũ Solin. hic uocat ſpiraculũ Tænaron. Huc fabulantur Arionem cytharœdũ, à Methymna urbe Lesbi Methymnæum dictũ, à delphine incolumẽ deuectũ, cum à prædonibus in mari obrueretur.*

c ¶ *Leuctræ.*) *Apud urbem Bœotiæ Epaminundas Thebanorũ dux ſic ſuperauit Lacedæmonios, ut ab illo tẽpore Græciæ principatũ nunq; recuperare potuerint: ciuitas autẽ Amyclarũ ab hoſte peſſundata eſt, nemine eorũ nunciante aduentũ. Nam cum ſe mel falſo nunciatus eſſet aduentus hoſtium, poſtea cautũ eſt ne quis amplius nunciaret, inde ex improuiſo captæ ſunt Amyclæ. In hac Laconiæ urbe nati ſunt Caſtor & Pollux, quorũ templũ inſignem reddidit Spartã ſiue Lacedæmonẽ urbem Laconiæ, quæ diu cum Athenienſib. grauia geſſit bella, & Lycurgi legibus optimè inſtituta fuit.* d ¶ *Thyræ.*) *Nomen eſt ciuitatis, plurale, & neutrũ.*

Epidaurus quoq; nobilitata eſt ob templum ægrotantiũ, in quo pendebant tabellæ, in quibus ſanati languores ſcripti

muli inter Laconas & Argiuos memorabile fuit bellũ. Nam Taygeta mons, & flumẽ Eurotas, notiora sunt quàm ut stylo egeant. Inachus Achaię amnis Argolicũ secat tractũ, quem rex Inachus à se nominauit, qui exordiũ Argiuæ nobilitati primus dedit. Epidauro decus est Aesculapij sacellũ, cui incubantes ægritudinũ remedia capessunt de monitis somniorũ. Pallanteũ Arcadiæ oppidũ, quòd Palatio nostro per Euandrũ Arcada appellationẽ dederit, sat est admonere: in qua mõtes Cyllene, & Lycæus, Mænalus etiã [c]dijs alumnis inclaruerũt: inter quos nec Erymanthus in obscuro est. Inter flumina Erymanthus Erymantho monte demissus est, & Ladon ille. Herculis pugnæ hic planè clarescũt. Varro perhibet fontẽ in Arcadia esse, cuius interimat haustus. In hac terrarũ parte, de auibus hoc solũ nõ indignũ relatu cõperimus, quòd cum alijs locis merula fulua sit, circa Cyllenẽ cãdidissima est. Nec lapidẽ sprẽuerimus quẽ Arcadia mittit, Asbesto nomen est, ferri colore: hic accensus semel extingui nõ potest. In Megarensiũ sinũ [f]Isthmos exit, ludis quinquennalib. & delubro Neptuni inclytus: quos ludos eapropter institutos ferũt, quòd sinibus quinq; Peloponesi oręabluunt, à septentrione Ionio, ab occidente Siculo, à brumali occidente Aegæo, à solstitiali oriẽte Myrtoo, à meridie Cretico. Hoc spectaculũ per Cypselum tyrannũ intermissum, Corinthij olympiade xlix. solennitati pristinæ reddiderũt. Cæterũ [g]Peloponneson à Pelope regnatã, nomen indicio est. Ea ut platani foliũ recessibus & prominẽtijs figurata, diuortiũ facit inter Ionium & Aegæum mare, quatuor non amplius milibus dispescens utrunq; littus, excursu tenui, quem Isthmon dicunt, ob angustias. Hinc Hellas incipit, quam propriè uerã uolunt esse Græciã, quę nunc Attica, Acte prius dicta. Ibi Athenæ, cui urbi [h]saxa Scyronia propinqua sunt, porrecta sex millibus

scripti erant: in hoc Aesculapij templo sedebant ægroti, quoad sanitatẽ recuperarent. De Pallanteo suprà in descriptione Romani palatij mentionẽ fecimus. c ¶ *Dijs alumnis.*) *Intelligit Mercurium, Pana & Faunum, qui in his montibus colebantur. Nam Lycæus deo Pani sacer erat, ubi et tempium bicornis Fauni fuit. Cæterũ fluuius Ladon celebris est propter pugnas Herculis quas habuit cum apro Erymanthæo, & auibus Stymphalidibus. Narrãtur enim è lacu Stymphalo aues ascendere tantæ magnitudinis, ut radios solis obumbrẽt, deuastentq; omnẽ Arcadiam. Et in monte Erymantho Hercules cepit domuitq; aprum agrorũ uastatorẽ, uiuumq; in humeris ad Eurystheũ detulit.* f ¶ *Isthmos.*) *Est Isthmos inter duo maria angusta terra, quemadmodũ in Isthmo Corinthio, ubi extructũ fuit templũ Neptuni. Fuit et Isthmos inclytus ludis quinquennalib. qui instituti fuerũt, quòd quinq; maria alluant oram Pelopõnensem, nempe mare Ioniũ, Siculũ, Aegæum, Creticũ, & Myrtoum, quod est pars maris Aegæi: seu quæ est inter Aegæum & Ioniũ, nomẽ accipiens à Myrtilo Mercurij filio, qui in id proiectus fertur.* g ¶ *Peloponneson.*) *Quasi diceres, Pelopis νῆσος, id est, insula, olim Pelasgia uocata, & est peninsula, haud ulli terræ nobilitate post ferenda, platani folio similis, propter anguloſos recessus. Dicta autẽ est Peloponnesus, à Pelope rege Pisæ, qui cũ rebus ac prudentia insignis esset, duxit plurimos accolas in hanc insulam, & à se Pelopõnesum appellauit: hac uerò tempestate nominãt eam Moreã. Cæterũ angustiæ illæ quibus hæc insula cohæret cõtinenti, est Isthmos Corinthiacus, ubi incipit Hellas, quæ à nostris appellatur Græcia. Dicta autem est Hellas ab Helle rege, sicut & Græcia à Græco rege.* h ¶ *Saxa Scyronia.*) *Scyron Thesei consobrinus latro fuit, cuius ossa cũ in mare cecidissent, in scopulos cõuersa ferũtur, quæ adhuc Scyronia saxa uocantur, nec longè absunt à Megaris. Alij dicũt hunc Scyronem transeuntes spoliasse, et ex his saxis in mare præcipitasse. Ex his quoq; petris Ino, quæ & Leucothoë, cũ Palæmone filio præcipitẽ se dedisse fertur in mare, idq; hac occasione: cum marito eius Athamanti Iuno furorẽ immisisset, ut conaretur occidere filios suos (sic enim sperabat Iuno et Bacchũ periturũ) Ino cũ filio suo fugiens ad saxa Scyronia, & hinc delapsi sunt in mare Ionium, & miseratione numinũ cõuersi putantur in maris deos.*

Sunt autem maris numina, Aegæon, Doris, Glaucus, Neptunus, Nereus, Oceanus, Panopea, Proteus, Thetis, Triton, &, ut hic Solinus, Palæmon, Ino, Nereides, quarum nomina refert Homer. Iliad. 18. & Hesiod. in Theogonia. Sunt præterea in Attica regione insignes fontes, è quibus Calliroë nouem habet capita & aquæductus. Notandum quoq; hic, quòd quidam legunt Ennea crunon, pro Cruneson, putantes hunc locũ corruptũ. i ¶ *Marathon.*) *In Marathonio campo commissum olim fuit cruentissimum prælium inter Græcos & Persas, putaturq; accidisse anno ducentesimo & sexagesimo post Romã conditam. Quæ mox subijciuntur de Ceo insula, sciendum quòd Latini illam nominant Ceam, & uulgus nauticum Ciam. Celebris est autem hæc insula, propter uestes bombycinas illic inuentas. Sunt & Thebani celebres, sed rudi ingenio, unde & prouerbiũ natũ est, Bœoticus animus, quod dicitur in stolidum hominem, & cui nihil præter hominis figurã inest. Fuerunt autem Thebæ per Amphionem muris cinctæ, & non saxa per lyræ sonum adducta, ut quidã fabulantur: nisi malis sic intelligere, quòd per eloquentiã Amphionis homines syluestres ciuiliores facti sint, sicut & Prometheus fingitur homines formasse, eò quòd sapientia eloquentiaq; sua, à bestiarũ uita in ciuiles homines transformauerit. Gloriatur tamen hæc urbs de numinibus apud se ortis, nempe de Libero patre & Hercule, item de Cadmo primo literarũ inuentore, qui fertur XVI. literas è Phœnicia in Græciam detulisse, quibus Palamedes adiecit quatuor alias, nempe ξ θ φ χ. Cæterum fontem Hippocrenen sic aiunt exortũ: Pegasus equus alatus Neptuni & Medusæ Gorgonis filius, cum in montem Heliconem deuolasset, terrã ungula ex more percussit, & ex ea fons mox prodijt, qui ab equo Hippocrene dictus est. Aganippe uerò fons Bœotiæ à Cadmo mõstratus, Musis sacer: ex eo si quis bibisset, optimus poëta efficiebatur, consequebaturq; facundiam.* k ¶ *Aulidis portũ.*) *Est Aulis ciuitas Bœotiæ, & portus paucarũ capax nauium, ubi cum ueniissent Græci, coniurarũt sub Agamemnone excidium Troianum.*

Leleges uerò putantur sic appellati à Lelege duce. Alij aiunt fuisse populos errabundos, qui quondam Thessaliam, & diuersa alia loca tenuerunt. Quidam tradunt Cares & Leleges fuisse conterminos. Delphi ciui

bus passuum ob honorẽ ultoris Thesei, & memoriam nobilis pœnę sic nominata. Ex istis rupibus Ino se cum Palæmone filio in profunda præcipitem iaculata, auxit maris numina. Nec Atticos montes in partem tacebimus. Est Icarius, est Brilessus, est Lycabethus, & Aegialus. Sed Hymetto meritò ac iure attribuit̃ principatus, quòd apprimè florulẽtus eximio mellis sapore, & externos omnes, & suos uincit. Callirroën stupent fontẽ, nec ideo Cruneson fontem alterum nulli rei numerant. Athenien sibus iudicij locus est Areopagus. [i]Marathon campus factus memorabilis opinione prælij cruentissimi. Et multæ quidem insulæ obiacent Atticæ cõtinenti, sed suburbanæ fermè sunt, Salamis, Suniũ, Cos, Ceos, quæ ut Varro testis est, subtilioris uestis amicula arte lanificæ scientiæ prima in ornatum fœminarũ dedit. Bœotia Thebis enitet. Thebas cõdidit Amphion, nõ quòd lyra saxa duxerit: neq; enim par est id ita gestũ uideri: sed quòd affatus suauitate homines rupium incolas, & incultis moribus rudeis, ad obsequij ciuilis pellexerit disciplinam. Vrbs ista numinib. apud se ortis gloriatur, ut perhibent qui sacris carminibus Herculem & Liberũ celebrant. Apud Thebas Helicon lucus est, Cithe ron saltus, amnis Ismenius, fontes Arethusa, Oedipodia, Psammate, Dirce: sed ante alios Aganippe, & Hippocrene. Quos Cadmus literarũ repertor primus, quoniam equestri exploratione primus deprehendisset, dum rimatur quænam adisset loca, incensa est licentia poëtarum, ut pariter utrunq; disseminaretur, scilicet quòd eorum alter alitis equi ungula solicitatus foret, alter potus facundia animas irrigaret, & quòd aperta foret alitis equi ungula, et quòd potí inspirationem facerent literariam. Eubœa insula laterum obiectu efficit [k]Aulidis portum, seculis traditum græcæ coniurationis memoria. Bœoti ijdem sunt qui Leleges fuerunt, per quos defluens Cephisus amnis, se in maria cõdit. In hac cõtinentia Opuntius sinus, Larissa oppidũ, † Delphiramne quoq;, in qua Amphiarai fanum, & Phidiacæ signũ Dianæ. Varro opinatur duo in Bœotia esse flumina, natura licet separi, miraculo tamen non discrepante: quorum alterum si ouillum pecus debibat, pullum fieri coloris quẽ induerit: alterius hausta quæcũq; uellerum fusca sunt, in candidum uerti. Addit etiam, uideri ibi puteum pestilentem, cuius liquor mors est haurientibus.

† *Delphi, Rhamnus*

Perdices

Perdices sanè cum ubiq; líberę sint, ut aues uniuersæ, in Bœotia non sunt: nec cum uolant, sui sunt iuris, sed in ipso aëre quas transire non audeant, metas habent. Inde ultra notatos iam terminos nunc̃q; exeũt, nec in Atticũ solum transmeant. Hoc Bœotijs propriũ. Nam quę cõmunia sunt omnib. generatim pòst persequemur. Cõcinnantur à perdicibus nidi, munitione solerti. Spineis enim fruticibus ac surculis receptus suos uestiunt, ut animalia quæ infestant, arceantur à spinis surculorũ. Ouis stragulum puluis est, atq; clanculò reuertũtur, ne indiciũ loci cõuersatio frequens faciat. Plerunq; fœminæ[1] transuehunt partus, ut mares fallant, qui eos impatientius afflígũt sæpissimè adulantes. Dimicatur circa connubium, uictosq; credunt fœminarũ uice uenerem sustinere. Ipsas líbido sic agitat, ut si uentus à masculis flauerit, fiant prægnantes odore. Tunc si quis hominũ ubi incubãt propinquabit, egressę matres uenientibus sese sponte offerunt, & simulata debilitate uel pedum, uel alarũ, quasi statim capi possint, egressus fingunt tardiores: hoc mendacio solicitant obuios & eludunt, quoad prouecti longius à nidis auocentur. Nec in pullis studiũ segnius ad cauendum: cum enim uisos se persentiscunt, resupinati glebulas pedibus attollunt, quarum † obtectu tam callidè proteguntur, ut lateant etiam deprehensi.

† obiectu

phi ciuitas est in Bœotia iuxta Parnassum, dicta à Delpho Neptuni filio. Hic Apollinis fuit oraculum insigne: etsi initio fuerit contemnendum, processu tamen temporis ad tantam famã euectum est, ut illuc ex toto orbe accessus fieret. Rhamnus Rhamnũtis, ciuitas alia est parua, sed ex fano Amphiarai & statua Phidiacæ Dianæ illustris, quam alij Nemeseos statuam esse putant.

l ¶ Trãsuehũt partus.) Id est, oua quæ mariti ebibũt diripiuntq; ob intemperantiã libidinis. Sed & mares inter se dimicant desiderio fœminarum, & uictum aiunt uice fœminæ uenerem pati.

De Thessalía, & in ea oppidís: de Peneo flumine, de Tempe amœnitate, de Olympi montis altitudine, à quóue Philippi regis erutus oculus. Cap. XIII.

THessalia, eadem est & Aemonía, quã Homerus ἄργος πελασγικὸν nominat: ubi genitus Hellen, à quo reges Hellenes nominati. Huius à tergo Pieria ad Macedoniã protendit, quæ deuicta sub Macedonũ uenit iugum. Multa ibi oppida, flumina multa. De oppidis egregia sunt Phthia, Larissa, Thessalía, & Thebæ. De amnib. [a]Peneus, qui propter Ossam Olympũq; decurrens, collibus dextra læuaq; molliter curuis, nemorosis cõuallib. Thessalica facit Tempe, undisq; apertior Macedoniã ac Magnesiam interluens, in Thermæũ sinũ cõditur. Thessaliæ sunt Pharsalici campi, in quib. ciuiliũ bellorũ detonuerunt procellę. Ac ne in montes notos eamus, Pindũ & Othryn agitent, qui Lapitharũ originẽ prosequuntur. Ossam, quos Centaurorũ fabulis immo

SCHOLIA CAP. XIII.

Thessalia à Thessalo quodam sic dicta, inuenitur uarijs nominib. nuncupata. Nam à Deucalionis matre inuenitur dicta Pandora, & ab eiusdem uxore Pyrrhea: item ab Aemone rege Aemonia, ab Emathione Emathia, ab Homero appellata est Argopelasgicon, & præterea Hellas ab Hellene Deucalionis filio: unde & quidam scribunt solos Thessaliæ incolas uocari Hellenes, id est, Græcos. Habet hæc prouincia regiũculam uersus Macedoniam, quæ uocatur Pieria à Pierio monte, in quo ex Ioue & Mnemosyne natæ sunt Pierides Musæ. Cæterũ Thessaliam ipsam Philippus Macedonũ rex deuicit, nõ ob aliam causam quàm ut Thessalorum equitũ robur suo adiũgeret exercitui.

a ¶ Peneus.) Fluuius est inter Ossam & Olympũ decurrens, collibus dextra læuaq; molliter curuis. In eo cursu Tempe, quinq; millium passuum longitudine, & fermè sex latitudine, pulcherrimus est ager, amœnus gramine, refertus arboribus, canorus auiũ concentu, iugis dextra læuaq; (ut iam dictum est) leniter sese tollentibus, media interfecat amnis. Cæterum Pharsalici campi sunt qui & Philippici campi, ubi prælium inter Cæsarem & Pompeium gestum est, & deinde inter Augustum & Cassium. Pindus uerò olim Lapitharum sedes, mons est Thessaliæ, Apollini Musisq; sacer, Acarnaniam diuidens ab Aetolia: sicut & Othrys eiusdem regionis alius est mons. Hos, sicut & Ossam, agitandos Solinus alijs relinquit. Centauri populi sunt Thessaliæ, secus Pelium habitantes montem, qui à poetis finguntur esse media parte uiri & media equi, originem ab Ixione trahentes, agrestes admodum, qui primi pugnare ex equis cœperunt: à stimulando calcaribus equo, centau-

immorari iuuat. [b]Pelion autẽ nuptiale cõuiuiũ Thetidis atq; Pelei in tantũ notitiæ obtulit, ut taceri de eo magis mirũ sit. Nam Olympũ ab Homero nõ per audaciã celebratũ docẽt, quæ in eo uisitanť. Primũ excellenti uertice tãtus attollitur, ut summa eius cœlũ accolæ uocẽt. Ara est in cacumine Iouí dicata, cuius altarib. si qua de extis inferunť, nec difflanť uentosis spiritib. nec pluuijs diluunť, sed uoluente altero anno, cuiusmodi relicta fuerint, eiusmodi reperiunť: & omnib. tempestatibus à corruptelis aurarũ uindicat, quicquid ibi semel est Deo consecratum. Literę in cinere scriptę usq; ad alterã anni ceremoniam permanẽt. In regione Magnesia Methone oppidũ est, ꝙd cum obsideret Philippus Alexãdri Macedonis Magni pater, damnatus est oculo ictu sagittæ, quã iecerat Aster oppidanus [c]inscriptã suo nomine, loco uulneris, nomine, quẽ petebat. Populũ istum callere artem sagittariã credere possumus uel de Philoctete, quoniã Melibœa in hoc pede cõputatur. Sed ne transeamus præsidium poëtarũ, fons [d]Libethrus & ipse Magnesiæ est.

ri dicti, ἀπὸ τῶν κεντρῶν, quia furentẽ taurorũ gregem telis confecerũt, propter quod hippocentauri, id est, equi stimulatores appellati sunt. *b* ¶*Pelion.*) *In hoc monte celebratũ aiunt nuptiale conuiuium Thetidis atq; Pelei, qui Iouis nepos fuit, et ad eius nuptias omnes dij referũtur cõuocati. Olympus uerò mons cæteris in hoc celebrior habetur, quòd reliquos omnes sua altitudine transcendit, quã quidam scribunt esse decẽ stadiorũ. Dicitur autẽ Olympus, quasi ὅλως λάμπων, id est, totus fulgens, quia solem interdiu semper clarũ habet, nullisq; unquam nubibus obfuscatur. Sunt & alij tres mõtes in alijs terris qui Olympi uocantur, sed iste excellentior habetur.* *c* ¶*Inscriptã suo nomine.*) *Hoc est, Aster telũ Philippo immisit in oculũ, his uerbis inscriptũ, Aster Philippo mortiferũ mittit telum. Fuit & Philoctetes sagittarũ peritißimus, natusquoq; ex Melibœa urbe littorali Magnesiæ.* *d* ¶*Libethrus.*) *Est hic fons Musis sacer, & hinc à poëtis nuncupantur Libethrides Musæ.*

SCHOLIA CAP. XIIII.

Descriptio Macedoniæ talis est, ut ab oriente Thraciũ limitem, ab occasu Ionium pelagus, à meridie Epirum, & à septentrione Dalmatiæ habeat partẽ. Insunt illi Thessalia, Magnesia, Doris, Locris, Phocis, Bœotis, Attis, Megaris. Porrò Edonij populi sunt ab Edone Thraciæ monte sic dicti.

a ¶*Athon.*) *Mons iste est inter Macedoniam & Thraciam, altitudinis mirandæ, ut usque ad insulam Lemnon umbram porrigere dicatur: excurrit quoque à planitie in mare septuagintaquinque millia passuum: & hunc Xerxes rex Persarum à continente abscidit in longitudine passuum mille quingentorum. De auri uenis Aristoteles quoq; sic scribit: Extant in Philippicis Macedoniæ campis aurifodinæ quamplures, ex quibus scrobes crutas auri, augeri paulatim inquiũt, ac denuò aurum parere. De Orestide Strabo sic scribit: Memoriæ traditum est, Orestiden oram ab Oreste quandoque occupatam fuisse, qui cæsa matre exul à Mycenis, urbe Peloponnesi, profugeret, & sui regioni nomen reliquisset. Hic ducta uxore Hermione, filia Menelai & Helenæ, genuit Orestẽ iuniorem, à quo & terra quam incoluit, sic denominata est.*

b ¶*Phle-*

De Macedonia, eiusq; regum successione, ac Peanite lapide. Cap. XIIII.

QVi Edonij quondam populi, quæq; Mygdonia erat terra, aut Pierium solum, uel Aemathiũ, nunc omne uniformi uocabulo Macedonica res est: & partitiones, quę specialiter antea seiungebãtur, Macedonũ nomini contributæ, factæ sunt corpus unũ. Igitur Macedoniã pręcingit Thracius limes: meridiana Thessalię Epirotæ tenẽt: à uesperali plaga Dardani sunt, & Illyrij: quà septentrione tunditur, Pœonia ac Pelagonia protegitur. A Triballis, montanis excelsibus aquilonio frigori obiecta. Inter ipsam & Thraciam Strymon amnis facit terminũ, qui ab Hæmi iugis irrigatur. Verũ ut sileam aut Rhodopen Mygdoniũ montẽ, aut [a]Athon classibus Persicis nauigatum, cõtinentiq; abscissum mille quingentorũ passuum lõgitudine, simul de auri uenis & argenti, quæ optimæ in agris Macedonũ, & plurimę eruunť, Orestidem dicam. Populi sunt, qui ut Orestidæ dicerenť, inde cœptum. A Mycenis profugus matricida, cũ absessus longius destinasset, natum sibi in Aemathia paruulum de Hermione, quam in omneis casus sociam adsciuerat, hic mandauerat occulendum. Adoleuit puer in spiritu regij sanguinis, nomen patris sui referens, occupatóque quicquid esset quod

quod procedit in Macedonicũ sinũ & Adria
ticum salum, terram cui imperitauerat, Oresti
den dixit. Admonet [b] Phlegra, ubi antequam
oppidum fieret, rumor est militia mundi dimi=
catũ cum gigantibus, ut penitus persequamur
quantis probationibus ibidem imperij indicia
diuinæ expeditionis in hoc seculo perseuera=
rint. Illic si quando, ut accidit, nimbis torren=
tes excitantur, & aucta aquarum pondera ru=
ptis obicibus ualentius se in campos ruunt elu
uione, ossa etiam nunc ferũt detegi, quæ ad in=
star corporis sunt humani, sed modo grandio=
re, quæ ob enormem magnitudinẽ monstro=
si exercitus iactitant extitisse: idq; adiuuatur ar
gumento saxorum immanium, quibus oppu=
gnatũ cœlum crediderũt. Pergam ad residua
quæ in Thessaliam & Aemoniã porriguntur:
sunt enim [c] arrectiora, quàm usquam procerí=
tas montana attolli ualeat. Nec est in terris om
nibus, quod meritò ad istas eminentias cõpare
tur, quippe quas solas diluuialis irruptio cum
uniuersa obduceret humido situ, inaccessas re=
liquit. Durant uestigia nõ languidæ fidei, qui=
bus apparet hos locos superstites undosę tem=
pestati fuisse. Nam in latebrosis rupium caua=
minibus, quę fluctuũ cõfligijs tunc adesa sunt,
reduuiæ conchyliorũ resederunt, & alia mul=
ta, quę affatim mari incito expuũtur, ita ut sint
licet facie mediterranea, apparent tamẽ specie
littorali. Nunc de incolis reddã. [d] Aemathius
qui primus in Aemathia accepit principatum,
seu quia indago originis eius ęuo disperijt, seu
quia alta res est, genuinus terræ habetur: post
hunc in Macedonijs exortum Aemathiæ no=
men perstitit. Sed Macedo Deucalionis mater
nus nepos, qui solus cum domus suæ familia
morti publicæ superfuerat, uertit uocabulum,
Macedoniamq; à se dixit. Macedonẽ Caranus
insequitur dux Peloponnesiacę multitudinis,
qui iuxta responsum datum à Deo, ubi capra=
rium pecus resedisse aduerterat, urbem condi
dit, quam dixit αἰγας, in qua sepeliri reges mos
erat, nec alter excellentiũ uirorum bustis apud
Macedonas priscos dabat locus. Succedit Ca=
rano [e] Perdica II. & XX. Olympiade, primus
in Macedonia rex nominatus, cui Alexander
Amyntę filius dives habitus est, nec immeritò. Ita enim affluenter successus eius
ampliandis opibus proficiebãt, ut ante omneis [f] Apollini Delphos, Ioui Eliden
statuas aureas dono miserit. Voluptati auriũ indulgentissimè deditus, sic ut plu=
rimos qui fidibus sciebant, dum uixit, in usum oblectamẽti donis tenuerit libera=
libus, inter quos & Pindarum lyricum. Ab hoc Archelaus regnum excepit, pru=

b ¶ Phlegra.) *Vallis est in Thessalia, ubi Gigantes cœlum saxis oppugnauerũt, uolẽtes deos pellere de cœlesti sede: sed missis è cœlo fulminibus coacti sunt fugere, ingenti superati uictoria. Hac gigantum fabula ostenditur, uires sine prudentia non tantum uanas esse, uerũm & sibi aduersarias.*

c ¶ Arrectiora.) *Vel erectiora. Habet, inquit Plin. cap. 8. quarti, Thessalia quosdam altissimos montes, quos Gigantes cum cœlum oppugnare decreuissent, inuicẽ cõposuisse fabulantur. Porrò quæ de diluuiali irruptione subduntur, non de uniuersali diluuio, quod sub Noah Deus induxit, sed de particulari aliquo accipiendum est.*

d ¶ Aemathius.) *Ab isto Macedoniæ regio primum uocata fuit Aemathia. Berosus uetustissimus scriptor, dicit hunc Aemathium fuisse Camesis filiũ, hoc est, Nohæ abnepotem: & is cum tam longo æuo præcesserit Solinũ, & suæ tempestatis scriptores, ab illis genuinus terræ habitus est, quippe qui sacris destituti literis, originem eius ignorauerũt. Præterea cum Macedon Osiridis filius regnare cœpisset in Aemathia, cœpta est prouincia ab eo denominari Macedonia. Hunc insequitur Caranus, qui cũ iussus esset oraculo quærere sedes in Macedonia, uenit cum magna multitudine Græcorum in Aemathiam, & urbem Edyssam, non sentientib. oppidanis, propter imbriũ & nebulæ magnitudinem, gregem caprarum imbrem fugientẽ secutus, occupauit, reuocatusq; in memoriam oraculi, quo iussus erat ducibus capris imperiũ quærere, regni sedẽ statuit, urbemq; Edyssam ob memoriã muneris, Aegeam, populos Aegeadas uocauit, Græci enim αἶγα capram dicunt.*

e ¶ Perdica.) *Recenset Solinus solum insignes Macedoniæ reges. Nam cõstat ante Alexandrum magnũ xxiij. reges in Macedonia fuisse, inter quos fuerũt Perdicæ tres, Amyntæ quatuor, Philippi duo, Archelai duo, & Alexandri tres.*

f ¶ Apollini Delphos.) *Fuit Delphicum oraculum maximis omnium populorum & regum refertum donis & thesauris. Sic in Elide Peloponnesi regione delubrum fuit Olympici Iouis, certamine gymnico*

dens rei bellicę, naualium etiam cõmentor prę liorum. Is Archelaus in tantũ literarũ amator fuit, ut Eurípidi Tragico consiliorum suorum summam crederet. Cuius suprema non cõten tus prosequi sumptu funeris, crinem tõsus est, & mœrorem quem animo conceperat, uultu publicauit. Idem Archelaus Pythias & Olym picas palmas quadrigis adeptus, Græco po tius animo, quàm regali, gloriã illam præ se tu lit. Post Archelaum Macedonica res dissensio ne iactata in g Amyntæ regno stetit, cui tres li beri, sed Alexander patri succedit. Quo exem pto, Perdicæ primum data copia amplissimæ potestatis, qui obiens hęreditarium regnũ fra tri Philippo reliquit, quem captum oculo de xtro apud Methonem suprà diximus, cuiusq; debilitatis omen pręcesserat. Nam cũ nuptias ageret, acciti tibicines carmen Cyclopeũ quasi de colludio cõcinuisse traduntur. Hic Philip pus magnum procreat Alexandrum, quamli bet Olympias Alexandri mater nobiliorem ei patrẽ acquirere affectauerit, cum se coitu dra conis consatam affirmaret. Ita tamen ipse egit, ut Deo genitus crederetur. Peragrauit orbẽ, rectorib. Aristotele &[h] Callisthene usus. Sub egit Asiam, Armeniam, Iberiã, Albaniã, Cap padociã, Syriam, Aegyptum: Taurum, Cauca sumq; transgressus est. Bactras domuit. Medis & Persis imperauit, cepit Indiam, emensus om nia ad quæ Liber & Hercules accesserant. For ma supra hominẽ augustiore, ceruice celsa, læ tis oculis, & illustribus, malis ad gratiam rube scentibus, reliquis corporis lineamentis nõ si ne maiestate quadam decorus. Victor omniũ, uino & ira uictus. Morbo uinolentię apud Ba bylonẽ humiliore, quàm uixerat, fortuna exẽ ptus est. Post quem qui fuerũt, magis ad sege tem Romanæ gloriæ, q̃s ad hæreditatem tanti nominis ortos inuenimus. Macedonia lapidẽ gignit, quem Pæantidem uocant: hunc eun dem & concipientibus & parientibus opitula ri, fama prodiga est. Circa[i] Tyresiæ sepulchrũ plurimus inuenitur.

nico & singulari sanctitate insigne, ubi & ex uniuersa Græcia plurima oblata fuerũt munera, inter quæ extitit solidum ex auro Iouis simulacrum, à Cypselo Corinthiorũ tyranno donatum. g ¶ *Amyntæ re.) Iste Amyntas duas habuit uxores: ex una su stulit tres filios, Alexandrum, Perdicam, et Philippum Alexandri Magni patrem: ex altera autem Archelaum, Archidæum, & Menelaum: horum duos Philippus ueluti regni participes, fraternitatis oblitus, truci dauit. Cæterum per carmen Cyclopeum, quod in nuptijs Philippi decantatum fuit, intelligendum putant carmen de unoculis, quales Cyclopes fuisse narrantur. Quod sequitur de Olympiade, sciendũ quòd scri ptores tradunt matrem Alexandri Philip po marito confessam, se non ex eo Alexan drum cõcepisse, sed ex ingentis magnitudi nis serpente quodam, & ob hanc causam Philippum circa uitæ suæ finem Olympia dem uxorem tanquam stupri ream repu dio dimisisse, palamq; professum Alexan drum non esse à se genitum: unde cum Ale xander Rhodum, Aegyptũ, Ciliciamq; re cepisset, ad Iouem Ammonẽ perrexit, con sulturus tum de futurorum euentu, tum de ipsa origine sua.* h ¶ *Callisthene.) Fuit Callisthenes iste familiaris Alexandro Ma gno ex condiscipulatu apud Aristotelem, et nihil ei nocuit, nisi immodica libertas gra uitasq; regi inuisa. Nam cum rex ex Persi co bello adorari uellet, Callisthenes cũ qui busdã alijs restitit ei, quæ res & illi, & mul tis Macedonum principibus exitio fuit. Si quidem Alexander Callisthenem coniura tionis cõscium fuisse criminatus est, eumq; truncatis membris, abscisisq; auribus, ac naso labijsq; deformatũ, cum cane in cauea clausum circunferri iussit, diuq; tortũ tan dem necauit. Vino quoq; & ira uictus, Cly tum charissimum sibi ac fidelissimum, inter epulas transfodit, sicut & multos alios uino lentus occidit, et tandem uinolentus perijt. Nam cum diei noctem peruigilem in cõuiuio solenniter instituto coniunxisset, acce pto poculo, media potione repẽte ueluti te lo cõfixus ingemuit, elatusq; è conuiuio se mianimis, tanto dolore cruciatus fuit, ut ferrum in remedia poscceret. Amici causam morbi intemperiem ebrie tatis disseminarunt: re autem uera insidiæ fuerunt, quarum Antipater autor fuit, quòd charissimos eius Alexan der ebrietatis furore cõcitus, peremisset. Qui uero eum ueneno peremptum dicunt, aiunt idipsum Stygis aquæ fuisse uenenum, nec aliam ullam materiã præter mulæ ungulas id continere potuisse, magna, ut Plin. inquit, Ari stotelis infamia excogitatum.* i ¶ *Tyresiæ sepulchrum.) Fugit iste Tyresias cum alijs Thebanis ad mon tem Thilphosium, ubi Tyresias iam antè à Iunone excæcatus, defunctus à suis ciuibus magna cum pompa sepul tus est, atq; deorum honoribus ucneratus.*

De Thracũ moribus institutisq; de Thraciæ locis ac populis, de gruibus hirundinibusq;, de Hellesponto, deq; Claro insula & Aegæo mari. Cap. XV.

NVnc in Thraciam locus est pergere, & ad ualidissimas Europę gentes uela obuertere: quas qui sedulò experiri uelit nõ difficulter deprehendet, Thracibus barbaris inesse contemptũ uitæ: & ex quadam naturalis sapientiæ disciplina concordãt omnes ad interitũ uoluntariũ, dum nõnulli eorũ putant obeuntiũ animas reuerti, alij nõ extingui, sed beatas magis fieri. Apud plurimos luctuosa sunt puerperia. Deniq; recentẽ natum fletu parens excipit. Contrauersum lęta sunt funera, adeò ut exemptos gaudio prosequantur. Vxorum numero se uiri iactitãt, & honoris loco ducũt multiplex coniugiũ. Quę fœminæ tenaces sunt pudicitiæ, defunctorũ insiliunt coniugũ rogos, & quod maximũ insigne ducunt castitatis, præcipites in flammas eunt. Nupturæ non parentũ arbitratu transeunt ad maritos, sed quę prę cęteris specie ualent, [a] subhastari uolunt: & licẽtia taxationis admissa, nõ moribus nubũt, sed præmijs. Quas formæ premit dedecus, dotibus emũt, quibus cõiungantur. Vterq; sexus epulantes, focos ambiũt, [b] herbarũ quas habent, semine ignibus superiecto. Cuius nidore perculsi, pro lætitia habent imitari ebrietatem sensibus sauciatis. De ritu ista sunt: de locis & populis, quæ sequunt. [c] Strymonẽ accolunt dextro latere Denselatæ. Bessorum quoq; multa nomina ad usq; Nestum amnem, qui radices Pangei circunfluit. Hebrum Odrysarum solum fundit, qui fluuius excurrit inter Briantas, Dolancas, Thynos, Corpillos, aliosq; barbaros tangit, & Cyconas. Deinde Hemus sex millib. passuũ arduus, cuius auersa Mœsi, Getæ, Sarmatæ, Scythæ, & plurimæ insidũt nationes. Ponticũ littus Sithonia gens obtinet, quæ [d] nato ibi Orpheo uate decus addidit nomini: quem siue sacrorũ, siue cantuum secreta in Sperchio promontorio agitasse tradunt. Deinde stagnũ Bistonium, nec longè regio Maronea, in qua Tyrida oppidũ fuit, equorum Diomedis stabulum: sed cessit æuo, solumq; turris uestigium adhuc durat. Inde non procul urbs Abdera, quam Diomedis soror & condidit, & à se sic uocauit. Mox [e] Democriti

SCHOLIA CAP. XV.

Thraciæ situm, & quos ea regio spectet ab occasu, meridie atq; septentrione, tabula nostra, quæ Græciam ipsam exprimit, haud obscurè declarat: facit & Solinus ipse in fine huius capitis mentionẽ de hac re. Corporũ magnitudine Thraces omnes homines antecedũt, truci uisu, terrifico uocis sono, annosa ætate, ædificia humilia, annona eodẽ semper tenore. Regio ipsa nec cœlo nec solo fœcunda satis & temperata, nisi ubi mari uicinior. Frigida est, ideo quæ seruntur malignè fert. Raro usquã pomiferã habet arborẽ. Vites habet, sed fructus eius nõ matureſcũt, nisi frigore frondiũ obiectu per cultores arceãtur. a ¶ *Subhastari uolunt.)* Hoc est, *uenum exponũtur aucto precio. Erat olim hasta uirga quæ dabatur alicui, cum potestas illi de merce aliqua daretur.* b ¶ *Herbarum quas habent.)* *Aiunt arbores inueniri in illis regionibus, talem ferentes fructũ, qui iactus in ignẽ ab ijs qui ad se calefaciendos conuenerunt, fõco circũsedentes incenso igne sic ebrios reddit odore suo, ut uinum Græcos, & eo uehemẽtius, quo plus eius fructus fuerit iniectũ, quoad cõsurgatur ad tripudiandũ, ac perueniatur ad cantum. Qui de rerum natura cõmentantur, multa esse dicunt quæ hilaritatem quandã utentib. tribuant.* c ¶ *Strymonem.)* *Est Strymo fluuius sicut Nestus, uel secundum alios Nessus. Densel atæ uero & Bęsi populorum sunt nomina.*

d ¶ *Nato Orpheo.)* *Sithonia gens habet Pontũ, sortitaq; est profectione gloriam Orphei progeniti uatis. Nam in Spartio promontorio, quod alij Sperchium uocant, ille uitã aut sacris, ut aiunt, impendit, aut fidibus. Porrò Diomedes Thraciæ tyrannus equos habuit, quorũ præsepia ærea erant, catenis ferreis uincti, alebantur carnibus hospitũ illuc diuertentiũ: hunc tyrannum Hercules peremit, equis suis uorandũ apposuit, cosq; mansuetiores factos secum abduxit, ac Eurystheo detulit, is eos Iunoni sacrauit, quorũ genus usq; ad Macedonem Alexandrum permansit.* e ¶ *Democriti domus.)* *Hic Democritus diuisa substãtia duobus fratribus, peregrinatus est in uarias orbis terrarũ partes, quò scientiã perciperet: postea in patriã reuersus, cum summa inopia in hortulis iuxta suæ urbis muros se ad solas rerũ naturas cõtemplandas cõtulit. Fertur quòd quocunq; fortunæ casu, et mutabilium rerum auditu, in risum*

domus physici, ac, si uerum rimere, ideo nobilior. Hanc Abderam Olympiade prima & tricesima senio collapsam Clazomenij ex Asia ad maiorem faciem restitutã, obliteratis quæ præcesserant, nomini suo uindicarunt. [f] Locũ Doriscon illustrẽ reddidit Xerxis aduentus, quòd ibi recoluit militis sui numerum. Polydori tumulum ostendit [g] Aemus in parte quam Aroteres Scythæ celebrãt. Quondam urbem Geraniam, Cattuzan Barbari uocãt, unde à gruibus Pygmæos ferunt pulsos. Manifestum sanè est, in septentrionalem plagã hyemę grues frequentissimas conuolare. Nec piguerit meminisse, quatenus expeditiones suas dirigãt. Sub quodam militiæ eunt signo, & ne pergentibus ad destinata uis flatuũ renitatur, arenas deuorant, sublatisq; lapillulis ad moderatam grauitatem [h] saburrant: tunc se tollunt in altissima, ut de excelsiore specula metentur, quas petant terras. Fidens meatu præit cateruas. Volatus desidiã castigat uoce, quæ cogit agmen. Ea ubi obraucata est, succedit alia. Pontũ transituræ, angustias captant. Et quidem eas promptũ est oculis deprehendere, quæ inter Tauricã sunt & Paphlagoniam, id est, inter Carambim, & κερου μέτωπον. Cum trans medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcina pedes liberant. Ita nautæ prodiderunt, compluti sæpe ex illo casu imbre saxatili. Arenas nõ prius euomunt, quàm securæ sedis suæ fuerint. Concors cura omnium pro fatigatis, adeò ut si quæ defecerint, congruant uniuersæ, lassasq; sustollant, usque dum uires ocio recuperentur. Nec in terra cura segnior. Excubias nocte diuidũt, ut exomnis sit decima quæq;. Vigiles pondusculà digitis amplectuntur, quę si forte ceciderint, somnũ coarguant. Quod cauendum erit, clangore indicãt. Aetatem in illis prodit color, nigrescunt enim senectute. Veniamus ad promontorium [i] Chrysoceras, Byzantio oppido nobile, antea Lygos dictũ, quod à Dyrrhachio abest septingẽtis undecim millibus passuum. Tantum enim patet inter Adriaticum mare & Propontidem. In Cænica quoq; regione non longè à Flauiopoli colonia, Byziæ oppidum, quondam arx Terei regis, nunc inuisum & inaccessum hirundinibus, & deinceps alitibus aliis: quanquam & [k] Thebas, quòd illa mœnia sæpius capta sint, aspernentur subire. Nam inter cętera habere illas quiddam pręscium, inde noscitur, quòd lapsura non petunt culmina, & asper-

soluebatur. *f* ¶ *Locum Doriscon.*) *Est campus ingens in Thracia, quem grande flumen Hebrus interfluit, ubi extructus est murus, qui Doriscus appellatur, cui impositum est Persarum præsidium à Dario, iam inde quũ Scythis inferebat bellũ. Cum igitur locus digerẽdis recensendisq; copijs idoneus uideretur, Xerxes id sibi faciendũ putauit.* *g* ¶ *Aemus.*) *Alij legunt Hæmus cũ aspiratione, sicut pro Aroteres alij perperàm legerunt Aratores. Est autẽ Aemus mõs Thraciæ, et Aroteres populi Scythiæ. Porrò quod de Pygmæis, eorumq; paruitate, atque cum gruibus pugna subditur, fabulosum à quibusdam putatur: sacræ tamen literæ horum quoq; mentionem faciunt, uocantq; homines monstruosæ paruitatis. Aristot. quoq; cap. 12. octaui Naturæ animaliũ de Pygmæis sic scribit: Grues ex Scythicis campis ad paludes Aegypto superiores, unde Nilus perfluit, ueniũt, quo in loco pugnare cum Pygmæis dicuntur.* Ezech. 27. *Non enim id (inquit) fabula est, sed certè genus tum hominum, tum etiam equorum pusillum (ut dicitur) est, deguntq; in cauernis, unde nomẽ Troglodytæ à subeundis cauernis accepere.* *h* ¶ *Saburrantur.*) *Id est, fabulo grauantur, ne scilicet ui flatuũ à recto itinere propellãtur: trahiturq; hoc uerbum à saburra, id est, fabulo, quo naues leues onerantur. Cæterũ ubi angustiæ illæ sint, uel quas hic Solinus significare uelit, quandò inter Tauricam & Paphlagoniam dicit arctum esse interuallum in Ponto, ego nõ satis ex Ptolemaicis tabulis id deprehendere ualeo, præsertim cũ Paphlagonia tam longè à Taurica distet: ipse tamen dicit hoc interuallũ esse inter Carambim & κερου μέτωπον, quod promontorium est magnũ ad septentrionem porrectum, arietinæ frontis habens formam, longoq; spacio pelago incumbens, Scythicæ obiectũ peninsulæ, Euxinum pontum bimarem uidetur efficere.*

i ¶ χρυσόκερας.) *Latinè Auricornu, oppidum apud Byzantium, hoc est, Constantinopolim, quam primùm Byzas condidit circa Olympiadem tricesimã, ac deinde Constantinus ampliauit, & imperij sedẽ in oriente constituit. Dyrrhachium uero ciuitas fuit in Epiro, prius Epidamnus uocata.* *k* ¶ *Thebas.*) *Multæ fuerunt urbes quæ Thebæ sunt nũcupatæ. Una fuit in Aegypto, quæ & Heliopolis, id est, ciuitas solis, unde est regio Thebaica Aethiopiæ contermina, à qua & Thebæi. Alia Thebæ*

aſpernantur peritura quoquo modo tecta. Minimè certe à diris auibus impetuntur, nec unquam præda ſunt, ut ſacræ. Cibos nunquã ſumunt reſidentes, ſed in aëre capiũt eſcas, & hauriunt. Alter Iſthmos in Thracia eſt ſimilib. anguſtijs, & pari latitudine arcti maris,[1] cuius littora duę urbes utrinq; ſecus oſtentant. Propõtidis oram inſignit Pactyę, Melanem ſinũ Cardia: quæ quòd in cordis faciẽ ſita ſit, dicta Cardia eſt. Omnis aũt magnus Helleſpontus ſtringitur in ſtadia ſeptẽ, quibus ab Europa Aſiaticam plagam uindicat. Hic quoq; urbes duæ, Abydos Aſiæ eſt, & Seſtos Europæ. Deinde contraria inter ſe promõtoria, Maſtuſia Cheroneſi, ubi finitur Europæ ſinus tertius: Sigæũ Aſiæ, in quo tumulus eſt Cynoſſema dictus, Hecubæ ſepulchrum, & turris Proteſilai delubro data. Finibus Thraciæ à ſeptentrione Iſter obtenditur, ab oriente Pontus, ac Propontis. A meridie Aegæum mare. Inter Tenedum & Chium eſt Claros inſula, quà Aegęus ſinus panditur. Ab dextra Antandrum nauigantib. ſaxum eſt: hoc enim uerius, quàm inſula meruit cognominari. Id quoniam uiſentibus procul caprę ſimile creditur, quã Græci αἴγαγρ nuncupant, Aegæus ab eo ſinus dictus eſt. A Phalario Corcyræ promontorio ad nauis effigiem ſcopulus eminet, in quem transfiguratã Vlyſſis nauem crediderunt. Cythera, quæ à Malea abeſt quinq; millibus paſſuum, Porphyris antea nomen fuit.

Thebæ fuit in Bœotia, Bacchi & Herculis patria, à qua Thebani dicti ſunt: et hæc quoque Dircæa dicta fuit à Dirce fonte, unde Pindarus poeta lyricorum princeps ortum habuit. Aliæ ſunt Thebæ in Theſſalia, de quibus hic Solinus dicere uidetur, quòd hirundines dedignẽtur ſubire mœnia eius, nõ ob aliam cauſam quàm quod ſæpius urbs illa capta fuit, ſicut nec ea quæ lapſura ſunt petunt. [1] ¶ *Cuius littora duæ urbes.*) *Noſtro æuo Taurica inſula tres habet urbes, nempe Solat, Kirkel & Caffam: duas arces, Mankup, & Azauu. Caffa antea uocata fuit Theodoſia: inſulam uero ipſam hodie uocant Precop. Cæterum Pactyæ & Cardia nomina ciuitatũ ſunt, quarũ hic Solinus meminit. Et quandò in fine huius capitis mentionẽ facit Ponti, Helleſponti atque Propontidis, ſciendum quòd geographi primas anguſtias maris, ubi ex Aegæo mari coarctatur, uocant Helleſpontũ: inde paululum expatiatur æquor, uocaturq; laxitas illa Propontis, quaſi ante Pontum: ubi iterum in arctum coit et ſtringitur, illæ anguſtiæ Boſphorus Thracius nuncupantur: deinde ubi iterum effunditur, pontus Euxinus naſcitur, qui curuatus in figuram Scythici arcus, cõmittitur oſtio Mæotidis paludis, idq; oſtium Cimerius Boſphorus uocatur. Propriè itaq; id mare Pontus appellatur quod à palude Mæotidis uſq; in Tenedum inſulam maris Aegæi, quæ ſita eſt inter Mitylenen & Helleſpontum, protenditur. Eſt & Pontus prouincia Aſiæ minoris, à Ponte rege ſic cognominata. Cythera uero inſula eſt contra Cretam ſita, & Malea promontorium Laconiæ, quod per quinquaginta millia paſſuũ in mare protenditur, ubi periculoſa admodum eſt nauigatio propter aduerſus uentorum flatus.*

TABVLAM huic paginæ ſubiecimus, multis Solini capitibus inſeruientem, potiſſimum uero duodecimo, tredecimo, & ſic deinceps uſq; ad uigeſimumquintum caput. Poſuimus & iuxta uetera regionum nomina, etiam recentiora, ſed nõ omnia. Libuit præterea & alia quædam hic ſignare. Albaniam hodie uocãt regionem illam quæ olim fuit Epirus, & magnam partem de Macedonia. Adiacentem inſulam Corcyram, nũc appellant Corſun. Myſiæ uero ſuperiori ſucceſſit Seruia & Ruſcia: & Myſiam inferiorẽ hodie aiunt eſſe Tranſiluaniã, uulgò Zipſerland, & Valachiam. Daciæ ſucceſſit Bulgaria, ſed quæ magnam quoq; cõtinet partem Myſiæ inferioris & Thraciæ. Thraciam uocant Romaniam. Getas aiunt partim eſſe Valachos, partim Tranſiluanos: ſicut & quidam ſcribunt apud Getas Iſtrum delabi in pontum, hodie uero eam regionẽ uocant Muldauiã. Cæterum Valachiam putant ſic dictam à duce quodam Flacco, unde regio illa Flaccia nuncupata eſt, ac deinde longo temporis tractu corrupto uocabulo dicta Valachia. Illyris & Dalmacia hodie communi uocabulo Sclauonia uocantur, tametſi quidam Illyrios putent eſſe Boſnenſes, & Liburnos Croatianos. Inſulis quoq; magna accidit nominum mutatio: nam Peloponneſus hodie eſt Morea, Eubœa Nigropontus, Lesbos Mitylene, Samos Samothracia, Poſidium Pathmos, Coum iuxta Dorida Lango: & ſic de ſingulis ferè Cycladibus inſulis. Peloponneſus totius Græciæ quondam arx fuit. Nam præter habitantium in ea gentium nobilitatem & potentiam, ipſe loci ſitus principatũ deſignat & imperium. In ea eſt regio quæ Achaia uocatur, adiacens Iſthmo Corinthiaco, quondam ditiſſima, cuius populi Achiui uocabantur: in ea eſt ciuitas illa inſignis Argos. Eſt & huius Achaiæ pars Arcadia regio, ſicut & Laconia, in qua fuit urbs Sparta, quæ & Lacedæmonia, cuius princeps Menelaus, & frater eius Agamemnon rex urbis Mycenarum, olim cum Græco populo funditus euerterunt Troiam opulentiſſimam Phrygiæ urbem. Eſt & Iſthmos celebratiſſimus in hac peninſula, qui Corinthiacus uocatur, ob Corinthiorum urbem poſt ingreſſum illius ſitam, negociatoribus frequentatam, duos habentem portus, quorum unus Aſiæ eſt propinquus, alius patet ad Italiam. Habuit hæc urbs templum Veneris locupletiſſimum, in quo continebantur circiter mille puellæ, deæ illi addictæ. Erat & ingens multitudo, quæ quotidie in urbem illam conueniebat, unde ipſa mirũ in modum ditabatur. Vrbis autem ipſius ambitus fuit 40. ſtadiorum. Porrò Iſthmos ipſe habere dicitur 5000. paſſuũ anguſtiam in latitudine, quas anguſtias cum perfodere aliquando uellent Demetrius rex, Caius Cæſar et Domitius Nero, incaſſum laborarũt. Græci autem principes, poſtquã Turcarũ potentia in Europã irrupit, ex mari ad mare producto per anguſtias muro, Peloponneſum à reliqua Græcia diſtinxerũt. Sed Ammurates Turcarũ Imperator expugnata Theſſalonica, ſubacta Bœotia & Attica, peruenit ad hunc murum, & eo diruto tributum annuum impoſuit Peloponnenſibus, tandem omnino ſuo imperio ſunt ſubiecti. Tauricam inſulam ſeu peninſulam inhabitant Tartari Vlani, ſuntq; tres ciuitates in ea, nempe Solat, Kirkel, et Caffa: arces duæ, Mankup atq; Azauu. Vrbem Solat uocant Tartari Chrim, & urbs Caffa antea Theodoſia appellata fuit. Inſula uero ipſa hodie uocatur Precop, & dominus eius, Imp. de Precop. In Macedonia eſt Theſſalonica metropolis Philippenſium, quam hodie Salonicam dicunt. In Aſia minori ſunt regiones, Phrygia, Lydia, Ionia, & Lycaonia. Illuſtres Ioniæ urbes olim fuerunt Epheſus & Smyrna. In Epheſo fuit magnificũ illud Dianæ templum. Phrygiæ metropolis fuit Laodicea, quæ ſub Nerone unà cum Hierapoli & Coloſſo Rhodi terræmotu concidit. Ioniam hodie uocant Quiſcum, & Lyciam Briquiam. In Lydia eſt Sardis, quæ olim Crœſi regia fuit. Eſt & fluuius Mæander in ea, oloribus percelebris, in quo aduenientе uere, mira dulcedine cantnat. Lycaonia regio minoris Aſiæ ſic dicta eſt à Lyco fluuio. Bithynia metropolim habet Nicaem. Galatia, quæ & Gallogræcia, prouincia quoque cenſetur Aſiæ minoris, ſic dicta quòd Galli olim duce Brennone eam occuparint.

TYPVS



Sazmatia
Europę
polonia
Axiacus
carpatę mons
Dacia
Russia
Transsil uania
Septem castra
Pannonia
Danubig
Mysia superior
Bulgazia
Dalmatia
Dardania
Adzianopolis
Thracia
Macedonia
Mare Aegeu
Thessalia
Pindus
magnesia
olympus
Epirus
Acarnania
Aetholia
Grecia
phocis
Boeotia
megaris
Athene
Corcyra
Mare Ionium
Arcadia
Laconia
peloponnesus
Creta


56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67
montes
Moscouia
paludes Mœotides
Tartaria
Tauzica Chersones
Bosphorus
Sarmatia asiæ
pontus Euxinus
paphlagonia
Galatia
oligas
Bithynia
Cappadocia
Phrygia
Asia
Lydia
Caria
Lycia
Pamphylia
Cilicia
Cyprus
Rhodus
mare Carpathium
Lesbos
Tenedos
Delos
Dorus
Taurus
Argeus
Olympus
Bosphorus
Propontis
52
51
50
49
48
47
46
45
44
43
42
41
40
39
38
37



De Creta insula, deq; alijs plurimis ad eam pertinentibus. Cap. XVI.

PRonius est Cretã dicere, cq; absolue-re in quo mari iaceat. Ita enim circũ fluí illius nomina Gręci permiscue runt, ut dum alijs alia inferunt, penè obduxerint uniuersa. Quanta possumus tamẽ fide in designanda operam locabimus, ne quid hęreat sub ancipiti. Inter ortũ porrigit & occa-sum tractu longissimo, hinc Gręcia, inde Cyre nis obiacẽtib. A Septentrione Aegæis, & suis, id est, Creticis ęstibus uerberat. Ab Austro Li bycis undis perfundit, & Aegyptijs, cõstipata centũ urbibus, sicut perhibẽt [a] qui prodigè lin gua largiti sunt, sed magnis & ambitiosis oppi dis: quorũ principatus est penes Gortynã, Cy-dona, Gnoson, Therapnen, Scylletion. Do-siades eam [b] à Crete nympha Hesperidos filia, Anaximander à Crete rege Curetum, Crates Aëriam prius dictam, mox Curetim, nõnulli etiã à temperie cœli μακαρόνησον appellatã pro-diderunt. Prima mari potuit nauibus & sagit-tis, prima literis iura iunxit. Pyrrhicen docuit, Pyrrho repertore. Equestres turmas prima do cuit lasciuas uertigines implicare. Ex qua disci plina bellicę rei usus datus est. Studium musi-cum inde cœptũ, cum [c] Idæi Dactyli modulos crepitu ac tinnitu æris deprehensos in uersifi-cum ordinẽ transtulissent. Albet iugis montiũ Dictynnæi & Cadischi, qui ita excandescũt, ut eminus nauigantes magis puten· ubila. Præ-ter cæteros Ida est, qui ante solis ortũ solem ui-det. Varro in libro quẽ de littoralib. fecit, etiã suis temporibus affirmat [d] sepulchrũ Iouis ibi uisitatũ. Cretes Dianã religiosissimè ueneran-tur, βριθομάρτιν gentiliter nominãtes, quod ser mone nostro sonat uirginem dulcem. Aedem numinis prętereà nudus uestigia nullus lici-to ingreditur. Ea ædes ostentat manus Dędali. Gortynã amnis Lethæus prętefluit, quo Eu-ropam Tauri dorso Gortyni ferunt uectitatã. Idem Gortyni & Cadmũ colunt Europæ fra-trem: ita enim memorant. Videtur hic, & oc-currit, sed die iam uesperato augustiore se facie uisendum offerens. Gnosij Mineruam ciuem deam numerant, primumq; apud se fruges sa-tas affirmant, audacter cum Atticis cõtenden-tes. Ager Creticus sylуestrium caprarum co-piosus est, ceruo eget. Lupos, uulpes, aliáque qua-

SCHOLIA. CAP. XVI.

Creta, quæ & Candia, insula centum urbium fama clara: insigniores sunt Gorty-na, Cydonea, Gnosium, Minois regia, Stra-bonis chronographi patria. Ida mons om-nium qui in ea sunt celeberrimus, qui celso uertice assurgit. Nullũ in Creta animal no-xium est, serpẽs nullus, noctua nulla. Abun dat capris, ceruis eget, optimi uini fraciſi ma. Herbam producit quæ dictamnos dici-tur, et Halimon, quæ quidem morsa diurnã famem prohibet. Hæc Cureta olim uocaba-tur, ab habitantibus Curetibus: incultũ ho-minum genus à principio, sed Rhadaman-thus ad mansuetiores ritus perduxit: sequu tus inde Minos, qui æquitate & iustitia mul tò magis excoluit. Plato dicit Lacedæmo-nios et alias uetustas Græciæ urbes, hinc si-bi leges & instituta quæsiuisse. Optimũ hu ius gentis statum euertit primo tyrannicus dominatus, deinde Cilicum latrocinia.

a ¶ *Qui prodigè lingua largiti sunt.)* De Græcis loquitur, qui frequenter impu-denti iactantia sua effutiũt. Quædã exem-plaria pro largiti sunt, habent, locuti sunt.

b ¶ A Crete nympha.) Quidam pu tant Cretam denominari à Crete Iouis & Ideæ nymphæ filio, alij à Creta Iouis coni-uge, alij à Crete rege uetustißimo: uocatã & μακαρόνησον asserunt, id est, felicem in-sulam, ob fructuum bonitatem & cœli tem periem. Quàm periti uero fuerint in arte nauigandi, sagittandi & saltandi, paßim a-pud autores inuenitur. Saltationẽ Solinus hic uocat pyrrhicẽ, à Pyrrho repertore sic dictam: docuit enim iste in armis flexu cor-poris saltare, quo plagæ telaq; euitarentur.

c ¶ Idæi Dactyli.) Isti Idæi qui in Creta musicum concentum inuenisse putan tur, filij referũtur fuisse Mineruæ & Solis, uel secundũ alios, Saturni & Alciopes, qui alio nomine Corybantes uocantur, qui in Ida monte saltando & cantando sacra Cy-beles fecerunt. *d* ¶ Sepulchrũ Iouis.) Hic inter tres Ioues ultimus putatur, Satur ni scilicet & Rheæ filius: cumq; adoleuisset & totum ferè orbem subegisset, à Cecrope rege uetustißimo primùm deus appellatus est, eiq; ara & sacrificia instituta, & tandẽ cõsummata ætate in Creta ad deos abijt, ut gentilium error credit: eum Curetes filij sui curauerũt, & in Gnoso oppido sepulchrũ construxerunt. Colitur & apud Cretenses Diana Iouis filia, quæ & Luna, & Luci-na, & Iuno, & Proserpina, atq; Dictynna

appellata est, & templum eius tam sacrum olim habebatur, ut nemo illud ingrederetur nisi nudis uestigijs. In Creta quoq; uidetur manus & artificium Dædali, qui cum esset faber egregius Athenienſis, propter accusationem parricidij fugit in Cretam, & fabricauit ibi Labyrinthum, opus portento ſiſimũ humani ingenij. Cæterum Gortyna urbs est Cretæ, quam præterfluit Lethæus, uel ut alij legunt, Læneus amnis. Europa filia fuit Agenoris Phœnicũ regis, ſicut & Cadmus filius eius fuit, qui XVI. literas è Phœnicia in Græciã detulit. Minerua quoque ut ciuis in Creta colitur, quippe quæ fertur ex Ioue apud fontes Tritonis nata. Hæc & alio nomine Pallas uocatur: & cum lanificium & texturã & alia multa artificioſa comperiſſet, celebris dea appellata est. Et quia omnia eius inuenta, ex ui ingenij atque ſapientiæ procedere uidebantur, locus fabulæ datus est, ut ex cerebro Iouis genita dicatur. Contendunt etiam Cretenſes cum Attica, apud ſe Cererem primùm reperiſſe fruges, quippe quæ in ea inſula nata est patre Saturno, & matre Ope. Fruges autem reperit, quæ fortè inter alias herbas naſcebantur, ignotæ cæteris.

quadrupedum noxia nuſquã educat. Serpens nulla, larga uitis, mira ſoli indulgentia, arborũ prouentus abundantes. Nam in huius tantum inſulæ parte repullulãt cęſæ cupreſſi. Herba ibi est quæ ἄλιμος dicitur, ea admorſa diurnã famẽ prohibet: proinde & hęc Cretica est. Phalangium aranei genus est: ſi niſum quæras, nulla uis corporis: ſi poteſtatem, ictum hominem ueneno interficit. Lapis quoq; Idęus Dactylus dicitur inſulæ iſtius alumnus, coloris ferrei, humano pollici ſimilis. Auem noctuã Creta non habet, & ſi inuehatur, emoritur.

SCHOLIA CAP. XVII.

Caryſtos inſula una est ex Cycladibus, ſita in Euboitico mari, uarij marmoris ferax: hæc & Chalcis dicta est. Titanæ nati ſunt ex Cœlo & Titea, fratres plurimi, ex quibus Hyperion fuit, qui ſolis ac lunæ ſtellarumq; motus obſeruaſſe atque demonſtraſſe primus fertur, ideo ſolis parens & aſtrorum fertur: hinc & ſol Titan, & luna Titanis à poëtis dicuntur.

a ¶ Cyclades.) Plinius harum nomina referens, tres & quinquaginta eſſe dicit: inter illas uero maximè illuſtres Glaucõneſum & Begiliã. De Cycladum nomenclatura omnes idem ferè ſentiũt, Mela, Martianus, & Strabo. Græci enim κύκλον circulum uel orbem dicunt. Seruius tamen à circumeundo dictas uult. Cyclades, inquit, nõ ideo dicuntur quia in rotunditate ſunt, ſed quod longo ordine eas circũire neceſſe est, uel propter promontoria, uel quia naturale est ut concitatiora ſint maria uicinitate terrarum, quas conſtat anhelitũ quendam ex ſe emittere. Hæc ille. Plura de his Ptolemæus decima Europæ tabula.

b ¶ Ios.) Inſula iſta celebris habetur ob Homeri ſepulchrum. Hic cum patriam ignoraret atq; parentes, Apollinis oraculũ cõſuluiſſe dicitur, reſponſumq; accepit, matrem fuiſſe ex Io inſula parua, haud longe à Creta diſtante. Delos etiam una est ex Cycladibus inſulis in Aegæo mari ſita, clara propter Apollinem & ſororem eius Dianam, qui hinc orti perhibentur. Quod de medio æuo Ogygij & Deucalionis hic ſcribitur, ſciendum quòd ſecundum computationẽ Euſebij pauciores inueniuntur anni inter Ogygium & Deucalionem. Nam Ogyges fuit anno mundi 3400. Deucalion uero anno 3670. quorum annorum diſtantia ſunt ducenti & ſexaginta anni.

De Caryſto, & in ea aquis calẽtibus, deq; Caryſtijs auibus: de Chalcide, Cycladibus, Io, deq; Delo inſulis. Cap. XVII.

CAryſtos aquas calentes habet, quas ἑλκοπίας uocãt: & Caryſtias aues, quę flammas impunè inuolant. Carbaſa etiam, quæ inter ignes ualent. Chalcis eadẽ habita est apud priſcos, ut Callidemus autor est, ære ibi primũ reperto. Titanas in ea antiquiſsimè regnaſſe oſtendunt ritus religionum: Briareo emm rem diuinã Caryſtij faciunt, ſicut Aegæoni Chalcidenſes. Nam omnis fermè Eubœa Titanum fuit regnũ. [a] Cycladas autumant inde dictas, quia licet ſpatijs longioribus à Delo proiectę, in orbem tamen circa Delum ſitæ ſunt, & orbem κύκλον Graij loquunt. [b] Ios Homeri tumulo cęteras antecedit. Meminiſſe hoc loco par est poſt primũ diluuiũ Ogygij temporib. notatũ, cum nouem & amplius menſibus diem cõtinua nox inumbraſſet, Delon ante omnes terras radijs ſolis illuminatam, ſortitamq; ex eo nomẽ, quòd prima reddita foret uiſibus. Inter Ogygium ſanè & Deucalionem medium æuum ſexcentis annis datur.

De Or-

De Ortygia insula, deq; coturnicibus. Cap. XVIII.

EAdem est & Ortygia, quæ clarissima est, in Cycladum numero multifariè tradit: nunc Asteria, à cultura Apollinis, nunc à uenatibus Lagia, uel Cynethus, Pyrpile etiam, quoniam & ignitabula ibi, & ignis inuenta sunt. In hac primũ uisæ coturnices aues, quas ὄρτυγας Græci uocant. Has easdem [a]in Latonæ tutela existimant constitutas: nec semper apparent. Adueniendi habent tempora æstate depulsa. Cum maria tranãt, impetus differunt, & metu spacij longioris uireis suas nutriunt tarditate. Vbi terrã persentiscũt, coëunt cateruatim, deinde globatæ uehementius properãt, quæ festinatio plerunq; exitium portat nauigantib. Accidit enim plerũq; noctibus, ut uela incidant, & præponderatis sinibus alueos inuertãt. Austro nunc̃q; exeũt, nam metuunt uim flatus tumidioris. Plurimũ se Aquilonibus credunt, ut corpora pinguiuscula, atq; eò tarda facilius prouehat siccior & uehementior spiritus. ὀρτυγομήτρα dicitur, quæ gregẽ ductitat: eandem terræ proximantẽ accipiter speculatus rapit. Ac propterea opera est uniuersis, ut solicitent ducem generis externi, per quem fruſtrentẽ prima discrimina. Cibos gratissimos habent, semina uenenorũ: quã ob causam eas damnauere prudentiũ mensæ. Solum hoc animal, prẽter hominẽ, [b]morbũ patitur comitialẽ.

SCHOLIA CAP. XVIII.

Docet hic Solinus, Delon insulam alia uaria apud ueteres habuisse nomina. Dicta fuit Ortygia, propter coturnices: nam Græci ὄρτυγα uocant coturnicem. Deinde dicta fuit & Asteria, ab Asteria Latonæ sorore, Apollinisq; matertera, quæ ne à Ioue uitiaretur, in coturnicem primũ, deinde in lapidem uersa sub fluctibus latuit, postea supplicanti Ioui Latonæ, superferri aquis cœpit. Lagia autem leporariam sonat, est enim λαγὼς Græcis lepus. Item Pyrpile dicta est, propter ignem ibi primum repertum. Per ignitabula, intellige ignis receptacula.

a ¶ In Latonæ tutela.) Hoc dicitur, quòd Ortygia Latonæ soror credatur uersa in coturnicem. Coturnices itaque natura duce sciunt quæ tempora eis magis sint apta ad auolandũ uel adueniendũ, nec tentant tranare mare nisi receptis uiribus. Moderãda enim est in omnibus rebus actio ipsa, secundum uiriũ suppetentiã. Sic in plerisq; alijs docetur ignauus homo ab animalibus rationis expertibus. Cæterũ quæ dux & rex est inter has auiculas, uocatur ἀρτυγομήτρα, quasi mensura & moderatrix coturnicum. Cibum earum putant esse elleborũ, sicut sturnorũ. Nec mireris ut quæ homini sunt pernitiosa, ea quibusdam animantibus sint salubria: facit hoc diuersa animantiũ cõplexio.

b ¶ Morbum comitialem.) Hic morbus alio nomine uocatur morbus sacer, item morbus Herculeus, Græci uerò uocant epilepsiam, id est, contractionem: contrahuntur enim hoc morbo nerui, uulgò caducus dicitur, quòd cadere faciat. A nonnullis etiam lunaticus uocatur, sed qui nõnihil ab isto differt. Appellatur aũt comitialis, quòd per eum comitia interrũperentur, si quis in eis cecidisset.

De Eubœa insula. Cap. XIX.

IVbœa tam modico æstu diuidua est à Bœotiæ continenti, ut dubitandũ sit, an numerari inter insulas debeat. Nam latere, quem uocant [a]Euripum, terræ ponte iungitur, & per fabricã breuissimæ machinę aditur pede. Cenæo promõtorio uadit in septentrionẽ, duobus alijs in meridiem extenditur: quorum Geræstos spectat Atticam, [b]Capharæus prominet in Hellespontum, ubi post Ilij excidium Argiuam classem uel Mineruæ ira, uel, quod certior prodit memoria, sidus Arcturi grauibus affecit casibus.

SCHOLIA CAP. XIX.

Hanc insulam sortitam nomen Eubœæ aiunt, à matrona quandã hæroicæ indolis. Alijs placet eam sumpsisse nomen ab antro quodam, quod in littore situm est, in Aegæũ uergens pelagus, Bouis aula nuncupatum, ubi Io Epaphũ peperisse fertur: hodie uerò uocatur Nigropontus, subactáq; est à Turca anno Christi 1470. a ¶ Euripum.) Ab inconstantia huius Euripi natũ est prouerbiũ, Euripus homo, uide Chiliades Erasmi: nam quolibet die ac nocte septies trãsmutat cursum. Est & alius Euripus seu fretum angustum in Sicilia, qui uocatur Euripus Taurominitanus. b ¶ Capharæus.) Circa hoc promontorium Minerua dea belli Græcis in patriam redeuntibus extitit causa naufragij, quod ei capto Ilio sacrificare renuerint: uel, ut Seruius ait, Græcos tempestate laborasse æquinoctio uernali, quoniam manubiæ Mineruales, id est, fulmina, tempesta-

tes grauiſſimas commouebant. Sunt tamen qui illud naufragium ſyderi Arcturi adſcribunt, cuius ortus & occaſus tempeſtates excitat.

SCHOLIA CAP. XX.

Inſula Paros una eſt ex Cycladibus, marmore nobilis, nomen habens à Paro Iaſonis filio uel nepote. Ab hac inſula marmor nomen habet, ut paſſim uocetur Parius lapis.

a ¶A Minoë.) *Quum Cyclades inſulæ uacuæ eſſent cultoribus, Minos Iouis & Europæ filius Cretenſiũ rex, multas ex Creta colonias in Cyclades inſulas miſiſſe fertur: & cum earum plurimas adeptus eſſet, populis diuiſit. Aſiæ quoq; magnam partem poſſedit: unde & nonnullæ inſulæ portuſq; Aſiæ à Cretenſibus Minoëq; nomen ſumpſerũt.*

b ¶Naxos.) *Eſt & hæc una ex inſulis Cycladibus in mari Aegæo, antea Strongyle dicta, dein Dia, et mox Dionyſia, quòd Dionyſius, id eſt, Liber pater relictã Ariadnem à Theſeo uxorem duxit.*

c ¶Cyclades plurimæ.) *Plin. recitat nominatim 53. inſulas Cyclades. Hodie nõnihil immutata ſunt nomina earum, nam ſic ſcribuntur, Sdile, Tino, Andre, Zea, Fermene, Siphano, Milo, Nio, Amurgo, Pario, Nixia & Nicoſia, Heraclia, Zinara, Leuita, Micole, Nicaria, Patmos, nunc uerò Palmoſa, Iero, Calamo, Stampalia, Sant Erini, Namphio &c.*

De Paro inſula, ac Sarda lapide. Cap. XX.

MArmore Paros nobilis, à Delo oppido frequentiſsima, prius tamen Minoia quàm Paros dicta. Nam ſubacta à Minoë, quoad in Creticis manſit legibus, Minoiã loquebantẽ. Præter marmora dat & Sardam lapidem, qui marmore quidẽ præſtat, inter gemmas uerò uiliſſimus ducitur. Naxon à Delo duodeuiginti millia paſſuũ ſeparant, in qua Strongyle oppidum. Sed [b] Naxos Dionyſia prius q̃ Naxos dicta, uel quia hoſpita Libero patri, uel quòd fertilitate uitiũ uincat cæteras. Sunt præterea [c] Cyclades plurimę, ſed in ſupradictis præcipuum eſt quod memoriæ debeatur.

SCHOLIA CAP. XXI.

Inſulas quas Solinus ſuprà Cycladas appellauit, hic uocat σποράδας, id eſt, ſparſas, quòd ſcilicet ſparſæ ſint in mari. Inter has numeratur & Icaros, quæ ab Icaro Dædali filio nomen ſortita eſt. Nam cum fugeret & peteret inſulam quandã, decidens in mare periit, à quo & inſula nomen accepit, et pelagus Icareum quoq; uocatũ eſt. Cæterũ Samos inſula eſt in Icario mari ad occidentem Mileti ſita, quæ olim Parthenion dicta fuit, Iunoni dicata, quòd in ea nata & educata fuerit, Iouiq; nupta: incolis frequens & hoſpitibus celebrata. In ea quoq; Pythagoras philoſophus ortum habuit. Hæc inſula cum Thraciæ adiaceat, ex commiſtis Thraciæ populis cœpit appellari Samothracia. Eſt & altera inſula Samos, quæ nõ multum diſtat ab Epiro. Myconos uerò una putatur eſſe ex Cycladibus inſulis.

a ¶Offenſus faſtu.) *Pythagoræ temporibus Polycrates Samius quindecim armatis fretus, Sami inſulæ tyrannidem occupauit: quod cum Pythagoras uideret, deſeruit patriam, & in Aegyptum atque Babylonem diſcendi ſtudio migrauit: cumq; reuerſus eſſet & adhuc tyrannidem perdurare inueniſſet, in Italiam nauigans, ibi uitam contriuit.*

b ¶Melos.) *Hæc inſula, ut ſcribit Strabo, inter Cretam & Peloponneſum ſita eſt, uocaturq; à quibuſdam Mimallis uel Mimallida, à quibuſdam Miblida, Ariſtoteles Zephyriam uocat, & Heraclides Siphnum & Acitiam. Carpathus uerò inſula eſt contra Aegyptum, inter Rhodum & Cretam media, à qua uicinum mare Carpathium, uel Carpathicum uocatur.*

De Icaro inſula, et Pythagora philoſopho: de Melo, Carpatho, Rhodo, et Lemno inſulis, ac Atho mõtis umbra. Cap. XXI.

DE Sporadibus eſt & Icaros, quæ Icario mari nomen dedit. Hęc inter Samum & Myconũ procurrentib. ſaxis inhoſpita, ac nullis ſinib. portuoſa, ob inhumana littora infamis eſt. Vult ergo Varro Icarum Creten ibi naufragio interiſſe, & de exitu hominis impoſitum nomen loco. Nam in Samo nihil nobilius quàm Pythagoras ciuis, qui mox [a] offenſus faſtu tyrannico, relicta domo patria, Bruto conſule, qui reges urbe exegit, Italiam aduectus eſt. [b] Melos, quam Callimachus μελαινίδα dixit, omnium inſularũ rotundiſsima eſt, iuxta Aeoliam. Nam Carpathus ipſa eſt, à qua Carpathiũ ſinum dicimus. Nunc̃ ita cœlũ nubilũ eſt, ut in ſole [c] Rhodos non ſit.

c ¶Rhodos.) *Hæc inſula olim dicta fuit Ophiuſa, deinde Staclia, poſtea Telchin, eò quòd Telchines inſulani incolerent, quos nonnulli maleficos, alij eximios artifices fuiſſe tradunt, qui æris & ferri fabricam inueniſſe dicuntur. Soli hæc inſula ſacra eſt, qui puellæ nomine Rhodiæ amore captus, Rhodũ ab ea nominauit. Aurũ Rhodi pluiſſe ob felicitatẽ inſulæ cecinit Pindarus, ubi ſtudia liberalium artiũ et in primis oratoriæ facultatis floruerũt. In ea fuit admirãdæ magnitudinis Coloſſus, à quo poſtea Rhodij appellati*

nõ sit, [d]Lemnij Vulcanũ colũt, ideo in Lemno metropolis Hephæstia. Præterea oppidũ Myrina, in cuius forum mons Athos è Macedonia umbram iacit: quod non frustra inter miracula notauerunt, cum Athos à Lemno sex & octoginta millib. passuũ separetur. Est sanè Athos sublimis adeò, ut altior æstimetur, q̃ unde imbres cadũt: quæ opinio eò fidem cõcepit, quòd in aris quas cacumine sustinet, nunquam cineres eluuntur, nec quicq̃ ex aggeribus suis perdunt, sed quo relicti fuerint cumulo permanent. In summo oppidũ Acrothon fuit, in quo dimidio longior, q̃ in alijs terris, incolentium ætas prorogabatur, ideo inde homines μακροβίους Græci, nostri appellauere longæuos.

appellati sunt Colossenses, ad quos apostolus epistolam scripsit. Huius insulæ figurã libuit huc transferre, & diligenter exprimere, propter eius nobilitatem, & in ea gestorum perpetuam memoriã. Hæc nanq; insula fuit olim portubus, uijs, mœnibus, & reliquis ornamentis tam celebris, ut nulla putaretur illi æqualis. Legum præstantia, & naualis rei peritia adeò ualuit, ut annos multos maris imperio potiretur, & piratarũ latrocinia sustulerit. Patet hæc insula nongentorũ ac uiginti stadiorum ambitu, inter Asiaticas insulas tertia: nã Lesbus & Cyprus maiores habentur. Anno à natiuitate Christi 655. Saraceni urbem Rhodianam capiũt, & Colossum demoliuntur, ex cuius ære nongentos camelos onerauerunt. Anno Domini 1308. cum cum fratres Hospitalis sancti Ioannis migrassent de terra sancta à Saracenis expugnata, & in Italia multas pecunias per indulgentias acquisiuissent, uenerunt cũ classe ex Neapoli, & eiectis Turcis atque Saracenis, obtinuerũt insulam, retinuerũtq; donatione Imperatoris Constantinopolitani. Anno Christi 1480. classis centum uelorum Turcicorum cum centum millibus militum appulit in terra Rhodi, & primo impetu inuasit arcem, quæ extructa erat in mole illa super quam olim Colossus ille ingens 53. annis steterat, deinde urbem terra & mari 89. diebus oppugnauit cum ingenti clade & ignominia sui exercitus, sed frustra omnia. Rursum anno Christi 1523. Solimanus imperator Turcarum ingenti copia militum & equitum oppugnauit metropolim Rhodianam sex mensibus, & demolitis turribus, mœnijs & propugnaculis, obtinuit totam insulam cum magno Christianorum dedecore. d ¶ Lemnij.) Insula Lemnos in Aegæo mari sita est, à Borea Thraciam spectans, & ab Austro, longo tamen tractu, Cretæ opposita est. Vrbes habet Myrinam maritimam, & Hephæstiam mediterraneã. In ea olim colebatur Vulcanus deus ignis. Nam ut in fabulis fertur, cum Iuno eum peperisset, eumq; turpem conspexisset, è cœlo in eam insulam deiecit. Alij uerò dicunt in Lemnũ eum præcipitatũ, quòd contra Iouem Iunoni matri opem tulerit. Seruius: Vulcanus, inquit, ignis est, & dicitur Vulcanus quasi uolicanus, quòd per aërem uolitet: ignis enim è nubibus nascitur. Vnde & Homerus dicit eum de aëre præcipitatũ in terras, quòd omne fulmen de aëre cadit: quod quia crebrò in Lemnũ insulam iacitur, ideo in eam dicitur cecidisse Vulcanus. Claudus autem dicitur, quia per naturam nunquã rectus est ignis. De Atho monte umbram in insulam Lemnum proijciente, suprà capite 14. nonnihil diximus. De oppido in summo eius cacumine sito dicit Plinius: Oppidum, inquit, in cacumine fuit Acrothon, nunc sunt Vranopolis, Paleotrum, Thyssus, Cleone, Apollonia, cuius incolæ Macrobij cognominantur.

De Helleſponto, Propontide, Boſphoro Thracio, deq; delphinorum piſcium mira natura. Cap. XXII.

QVartus Europæ ſinus Helleſponto incipit, Mæotidis oſtio terminatur: atq; omnis hęc latitudo quę Europã Aſiamq; diuidit, in ſeptem ſtadiorum anguſtias ſtringitur. Hic eſt Helleſpõtus,

SCHOLIA CAP. XXII.

Meminit Solinus ſuprà, ſicut & hic, ſinuũ quos efficit mare mediterraneũ, numeratq; quatuor magnos & præcipuos ſinus maris, quorum primus eſt à Gaditano freto ad Laciniũ uſq; promontoriũ Italiæ, quod ſcilicet eſt inter Adriaticũ & Ioniũ mare: ſecundus à Lacinio ad ipſa Epiri Acroceraunia: tertius inde ad Helleſpontũ, et quartus ab Helleſponto ad Mæotidis oſtia. Eſt

autem Lacinium promontorium in Calabria ultra Tarentum ad Austrum, ubi in superiori Italiæ tabula poteris eum locum signare. Porrò Acroceraunij montes & promontoriũ est in Epiro, paululũ supra Corcyram insulam, quam hodie uocãt Corfun, ad aquilonem, id quod in tabula nostra quæ Græciã exprimit, uidere et signare poteris, inter Corcyram scilicet & Pindum montẽ.

a ¶ Hac Xerxes.) Plinius de hac re sic scribit: Xerxes Persarum rex constrato in nauibus ponte, duxit exercitum per hanc maris angustiam. Porrigitur inde tenuis euripus 86. millium passuum spacio ad urbem Priapum Asiæ, quà magnus Alex. transcendit: inde expatiatur æquor, rursumq; in arctum coit laxitas, & Propontis appellatur: hinc angustiæ sequuntur, quæ Thracius Bosphorus uocantur, latitudine 500. passuum, quà Darius pater Xerxis copias ponte transuexit. b ¶ Delphinas plurimos.) Delphinorũ formã sic explicat Naso tertio Metamorph. lib. Falcata nouissima cauda est, Qualia dimidiæ sinuãtur cornua lunæ: Vndiq; dant saltus, multaq; aspergine rorant, Emerguntq; iterum, redeuntq; sub æquora rursus, Inq; chori ludũt speciem, lasciuaq; iactant Corpora, & acceptũ patulis mare naribus efflant. De mira ucloci-
tate eius scribit quoq; Aristoteles, quòd omnium animalium uelocissimũ sit, tum aquatilium, tum terrestrium. Supersiliunt enim malos nauigiorũ maiorũ, quod tunc potissimum euenit, cum aliquem insectantur piscem quem deuorent. Dicit & Plinius delphinos uere agere coniugia, parere catulos decimo mense æstiuo tempore, soluente die æstiuo Lucinam, id est, partũ in lucem æditum. Lactant uberibus ut animalia terrestria. c ¶ Cum ira subiacet.) Quidam sic putant legendum: Cum ira subierit, id est, subintrauerit, inhorrescunt.

d ¶ Puer fragmentis panis.) Appianus quinto Aegyptiacorum libro hæc omnia se, multosq; secũ alios uidisse dicit, scribens in hæc uerba: Et quidem nos uidimus apud Puteolos Delphinum amantem mirè puerum, inclamatum à puero acciri: qui etiam adnatans, dorso puerum admittebat, ita ut pinnæ aculeos uelut uagina conderet, ne dilectum sibi corpus laceraret, receptumq; equitis modo insidentẽ per magnũ æquor per ducenta stadia deferret. Roma igitur omnisq; Italia confluebat, ut piscem amoris causa uectorem pueri spectaret.

[a]hàc Xerxes põte nauibus facto permeauit. Tenuis deinde euripus porrigitur ad Asiæ urbem Priapum, quam Magnus Alexander potiundi orbis amore trãscendit, & potitus est. Inde diffusus çquore patentissimo, rursus stringitur in Propontidẽ, mox in quingẽtos passus coarctatur, fitq; Bosphorus Thracius, quà Darius copias transportauit. Hæc profunda [b]Delphinas plurimos habẽt, in quibus causæ miraculi multiformes. Ante omnia nihil uelocius habẽt maria, sic ut plerunq; salientes transuolent uela nauium. Quoquò eant, coniuges euagantẽ. Catulos edunt. Decimus mensis maturũ facit partũ. Lucinã æstiuus dies soluit. Vberibus fœtus alunt. Teneros in faucibus receptant. Inualidos aliquãtisper prosequuntẽ. In tricesimũ annum uiuũt, quod exploratũ est in experimentũ caudis amputatis. Ora nõ quo cæteræ belluæ loco habent, sed fermè in uentribus. Contra naturã aquatiliũ soli linguas mouent. Aculeatæ sunt spinę dorsuales: [c]cum ira subiacet, inhorrescũt: cum animi conquiescunt, quibusdã receptaculis operiuntẽ. Spirare eos in aquis negant, & uitales auras nõ nisi in aëre supero recipere. Pro uoce gemitus est, similis humano. Certũ habẽt uocabulũ, quo accepto uocantes sequuntur: nam proprie Simones uocantẽ. Voces hominũ aquilonis flatu celerius † hauriũt, cõtrà austro spirante audítus obstruuntẽ. Mulcentur musica, gaudent cantibus tibiarũ: ubicũq; symphonia est, gregibus aduentant. D. Augusto principe, in Campania Delphinem [d]puer fragmentis panis primo illexit, & in tantũ cõsuetudo ualuit, ut alendũ se etiã manibus ipsius crederet: mox cum prolusisset puerilis audacia, intra spacia eum Lucrini lacus euectitauit: unde effectũ ut à Baiano littore equitantem puerũ Puteolos usq; perueheret: hoc per annos plurimos tandiu gestũ est, donec assiduo spectaculo desineret miraculũ esse quod gerebatur: sed ubi obijt puer, sub oculis publicis desiderij mœrore Delphin interijt. Pigeret hoc asseuerare, ni Mecœnatis & Fabiani, multorũq; præterea esset literis comprehensum. In Africano mox littore apud Hipponẽ Diarrhyton Delphin ab Hipponensib. pastus tractandũ se præbuit, imposi tos quoq; frequenter gestauit. Nec populi tantum manib. acta res est. Nam & proconsul Africæ Flauianus ipse eum contigit, unguentis etiã delibuit, qui odoris nouitate obsopitus, aliquãtisper pro exanimi iactatus est, multisq; mensibus

† audiunt

bus desciuit à solita conuersatione.[c] Apud Iassum urbem Babyloniæ puerũ Delphinus adamauit, quẽ dum post assueta colludia recedentem impatientius sequitur, arenis inuectus hæsit. Alexander Magnus amorẽ illum numinis fuisse interpretatus, præfecit puerũ[f] Neptuni sacerdotio iuxta eandẽ urbem, ut Egesidemus autor est. Alium puerũ Hermiam nomine per maria similiter insidentẽ cum undosior fluctus necasset, Delphinus ad terram reuexit, & uelut fateretur reatum, pœnitentiã suam morte multauit, nec reuerti uoluit amplius in profunda. Suppetũt & alia exempla, ut[g] Arionem transeamus, cuius exitum annalium fides comprobauit. Ad hæc[h] si quando lasciuiũt noui fœtus, à maioríb. datur adultior gregi custos, quo magistro eludere impetus incursantium belluarũ addiscant: quanquam ibi[i] præter Phocas rara bellua est. Plurimus Thynnus in Ponto, nec alibi penè fœtificant. Nusquã enim citius adolescunt, scilicet[k] ob aquas dulciores. Illabuntur ueris tempore, intrant dextro littore, læuo exeunt: hoc indeaccidere credunt, quòd dextris oculis acutius cernunt, quàm sinistris.

a ¶ *Apud Iassum Babyloniæ urbem.*) Ex Plinio & Strabone constat Iassum non Babyloniæ, sed Cariæ urbem esse, locũq; præsentem uitiatum, quocunque tandem contigerit modo. *f* ¶ *Neptuni sacerdotio.*) Putatur Alexander id propterea fecisse, quòd creditũ esset apud homines illos, delphinos Neptuni esse equos, eosq; ad iugum religatos, eius trahere currum. *g* ¶ *Vt Arionem transeamus.*) De Arione sic scribunt poëtæ: Cum circum insulas quæstus causa uagaretur, serui eius anhelantes libertatem cogitare cœperunt, ut domino in pelagus proiecto, bona eius inter se partirentur: quod cum ille sensisset, sumpta cithara suam cœpit deflere mortẽ, quo sonitu adducti delphines, è toto mari ueniũt ad Arionis cantum, ille uerò deorum inuocata potestate, super eos se deiecit, unusq; eorum exceptum Arionа pertulit ad Tænariũ litus: in cuius memoriæ causa, quæ ibi statua est Arionis, in ea delphini simulacrum affixum uidetur. Serui autem Tænarium perducti à Siculo mari, à domino comprehensi non mediocri supplicio sunt affecti. *h* ¶ *Si quando lasciuiũt.*) Aristoteles cap. 48. libri noni animalium sic scribit: Paruos *item delphinos magnus aliquis semper comitatur custodiæ causa. bos marinus, tectus pilis & corio: hic coit more canum, & parit in terra more pecudum.* *i* ¶ *Præter phocas.*) Est phoca piscis & *k* ¶ *Ob aquas dulciores.*) *Causa dulcium aquarum ponti, est multitudo amnium inferentium dulces aquas.*

De Istro flumine, de fibro animali, deq; gemmis ponticis. Cap. XXIII.

ISter Germanicis iugis oriẽ, effusus monte qui in Rauracos Galliæ spectat: sexaginta amnes in se recipit, omnes fermè nauigabiles: septẽ ostijs pontum influit, quorum primũ Peuce, secundum †Narcustoma, tertiũ Calostoma, quartũ Pseudostoma. Nam quintum Boreostoma, ac deinde sextũ †Stenostoma, languidiora sunt cęteris

†Naracustoma

†Spireostoma

SCHOLIA CAP. XXIII.

Solinus hæc quæ hic scribit de Istro seu Danubio fluuio Europæ maximo et celebratißimo, accepit ex xij. capite quarti Plinij, cuius uerba hæc sunt: Danubius ortus Germaniæ iugis montis Arnobæ, ex aduerso Taurici Galliæ oppidi, multis ultra alpes milibus, ac per innumeras lapsus gentes, Danubij nomine, immenso aquarũ auctu, & unde primùm Illyricum alluit, Ister appellatur, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorũ nauigabili: in Pontum uastis sex fluminibus euoluitur. Montẽ uerò illum unde Danubius effunditur, Plinius Arnobam, Ptolemæus Abnobam, & Cornelius Tacitus Arbonam nominat. Vnde Tacitus sic scribit: Danubius molli & clementer edito montis Arbonæ iugo effusus, plures populos adit, donec in ponticũ mare sex meatibus erumpit. Herodotus dicit Istrum sumere initiũ ex Celtis. Deinde quòd quædam exemplaria Solini hic habent, montem, unde prodit fons Istri, aspectare Tauricos Galliæ: alia habent, & rectius quidem, Rauracos. Nam montes illi quocunque tandem nomine à ueteribus fuerunt compellati, unde oritur Danubius, haud procul absunt à Rauracis seu Basiliensibus, uocanturq; hodie Nigra sylua. Non tamen desunt qui per Tauricum intelligunt Turgeuu, quæ regio ultra Rhenum opponitur montibus Arbonæ. Et ego Munsterus hic Basileæ agens, quò ueterum de Danubij origine disputationem & uarias opiniones tollerem, non fui grauatus hinc migrare ad locum illum ubi effunditur Danubius, & oculis proprijs conspicere ortum atq; initium eius unà cum adiacentibus locis, eaq; in propria signare tabula, quò omnibus cõstaret ubi locorum celeberrimus ille fluuius ex terræ uisceribus emergeret. Quòd autem pleriq; scribunt, Istrum sexaginta

recipere amnes, eosq; ferè omnes nauigabiles, & quidam eos sic numerant suis nominibus, Porata seu Pyretos, Tiarantus, Ararus, Napares, Ordessus, Maris, Atlas, Auras, Tibissis, Athrys, Noëas, Artanes, Scius, Angrus, Bongrus, Carnus, Alpis, Lycus, Aenus, Narabon, Darus, Drynus, Tibiscus, Moschius, Rhabosus, Ciabrus, Lauta, Ierassus, Sauus, Drauus &c. de multis non satis constat qui sint, & unde dilabantur. Id certum est, ex alpium longissimo ad orientem tractu multos amnes paruos & magnos procreari, unde sensim Danubius augescit. Oriuntur deinde ex alio latere non pauci amnes, præsertim ex montibus Bohemiæ, qui & magnam aquarum molem infundunt Istro, ex quibus aliquos nominare non inutile uisum est. Apud Vlmam influit à septentrione fluuiolus pisculentus, natus ex Sueuiæ montibus, qui Blauus uocatur. Ex alpibus ruit uersus Augustam Lycus, uulgò Lech, miscetur q; Danubio prope oppidum Rain. Itinere trium aut quatuor horarum à Norimberga nascitur fluuius Altmüel, quem quidam uocant Alemanum, magnis cancris percelebris, & iuxta oppidum Kelheim, quod est itinere quinq; horarũ supra Ratisponam, labitur in Danubium. Prope Ratisponam recipitur alius fluuius in Danubium, qui Nabus uocatur, ortum sumens ex Bohemicis syluis, per quem ingens copia æris & parati ferri nauigio ducitur in Danubium. Rursum oritur amnis Isera in alpibus, haud procul à Schuuatz, ubi argentifodina ditissima iam à multis annis fuit, alluitq; mœnia Monaci, & paulò supra ciuitatem Landßhuot susceptio alio flumine, Ambro nomine, infra Ratisponam itinere unius diei atq; dimidij, exoneratur in Danubium. Ingreditur & Patauij, uulgò Passauu, in Danubiũ celeber amnis, Enos nomine, uulgò der In, qui ex alpibus Athesiæ suam ducit originẽ. Proinde si ex Germania perrexerimus in Vngariam, occurrunt ex utroq; latere magni & insignes amnes: à septentrione quidem Vaga, Granus, unde urbs episcopalis Græn, latinè Strigonium: Tyssa ex multis auctus riuulis, Seretus & Prutus. A meridie Saruuys, Draua & Sauus, uulgò Sauu: ad cuius ostia situm est Belgradum, quod superioribus annis Turca eripuit Christianis, & olim uocatum fuit Taurinum, hodie autem Alba. Sed reuocemus calamum ad ortum Danubij. Ego cum ad fontes eius, interim quo hæc scripsi, perrexissem, omnia diligenter lustrãs, talem inueni situ & habitũ, ut præsens exprimit figura. Fons ipse insignis est & perpetuus, hodieq; quatuor paruis muris includitur lõgitudine 26. circiter pedum, & latitudine circiter 18. pedũ. Scaturigo aũt ipsa effluens, habet pedis unius profunditatem, & duorum pedum latitudinem, atq; ad duos lapidis iactus iuxta castrum recipit torrentem Brigam nomine, à longe ex cõuallibus collectum. Et rursum ubi ieris ad iactum unius bombardæ uersus meridiem, augetur alio torrente Brega nomine, sed quorum nomina mox desinunt ubi Danubij miscentur aquis. Postea hic fluuius sensim recuruatur ad orientem, tenetq; eum cursum usquedum in mare exoneratur Euxinũ. Situs fontis est intra uillam, quæ hodie Doneschingen uocatur, id est, Danubij Eschingen: uocant enim Germani Danubium Donauu: & est in loco plano atque longè semoto ab omni monte, nisi quòd ad septentrionem habet terram paulò editiorem, altitudine scilicet septem aut octo cubitorum, ad cuius basim ebullit fons ipse. Montes uerò Arbonæ, quos hodie putant esse Bôr aut Bâr, absunt ferè itinere duarum horarum, in quibus nostro æuo extructum habetur oppidum Furstenberg, unde pulcherrimus patet aspectus ad aquilonem & Nigram syluam. Fons quoque Neccari non distat à fonte Danubij nisi itinere duarum horarum, & is fluit ad aquilonem,



cæteris. Septimũ uerò pigrũ, ac paluſtri ſpecie, nõ habet quod amni comparetur. Priora quatuor adeò magna ſunt, ut per longitudinẽ quadraginta millium paſſuum non miſceantur æquori, dulcemq; hauſtum incorrupto detineãt ſapore. Per uniuerſum Pontũ [a]fiber plurimus, quem alio uocabulo dicunt Caſtorem: Lutræ ſimilis eſt, animal morſu potentiſsimũ, adeò ut cum hominem inuadit, conuentũ dentium nõ priùs laxet, quàm concrepuiſſe perſenſerit oſſa fracta. Teſticuli eius appetuntur in uſum medelarum: idcirco cum urgeri ſe intelligit, ne captus proſit, ipſe geminos ſuos deuorat. Mittit Pontus & gemmas, quas à patria Ponticas dicimus, genere diuerſo, quippe aliæ aureas, aliæ ſanguineas habent ſtellas, & hæ quidẽ inter ſacras habentur: nanq; oſtentationi potius, quàm uſui deleguntur. Non guttis aſperſæ ſunt, ſed longis colorum ductibus liniantur.

aquilonem, alluensq; Sueuiã & auctus multis alijs amnibus, præſertim Nagalto, Cochero & Iaxto, inter Spiram & Vuormatiam exoneratur in Rhenum. Hic aliud nihil ſcribendũ eſſet de ortu Danubij, niſi & id curioſum lectorẽ remoraretur, quod quidã ueterũ in ſcriptis reliquerũt, fontes Rheni & Danubij haud procul ab inuicẽ diſtare, naſciq; eodem montium iugo, ſed quod rei ueritate longè aliter ſe habet. Aluei quidem utriuſque fluuij non longè à ſe diſtant, cum à Danubio ad Rhenum non ſit iter niſi dimidij diei, hoc eſt, ſex horarum, præſertim ſi ieris à Schafhuſen rectà ad aquilonem. At ſi utriuſque fontem inſpexeris, inuenies longiſsimum interuallum: nam habes à fonte Danubij ad Conſtantiam unam magnam diætam, & hinc ad Curiam duas, & rurſum hinc ad montem Adulam, ubi fons deſcribitur Rheni, unam magnam diætam: aut ſi à Curia ad alterum Rheni ortum pergere uoleris, ubi ſcilicet Actuatici ſunt populi, & haud procul abeſt fons Rhodani, atq; fons Ticini, deprehendes duas diætas, id quod aliquando in tabula Heluetiorũ ad oculum uidebis, quam uir præclarus Aegidius Tſchudi Heluetus deſcripſit, & Henricus Glareanus, uir de bonis literis optimè meritus, ad me miſit. [a] *¶ Fiber plurimus.)* Nedum *in Ponto, uerum & in Rheno atque Danubio animal iſtud quadrupes inuenitur, cuius pedes poſteriores & cauda, pro piſcium carne habentur. Eſt enim cauda inſtar piſcium ſquamoſa. Aiunt hoc animal toto corpore habitare in ſicco, effoſſo ſcilicet in ripa cuniculo, caudam autem tenere intra aquas. A medicis Caſtor uocatur, habetq; dentes acutiſsimos, ut arbores iuxta flumina quaſi ferro cædat. Quin & hominis parte comprehenſa, non antè quàm fracta concrepuerint oſſa, morſu reſoluit. Cauda piſcium eſt ei, cætera ſpecies Lutræ. Hæc Plinius libro octauo, capite triceſimo. Quod autem Solinus hic dicit, Caſtorem ſe facere eunuchum ne captus proſit, alij id negant, ſcribuntq; teſticulos eius paruos eſſe ſubſtrictosq;, & adhærentes ſpinæ, nec adimi poſſe ſine animalis uita.*

De amne Hypane, & Exampeo fonte. Cap. XXIIII.

HYpanis amnis oritur inter Auchetas Scythicorũ amniũ princeps, purus, & hauſtu ſaluberrimus, uſque dum Callipedum †terminis inferatur, ubi fons Exampeus infamis eſt amara ſcaturigine, qui Exampeus liquido admiſtus fluori, amnẽ uitio ſuo uertit, adeò ut diſſimilis ſui in maria condatur. Ita inter gentium opiniones fama de Hypane diſcordat: qui in principijs eum norunt, prædicant: qui in fine experti ſunt, non iniuria execrantur.

†terris

SCHOLIA CAP. XXIIII.

Amnis Hypanis in Scythia naſcens, & ex magna palude profluens, recipit fonticulum Exampeum, qui ſua amaritudine totum amnem corrumpit. Alueus huius fluminis haud procul abeſt à fluuio Boryſthene, ex Moſcouia ſcilicet in Pontum Euxinũ defluens. Apud Ptolemæũ inuenio hunc fluuium Hypenem uocari, alij appellant eum Hypaſin. Cæterum Callipodes, aut ſecundum alios Callipides, populi ſunt Scythici iuxta Hypanem habitantes fluuium, ſic dicti quòd pulchros pedes habeant.

De Boryſthene flumine, ac eius accolis: de natura canum, de Scytharũ moribus, de gemmis, ſmaragdo, cyaneo, cryſtallo. Cap. XXV.

APud Neuros naſcit̃ Boryſthenes flumen, in quo piſces egregij ſaporis, & quib. oſſa nulla ſunt, nec aliud quàm

SCHOLIA CAP. XXV.

Sunt inter ueteres qui ſcribũt ignotum eſſe ortũ Boryſthenis, ſicut & Nili: at Solinus hoc loco ſcribit, apud Neuros, quos Ptolemæus uocat Nauaros, illum ſumere initium, qui hodie unà cum multis alijs populis uocantur Moſcouitæ, occupantq; regnũ latiſsimum, cuius regia uocatur Moſcouia,

à Mosca fluuio sic dicta, qui fluit per urbem illam, recipiturq; à fluuio Occam, & tandem apud Nouogardiã inferiorem exoneratur in Rham fluuium, qui hodie Volga appellatur, & fluit in mare Caspium.

Porrò Borysthenes hodie uocatur Neper, & tota regio quæ est circa ortum eius olim fuit ducis Lituaniæ, hodie autẽ paret Mosco. Haud procul à Moscouia oritur quoq; Tanais fluuius, qui uulgò Don uocatur, & à priscis limes constitutus est Europæ, illam scilicet diuidens ab Asia. Quòd autẽ à ueteribus in eo loco narrantur esse magni & multi montes, nempe Riphæi, qui nostro æuo loca illa lustrarũt, scribunt nullos illic esse montes: unde Sigismundus à Herberstein in suo itinerario sic scribit: De Vilna exiens per Polotzko, nouam ciuitatem seu Nouogardiam & Tfer, ueni in Moscouiam, ab hinc ad Smolenski, & iterum redij in Vilnam, sed nullos uidi montes, imò ne colliculos.

De fontibus Tanais diligenter perquirens, inueni circa Moscouiam spacio 200. miliariorum nullos esse montes. In Fuharia uerò quæ est ad septentrionem, illic aiunt esse montes, ubi & uisuntur quædam relicta per Alexandrum Magnum, illiusq; nomen ibi aureis literis insculptum: sed de aris aut columnis circa fontes Tanais non potui inuenire, cum tamen Moscus sit dominus illius loci, & ibi latißimi sint campi. Hactenus ille.

cartilagines tenerrimæ. Verùm [a] Neuri, ut accepimus, æstatis temporibus in lupos transfigurantur: deinde exacto spacio, quod huic sorti attributum est, in pristinam faciem reuertuntur. Populis istis deus Mars est, pro simulacris enseis colunt, homines uictimas habent, ossib. adolent ignes focorũ. Geloni ad hos proximant. De hostium cutibus & sibi indumenta faciunt, & equis suis tegmina. Gelonis Agathyrsi collimitãtur, cœruleo picti colore, fucatis in cærulũ crinibus, nec hoc sine differẽtia: nam quanto quis altero præstat, tãto propensiore nota tingit, ut sit indiciũ humilitatis minus pingi. Pòst [b] Anthropophagi, quib. execrandi cibi sunt humana uiscera, quem morẽ impiæ gentis, adiacentiũ terrarũ prodit tristissima solitudo, quas ob nefariũ ritum finitimę nationes metu profugę reliquerũt: & ea causa est, ut usq; ad mare, quod [c] Tabin uocãt, per longitudinem eius oræ, quæ æstiuo orienti obiacet, sine homine terra sit, & immẽsa deserta, quoad perueniat ad [d] Seres. Chalybes & Dahæ in parte Asiaticæ Scythiæ crudelitate ab immanissimis nihil discrepant. At [e] Albani in ora gentes, qui po-

a ¶ Neuri æstatis temporibus in lupos transfigurantur.) Quidam legunt, statis temporib. Plinius grauis autor id pro fabula habet, quod hic scribit Solinus de transfiguratione Neurorum in lupos. Neuris uicini sunt Geloni, à Gelono Herculis filio sic dicti, qui postea Getæ, & nunc Tartari uocantur. Hic Gelonus habuit fratres Agathyrsum & Scytham, à quibus Agathyrsi & Scythæ populi dicti sunt. b ¶ Anthropophagi.) Latinè homouori, qui execrandis uescuntur cibis, nempe uisceribus humanis, quales & hodie in multis alijs inueniuntur locis. c ¶ Tabin.) Putant hic legendum, usq; ad iugum mari imminens, quod Tabin uocãt. d ¶ Seres.) Populi sunt Asiæ Scythicæ, à Sera urbe sic dicti, apud quos arbores sunt quæ tenuißimam proferunt lanam, unde uestimenta fiunt quæ serica appellantur. Chalybes uerò sunt populi alij, per quos erutum & domitũ est primitus ferrum. Capitur etiam chalybs aliquando pro ipsa ferri nobiliori & duriori materia. e ¶ Albani in ora gentes.) Occupat Albania oram seu littus maris Hyrcani seu Caspij, ab Albano fluuio interlabente, ut quidam putant, sic dicta. Iustinus dicit Albanos ab Albano Italiæ monte retinere nomen: at Solinus mauult eos à canicie sic

qui posteros se Iasonis credi uolunt, albo crine nascuntur, caniciem habent auspicium capillorum: ergo capillorum color genti nomen dedit. Glauca oculis inest pupilla, ideo nocte plus quàm die cernunt. Apud hos populos nati[f] canes feris omnibus anteponunt̃, frangunt tauros, leones perimunt, detinent quicquid obiectum est. Quibus ex causis meruerunt etiam annalibus tradi. Legimus petenti Indiam Alexandro, à rege Albanię dono duos missos: quorum alter sues sibi & ursos oblatos usqueadeo spreuit, ut offensus degeneri præda, ignauo similis diu accubaret: quem per ignorantiam uelut inertem Alexander extingui imperauit. Alter uerò monitu eorum qui donum prosecuti erant, leonem missum necauit. Mox uiso Elephanto notabiliter exultans, belluam primùm astu fatigauit, deinde cum summo spectantiũ horrore terrę affixit. Hoc genus canum crescit ad formam amplissimam, terrificis latratibus, ultra leones rugitibus insonãs. Hæc sunt de canibus Albanis, reliqua cõmunia uniuersis. Domínos æqualiter canes omnes dilígũt, sicut exemplis palàm factum est. In Epiro denique domini percussorem in cœtu agnitum, latratu canis prodidit. Iasone Lycio interfecto, canis ipsius aspernatus cibum inedia obijt. Lysimachi regis canis flammis se iniecit, accenso domini rogo, & pariter igni absumptus est. Garamantum regem ducenti canes ab exilio reduxerũt, prælíati aduersus resistẽtes. Colophonij, & Castabalenses, canibus in bella productis primas acies instruebant. Appio Iunio, & [g]P. Silio coss. damnatum dominum canis, cum abígi non posset, comitatus in carcerem, mox percussum, ululatu prosecutus est. Cumq; ex miseratione populi Romani potestas ei cibi fieret, ad os defuncti escam tulit. Vltimo abiectum in Tyberim cadauer adnatãs, sustentare conatus est. [h]Canes soli nomina sua recognoscũt, itinerum meminerunt. Inde coitus tempore in saltibus canes fœminas relígãt, ut cum his tígrides coëant, quarum ex primis conceptibus ob nimiam feritatem inutiles partus iudicant, itidem secundos, tertios educant. [i]Aegyptij canes è Nilo nunquam nisi currentes lambitant, dum à crocodilis insidias cauent. Inter Anthropophagos in Asiatica parte numerantur Essedones, qui & ipsi nefandis funestantur inter se cibis. [k]Essedonum mos est parentum funera cantibus prosequi, & proximorũ corrogatis cœtibus, cadauera ipsa dentibus laniare, pecudumq; carnibus mista dapes facere. Capitũ etiam ossa auro incincta in poculorum tradere ministerium. [l]Scythotauri pro hostijs cædunt aduenas. Nomades pabula sequuntur. Georgi in Europa siti agros exercent, Axiacæ perinde in Europa siti, neq; mirantur alie-

cie sic appellatos, quæ etiam primùm natis accidere solet, & auspicium est capillorũ.

f ¶ *Canes feris omnibus anteponuntur.)* *Idem scribunt Dionysius & Qu. Curtius, in regionibus illis inueniri nobiles ad uenandum canes, qui latratu abstinere dicuntur cum uident ferã. Canes uerò timidiores uehementius latrant quàm mordent, unde apud Italos adagiũ est frequens, Latrantem canem nunq prædam capere. Scribit Cicero in secundo de natura deorum: Canum, inquit, tam fida custodia, tamq; amans dominorum adulatio, tantumq; odiũ in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in uenando, quid significat aliud, nisi se ad hominũ commoditates esse generatos? Dominos æqualiter omnes diligunt, cum ferè omnia alia dominũ & amicũ pauperem aspernentur.* *g* ¶ *Publio Silio.)* *Quædam exemplaria hic habent, Publio Sicinio.*

h ¶ *Canes soli nomina recognoscunt.)* *Inueniũtur etiam interdum equi, boues, oues, capræ, feles & sues, quæ nomina sua recognoscunt, sed hoc multò rarius quàm in canibus deprehenditur.* *i* ¶ *Aegyptij canes.)* *In Aegypto canes metu crocodiloriũ currunt & simul bibunt.* *k* ¶ *Essedonum mos est.)* *Scribit & Herodotus in Melpomene de moribus Essedonum in hæc uerba: Quoties pater alicui deceßit, omnes eius propinqui pecora adducunt, quæ ubi mactauerint conciderintq;, concidunt & mortuum patrem illius à quo conuiuio accipiuntur, commixtisq; omnibus carnibus conuiuium exhibent. Caput tamen defuncti denudatũ purgatumq; inaurant, coq; pro simulacro utuntur, agentes illi quotannis maiores hostias ceremoniasq;.* *l* ¶ *Scythotauri.)* *Sunt Scythæ qui Tauri montis iugum tenent inhabitantq;. Nomades uerò sunt populi in Scythia, quorum omnis uita in pascendis gregibus habetur, à νεμὼ pasco, nomine νομὰς deducto.*

m ¶ *Hausthu*

nę mirantur, cur Europæi ad Nilum non habitent. Ad Caspium mare Amazones habitant, quæ ad Thermodontem fluuium Themiscyram urbem condiderunt. Ibi Martis templum, & regia fuit. Hæ cum finitimis bellum gerebant, quibus uicinæ erant, & ex his quos uicerant, liberos tollebant. Ad Pontum Euxinum Sauromatæ habitant, qui Amazonum posteri dicuntur. Hæ cum Scythis bellum gerebant, & ad Tanaim fluuium Asiæ Europæq; finem habitant. Ad Pontum Euxinum Sauromatæ habitant, qui Amazonum posteri dicuntur. Hæ cum Scythis bellum gerebant, & ad Tanaim fluuium Asiæ Europæq; finem habitant. Ad Pontum Euxinum Sauromatæ habitant, qui Amazonum posteri dicuntur. Hæ cum Scythis bellum gerebant, & ad Tanaim fluuium Asiæ Europæq; finem habitant.

na, neq; sua diligunt. Satarchæ usu auri argenti q; damnato, in æternum se à publica auaritia abdicarunt. Scytharum interius habitantium asperior ritus est. Specus incolunt, pocula non ut Essedones, sed de inimicorum capitibus moliuntur: amant prælia: interemptorum cruorem ex uulneribus ipsis bibunt: numero cædium honor crescit, quarum expertem esse apud eos probrum est: haustu[m] mutui sanguinis fœdus sanciunt, non suo tantum more, sed Medorum quoque usurpata disciplina. Bello denique quod gestum est Olympiade nona & quadragesima, anno post Ilium captũ sexcentesimoquarto, inter[n] Alyathem Lydũ & Astyagem Mediæ regem, hoc pacto firmata sunt iura pacis. Colchorũ urbem Dioscoriaden Amphitus & Telchius aurigæ Castoris & Pollucis condiderũt, à quibus Heniochorum gens exorta est. Vltra Sauromatas in Asia sitos, qui Mithridati latebram, & qui originem Medis dederunt, confines sunt Thalij his nationibus quas ab oriente contingunt Caspij maris fauces, quæ fauces mirum in modum †uacuantur imbribus, crescunt æstibus. Heniochorũ montes Araxen, Moscorũ Phasiden fundunt. Sed Araxes breuibus interuallis ab Euphratis ortu caput tollit, ac deinde in Caspium fertur mare. [o] Arimaspi circa Gesglithron positi, unocula gens est. Vltra hos & [p] Rhipæum iugum regio est assiduis obsessa niuibus, πτεροφόρον dicunt. Quippe casus continuarum ruinarum quiddam ibi exprimit simile pennarum: damnata pars mundi, & à rerum natura in nubem æternæ caliginis mersa, ipsisq; prorsus Aquilonis conceptaculis rigentissima. Sola terrarũ non nouit uices temporum, nec de cœlo aliud accipit quàm hyemem sempiternam. In Asiatica Scythia terræ sunt locupletes, inhabitabiles tamen. Nam cum auro & gemmis affluãt, [q] gryphes tenent uniuersa, alites ferocissimæ, & ultra omnem rabiem fœuientes: quarũ immanitate obsistente aduenis accessus difficilis ac ra-

†macianatur

m ¶ Haustu mutui sanguinis.) Scythæ hoc modo fœdera ineunt cum quibuscunque: Infuso in grandem calicem fictilem uino, commiscent eorum sanguinem qui feriunt fœdus, percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquantulum corporis, deinde in calice tingunt acinacem, sagittas, securim, iaculum: hæc ubi fecerunt, sese multis uerbis deuouent, postea uinum epotant. Hæc Herodotus. n ¶ Alyathem.) Hunc Lydorum regem quædam exemplaria Aduatem, quædam Alyritem, Eusebius in lib. temporum Alyathem uocat. Quod autem de Mithridatis latebra mox subijcitur, sciendum quòd Mithridates cum fugeret insidias inimicorũ, quatuor annis neq; urbis neque ruris tecto usus est, sed per syluas & montes uagatus, didicit feras cursu aut fugere, aut persequi, cum quibusdam etiam uiribus congredi: quibus rebus & insidias uitauit, & corpus ad omnem uirtutis patientiam durauit. Porrò de Medorum origine Plinius libro sexto, cap. 7. scribit: Tanaim amnem gemino ore influentem incolunt Iaxamatæ, Medorum, ut ferunt, soboles, & ipsi in multa genera diuisi, primò Sauromatæ &c. De Araxe fluuio alij scribunt illum originem ducere ex Armenia maiori, ex montibus quos Ptolemæus uocat Periardes, & est propter profunditatem & celeritatem difficilis admodũ ad transeundum. Scribit & Curtius, Araxe gignendæ herbæ nullum alium aptiorẽ, nam quicquid alluit, floribus uestit. Platani quoq; & populi contegunt ripas, ita ut procul uisentibus continua uideantur montibus nemora riparum: quippe obumbratus amnis, pressò in solum dilabitur alueo, imminẽtq; colles, ipsi quoque frondibus læti, radices eorum humore subeunte. Et quod hic Solinus dicit Phasiden fundi ex Moscorum montibus, apud Ptolemæum inuenitur eum fluuium ex Caucaso mõte oriri, & labi per Colchos, fundiq; in Pontũ. Consentit proinde & Ptolemæus, Araxen non longo interuallo ab Euphratis ortu emergi, id quod in tertia Asiæ tabula uidere licet.

o ¶ Arimaspi.) Herodotus dicit Scythicam esse uocem, & sonare unum oculum: negat tamen posse fieri, ut homines nascantur unoculi, cæteram naturam habentes alijs hominibus omnino parem. p ¶ Rhiphæum iugum.) Quid recentiores scriptores sentiant de Rhiphæis montibus, iam diximus à principio huius capitis. Cæterum uocatur ea regio Pterophoros, id est, pennifera, quòd aër continuò uideatur plenus esse pennis, hoc est, assiduæ niuis casu pennarum habere similitudinem: unde & ea mundi pars damnata est à natura rerum, & densa mersa caligine &c. nec aliam anni partem nouit quàm hyemem sempiternam. q ¶ Gryphes.) Hoc ferarum genus, inquit Seruius, omni parte leones sunt, alis & facie aquilis similes, equis uehementer infestæ. Sunt tamen scriptores qui istis non adhibent fidem, sed esse ad uoluptatem magis quàm ad ueritatem inuenta.

r ¶ Etesijs

ac rarus est, quippe uisos discerpunt, uelut geniti ad plectendam auaritiæ temeritatem. Arimaspi cum his dimicant, ut intercipiant lapides, quorum non aspernabimur persequi qualitates. Smaragdis hic locus patria est, quibus tertiam inter lapides dignitatem Theophrastus dedit. Nam licet sint & Aegyptij, & Chalcedonij, & Medici, & Laconici, præcipuus tamen honor est Scythicis. Nihil his iucundius, nihil utilius uident oculi: in primis uirent ultra irrigua gramina, ultra amnicas herbas: deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt lenitate. Nam uisus quos alterius gemmæ fulgor retuderit, Smaragdi recreant & exacuunt. Nec aliam ob causam placuit ut nõ scalperentur, ne offensum decus, imaginum lacunis corrumperetur: quanquã qui uerus est, difficulter uulneretur. Probantur hoc pacto: si aspectus transmittant, si cum globosi sunt, proxima sibi inficiant aëre repercusso: aut cum concaui sunt, inspectantium facies æmulentur: si neque umbra, neque lucernis, neque sole mutentur. Optimos tamen sortiuntur situs, quibus planities resupina est & extenta. Inueniuntur [r]Etesijs flantibus: tunc enim detecto solo facillimè internitent. Nam Etesiæ plurimum arenas mouent. Alij minus nobiles in commissuris saxorum, uel in metallis ærarijs apparent, quos Chalcosmaragdos nuncupant. Vitiosi eorum intrinsecus quaidam sordes habent, uel plumbo, uel capillamentis, uel etiam sali similes. Lauantur austero mero, sed uiridi proficiunt oleo, quamuis natura imbuantur. Et Cyaneus lapis è Scythia est optimus, si cæruleo coruscabit: cuius gnari in marem & fœminam genus diuidunt. Fœminis nitor purus est: mares punctulis ad gratiam interlucentibus auratilis puluisculus uariat. [s]Illic & crystallus, quam licet pars maior Europæ, & particula Asiæ subministrent, preciosissimum tamen Scythia edit. Multus ad pocula destinatur, nam fert calorẽ præcipuè, quamlibet nihil aliud quàm frigidum pati possit. Sexangulus inuenitur. Qui eligunt, purissimum captant, ne quid rufum, neue nubilum uel spumis obsitum, arceat perspicuitatem. Tunc ne duritia iusto propensior obnoxium fragilitati magis faciat, putant glaciem coire, & in crystallum corporari: sed frustra. Nam si ita foret, nec Alabanda Asiæ, nec Cyprus insula hanc materiam procrearet, quibus regionibus incitatissimus calor est. Liuia Augusti ad magnitudinem centum quinquaginta librarum inter Capitolina donaria crystallum dedicauit.

r ¶ Etesijs flantib.) *Sunt Etesiæ uenti, qui certo anni tempore flant, quadraginta scilicet diebus post Caniculæ exortũ. Dicti autem sunt Etesiæ, id est, annui, quòd ex omnibus uentis hi maximè stati sint, & singulis annis eodem redeant tempore.*

s ¶ Crystallus.) *Componitur crystallus à κρύος, quod est frigus, & στέλλω, quod est contraho, quòd crystallus sit concretum gelu. Vnde Plin. scribit lib. 37. cap. 2. crystallam non nisi ubi maximè hybernæ niues rigent reperiri, glaciemq; esse certum est: cui sententiæ hoc loco refragatur Solinus.*

De Hyperboreis populis. Cap. XXVI.

FAbula erat de Hyperboreis, & rumor irritus, si quæ illinc ad nos usq; fluxerũt, temerè forent credita. Sed cum probissimi autores & satis idonei sententias pares faciãt, nullus falsum reformidet. De Hyperboreis itaq; loquemur. Incolunt penè Pterophoron, quem ultra Aquilonem accepimus iacere, gens beatissima. Eam Asiæ quidam magis quàm Europæ dederunt: alij statuunt mediam inter utrunq; solem, Antipodum occidentem, & nostrum renascentẽ: quod aspernatur ratio, tam uasto mari duos or-

SCHOLIA CAP. XXVI.

Hyperborei populi sic dicti sunt, quòd super uel ultra eos spiret Boreas uentus, cui admodum subditi sunt, ut scribit Diodorus Siculus lib. tertio. Festus uerò Pomp. putat eos sic uocatos, quòd humanæ uitæ modum excedant, uiuendo ultra centesimum annum, quasi ὑπερβάλλοντες ὅρον, hoc est, transcendentes communem uitæ terminũ. Macrobius secundo de Somnio Scipionis libro, Hyperboreos interpretatur, quasi originem Boreæ introrsum recedendo transissent. Adeò, inquit, æterna penè premuntur pruina, ut non facilè explicetur, quanta sit illic frigidæ nimietatis iniuria. Strabo lib. decimoquinto scribit quosdã uelle Hy-

perboreos mille annos uiuere. De Pterophoris ſcripſimus præcedenti capite in litera p. Cæterum quæ hic de Hyperboreorũ felicitate ſcribuntur, ea & Mela refert libro tertio in hæc uerba: Vbi eos uiuendi ſatietas magisq; tædium cepit, hilares redimiti ſertis, ſemetipſos in pelagus ex certa rupe præcipites dant, id eis funus eximiũ eſt, ac genus ſepulturæ beatiſsimum.

beis interfluente. Sunt igitur in Europa, apud quos mundi cardines eſſe credunt, & extimos ſyderum ambitus, ſemeſtrem lucem, auerſum tantum una die ſolem: quanquam exiſtant qui putant nõ quotidie ibi ſolem, ut nobis, ſed uernali æquinoctio exoriri, autumnali occidere: ita ſex menſibus infinitum diem, ſex alijs continuam eſſe noctem. De cœlo magnã clementiam auræ ſpirant ſalubriter, nihil noxij flatus habent. Domus ſunt nemora, uel luci: in diem uictum arbores ſubminiſtrant. Diſcordiam neſciunt, ægritudine non inquietantur, ad innocentiam omnibus æquale uotum. Mortem arceſſunt, & uoluntario interitu caſtigant obeundi taditatem. Quos ſatietas tenet uitæ, epulati, delibutiq;, de rupe nota præcipitem caſum in mare profundum deſtinant: hoc ſepulturæ genus optimum arbitrantur. Aiunt etiam ſolitos per uirgines probatiſsimas primitias frugum Apollini Delio miſsitare. Verùm hæ, quoniam perfidia hoſpitum non illibatæ reueniſſent, deuotionis, quam peregrè proſequebantur, pontificium mox intra fines ſuos receperunt.

SCHOLIA CAP. XXVII.

Ea quæ hic Solinus ſcribit de Arimphæis, refert ex cap. 13. quarti Plinij. Scribit & Mela eadem in fine primi: Tum continuis, inquit, rupibus latè aſpera & deſerta regio ad Arimphæos uſque permittitur. His iuſtiſsimi mores, pro domibus nemora, alimenta baccæ: & maribus & fœminis nuda ſunt capita. Sacri habentur, adeoq; ipſos nemo de tam feris gentibus uiolat, ut alijs quoq; ad eos confugientibus pro aſylo ſit. Vltra ſurgit mons Rhiphæus. Dicti autem ſunt Arimphæi ab α & ῥιπίζω, quod flare ſignificat, quaſi ſine uentorum flatu.

a ¶ Cimmerij.) Populi ſunt Scythici inhabitantes frigidas terras atque umbroſas, de quibus Homerus ſcribit: Illis ſol nunquam Phaëton ſua lumina ſpargit, Pernicioſa ſuper nox ſemper tenditur iſtis. Hinc deductum eſt prouerbium, umbræ Cimmeriæ. Eſt & Boſphorus Cimmerius, in cuius oſtio fuit oppidum Cimmerion. b ¶ Gens Amazonum.) Sunt Amazones Scythicæ fœminæ, ſic dictæ, uel quòd uiuant ſine uiris, quaſi ἀμαζόνες, uel ab α & μαζὸς, id eſt, ſine mammis, quòd illis in infantia adurerentur dextræ mammæ, ne impedimento eſſent ad bellandum. Herodotus in Melpomene tradit Amazonas à Scythis Aeorpatas uocari, quod nomen transferri poteſt, inquit, uiricidæ: Aeor enim uirum uocant, pata autem occidere. Apud Amazones enim ex lege nulla uirgo nubit, priuſquam aliquem hoſtium interemerit: ideoq; nonnullæ earum decedunt iam uetulæ antequã nubant, quod legi ſatisfacere nequiuerint. De bellis quæ hæ mulieres geſſerunt, multa & mira ſcribuntur à ueteribus, ſed quæ Strabo fabuloſa exiſtimat libro undecimo. Quis enim credat, inquit, ut uel exercitus, uel ciuitas, uel gens unquam ex ſolis conſtiterit mulieribus? & non ſolum conſtiterit, uerumetiam inuaſerit aliena: & non modo uicinis fuerit dominata, adeò ut uſque in Ioniam proceſſerit, ſed etiam exercitum trans Pontum miſerit uſque in Atticam: hoc perinde eſt, ac ſi quis dicat uiros tunc mulieres fuiſſe, & mulieres uiros. c ¶ Caſpium mare.) Strabo, Plinius & multi alij tradunt Caſpium mare ex Scythico ſeu Aquilonari oceano procreari. Ptolemæus autem & Herodotus oppoſitæ ſunt ſententiæ, exiſtimantes

De Arimphæis, de mari Caſpio, de tigribus, pantheris & pardis. Cap. XXVII.

ALtera in Aſia gens eſt ad initiũ orientis æſtiui, ubi deficiunt Rhiphæorũ mõtium iuga, Hyperboreis ſimiles, quos dicũt Arimphæos, & ipſi arbuſtorum frõdibus gaudent, baccas edunt. Iuxtà uiros ac fœminas tædet crinium, itaq; utercq; ſexus comas tondet. Amant quietem, nõ amant lædere. Sacri habentur, attrectariq; eos etiam à ferociſsimis nationibus nefas ducit. Quicunq; periculũ à ſuis metuit, ſi ad Arimphæos tranſfugerit, tutus eſt, uelut aſylo tegatur. Vltra hos [a] Cimmerij, & [b] gens Amazonum porrecta ad [c] Caſpium mare, quod dilapſum per Aſiaticæ plagæ terga, Scythicum irrumpit oceanum. Sed magnis deinde ſpacijs intercedentib. oſtia Oxi flumínis Hyrcaní habẽt, gens ſyluis aſpera, copioſa immanib. ferís, fœtaq; tigribus, q̃d beſtiarum genus inſignes maculis notæ, & pernicitas, memorabile reddiderũt. Fuluo nitent. Hoc

Hoc fuluũ nigrantibus ſegmentis interundatum, uarietate apprimè decet. Pedum motum neſcio uelocitas an peruicacia magis adiuuet. Nihil tam longum eſt, quod non breui penetrent: nihil adeò antecedit, quod non ilicò aſſequantur. At maximè potentia earum probatur cum maternis curis incitantur, cum catulorũ inſiſtunt raptoribus: ſuccedant ſibi equites licet, & aſtu quantolibet amoliri prędam uelint, niſi in præſidio maria fuerint, fruſtra eſt auſum omne. Notantur frequentiſsimè, ſi quando latrones ſuis aſportatis catulis renauigantes uident, in littore irrita rabie ſe dare præcipites, uelut propriam tarditatem uolũtaria caſtigantes ruina: quanquã de fœtu uniuerſo uix unus queat ſubtrahi. [d]Pantheræ quoque numeroſæ ſunt in Hyrcania, minutis orbiculis ſuperpictæ, ita ut oculatis ex fuluo circulis, uel cęrulea, uel alba diſtinguatur tergi lupellex. Tradunt odore earum & contemplatione armenta mirè affici, atq; ubi eas perſentiſcant, properatò conuenire, nec terreri niſi ſola oris toruitate: quam ob cauſam Pantheræ abſcõditis capitibus, quę corporis reliqua ſunt ſpectanda prębent, ut pecuarios greges ſtupidos in obtutu populentur ſecura uaſtatione. Sed Hyrcani, ut hominibus intentatum nihil eſt, frequentius eas ueneno quàm ferro necant. Aconito carnes illinunt, atq; ita per compita ſpargunt ſemitarum, quæ ubi eſæ ſunt, fauces earum angina obſidentur, ideo gramen παρδαλιαγχὲς appellauerunt. Sed Pantheræ aduerſus hoc uirus excrementa humana deuorant, & ſuopte ingenio peſti reſiſtunt. Lenta illis uiuacitas, adeò ut eiectis interaneis, mortem diu differant. In his ſylueſtri-



exiſtimantes mare Caſpium per ſe eſſe, & non ex mari alio originem ducere, ſed ab omni parte ambiri à terra. Sunt deinde qui in unum coëgerũt paludes Mæotides, quæ Tanaim recipiunt, & Caſpium mare, quod etiam lacum uocant, quum ſerpentes generet, & dulce ſit. In Caſpiũ mare per Oxum amnem multas ex India merces deuehi, Ariſtobolus autor eſt. Fit & infra cap. 62. mentio huius fluuij. Placuit autem per figuram hic exprimere ea orientis loca & prouincias, quarum hic meminit Solinus. Cæterũ quæ hic referuntur de Hyrcana gente & tigribus, clariora ſunt, quàm ut egeãt expoſitione: niſi fortè ſimplicẽ lectorẽ remoretur id quod hic Solinus refert, incertum eſſe, an tigris pedum uelocitate in motu, aut magis peruicacia adiuuetur, ubi per peruicacitatem intelligitur obſtinatio. Nam peruicaces eſſe dicuntur, qui in contentione uſq; ad per uincendũ perſeuerãt. De tigridis uelocitate ſcribit Ambroſius capite 4. ſexti Hexameron in hæc uerba: Vbi tigris uacuum raptæ ſoboli cubile reperit, illicò ueſtigijs raptoris inſiſtit. At ille quãuis equo uectus fugaci, uidens tamen uelocitatem feræ ſe poſſe præuerti, nec euadendi ullum ſuppetere ſibi poſſe ſubſidium, technam huiuſmodi fraude molitur: ubi ſe contiguum uiderit, ſphæram de uitro proijcit: at illa imagine ſui illuditur & ſobolem putat, reuocat impetum, colligere fœtum deſiderans. Rurſus inani ſpecie retenta, totis ſe ad comprehendendum equitem uiribus fundit, & iracundiæ ſtimulo uelocior fugienti imminet: at ille iterum ſphæræ obiectu ſequentem retardat, nec tamen ſedulitatem matris memoria fraudis excludit, caſſam uerſat imaginem, & quaſi lactatura fœtus reſidet: ſic pietatis ſuæ ſtudio deceptа, & uindictam amittit & prolem.

d ¶Pantheræ.) Eſt Panthera animal prorſus ferum et maculoſum, à πᾶν, id eſt, totũ, & θὴρ fera ſic uocatum. Reliqua de Pantheris inueniuntur cap. 17. octaui Plinij, unde iſta Solinus mutuatus eſt. Porrò quæ

hic de aconito scribuntur, sumpta sunt ex cap. 6. lib. 9. nat. animal. Aristotelis, qui sic scribit: Panthera cum uenenum pardalianches dictum ab angore, ederit, quo leones etiam intereunt, stercus hominis quærit: eo enim ipso iuuatur. Vbi notandum, quòd pardalianches idem est quòd angor pardalis siue pantheræ, id est, uenenum quo strangulatur: significat enim pardalis & panthera idem, & ἄγχειν est strangulare. bus & Pardi sunt, secundũ à Pantheris genus, noti satis, nec latius exequendi: [e]quorum adulterinis coitibus degenerantur partus leænarũ, & leones quidem procreantur, sed ignobiles.

e ¶ Quorum adulterinis coitibus.) Sunt qui pantheras solo candore discernunt à pardis. Cæterum Philostratus de leænis sic scribit, quòd leænæ in amorem sui pardos trahunt, eosq; in leonum cubilibus suscipiunt: ubi uerò se eorum concubitu grauidas sentiunt, in montes confugiunt, pardorum consuetudinem sequentes. Pariunt autem maculosos catulos, propterea in densissimis syluis nutriunt occultatos, simulantes uenationis causa à mœribus abesse. Leones enim si fortè catulos uiderint, eos lacerant, matremq; tanquam adulteram abigunt.

SCHOLIA CAP. XXVIII.

Est fabula apud quosdam scriptores, ante Herculem, siue is Aegyptius fuerit siue Thebanus, nullum præter oceanum tellurem ambientem, fuisse mare aliud, sed effossis Calpes & Abylæ montiũ ab Hercule radicibus, (qui postea Herculis columnæ uocatæ sunt) oceanum primùm terras irrupisse, sicq; mediterraneum mare cœpisse ferunt. Sunt deinde alij, qui uolunt eam oceani irruptionẽ non à Gaditano freto, sed à Scythico oceano sumpsisse principium, quod Aristoteles etiam secundo Meteororum sensisse uidetur, asserens fluxum omnem maris ab aquilone fieri in meridiem, eò quòd aquilonis locus sit cæteris erectior.

Vnde mediterranea maria oriantur. Cap. XXVIII.

QVoniam in ponticis rebus sumus, non erit omittendum unde mediterranea maria caput tollant. Existimãt enim quidam sinus istos à Gaditano freto nasci, nec aliam esse originem, quàm inundationem irrumpentis oceani, cuius spiritu peruagante apud aliquot mediterranea littora, sicut in Italiæ parte, fieri accessus uel recessus. Qui cõtrarium sentiunt, omnẽ illum fluorem aiunt à põticis faucibus inundare, idq; ful ciunt argumento non inani, quòd æstus è Ponto profluus nunquam reciprocetur.

Plinius quoq; cap. 13. lib. quarto, huic sententiæ subscribit, sed alia ratione, nempe quòd æstus semper è Ponto profluat in Propontidem, & nunquam reciprocetur ad eundem. In prologo tamen tertij libri sic scribit: Origo ab occasu solis & Gaditano freto, quà irrumpens oceanus Atlanticus, in maria interiora diffunditur. Est autem fretum hoc Gaditanum irrumpens primũ angustum, nec amplius decem millibus passuum patens, ibiq; terram aperit & intrat, quas angustias Græci πορθμὸν appellant, sicut è diuerso angustam terram inter duo maria ἰσθμὸν uocant. Cæterum Macrobius 7. lib. Saturn. suorum, contendit omnino mare mediterraneũ nasci ex oceano Gaditano, in hæc uerba scribens: Meatus qui solus de oceano receptas aquas in maria nostra transmittit, in freto est Gaditano, quod Hispaniã Africamq; interiacet: & sine dubio inundatio ipsa per Hispanicũ Gallicũq; littora in Tyrrhenũ prodit, inde Adriaticũ mare facit, ex quo dextra in Partheniũ, læua in Ioniũ, et directim in Aegæum pergit, atq; ita ingreditur in Pontũ. Huic opinioni Ptolemæus quoq; subscribit, qui maris mediterranei ingressum & uarios sinus ita pingit, ut sequenti figura expreßimus. Infra cap. 36. de hac re plura dicã. Recipit



quidem Pontus & paludes Mæotides, uarios fluuios, potißimũ Tanaim, Borysthenem atq; Danubiũ: sed num ex illis mare cõstitui possit, aliorum relinquimus iudicio. Certè ab aquilone nullus patet aditus, unde oceanus mare istud mediterraneũ possit efficere: ab occidẽte aũt apertus est meatus, etiã si ille sit angustus, ut hi qui sunt in Bætica seu Granata, sub noctẽ uidere possint lucernas in Africæ littorib. accensas.

De insu-

De insulis quibusdam Scythicis. Cap. XXIX.

INsula Apollonitarũ LXXX. millibus passuũ abest à Bosphoro Thraciæ citra Istrum sita, ex qua M. Lucullus Apollinem Capitolinum nobis extulit. Ante Borysthenem Achillis insula est, cum æde sacra, quam ædem nulla ingredi-
10 tur ales, & quæ forte aduolauerint, raptim fugam properant.

SCHOLIA CAP. XXIX.

Quem situm sibi uendicent hæ duæ insulæ Apollonia & Achilles, suprà cap. 14. in fine ex tabula Græciæ facile aduerti potest, etiãsi ibi has insulas nominatim non posuerimus. Facit autẽ & Strabo lib. 7. mentionem Colossi Apollinis, de eo sic scribens: Post Apollonia stadia 1300. Milesiorũ colonia, cuius maior muri portio quadam in exili condita insula est, ubi Apollinis sacellum existit, quo ex loco M. Lucullus Colossum extulit, & in Capitolio collocauit.

De oceano septentrionali, de mari Caspio, deq; Balthia insula. Cap. XXX.

CEanũ septentrionalem ex ea parte qua à Paropaniso amne Scythiæ alluitur, Hecatæus Amalchiũ appellat, quod gentis illius lingua significat [a] congelatũ mare. Philemon à [b] Cimbris ad
20 promontoriũ Rubeas Morimarusam dicit uocari, hoc est, mortuũ mare. Vltra Rubeas quic quid est, Croniũ nominant. Mare autẽ Caspiũ ex altero Ponti latere ultra Massagetas et Apellæos Scythas, esse in Asiatica plaga dulce haustu, Alexandro Magno probatum est, mox Pompeio Magno, qui bello Mithridatico, sicut cõmilito eius Varro tradit, ipsis haustibus [c] pericli-

SCHOLIA CAP. XXX.

Totum istud caput agit de locis septentrionalibus, ueteribus quidem incognitis, imò ab humana habitatione damnatis, aut saltem iniquè habitatis, recentioribus autem paulò clarius inuestigatis. Damnauerunt ueteres magno cõsensu eam terræ portionem, quòd illic zonam constituerunt frigidam, perpetuis obnoxiam nimbis, omnisq; animantis impatientem: sed à multis annis satis compertum est, frigus istud remissius esse opinione ueterum scriptorum, sicq; comparatũ ut à uiuẽtibus ferri possit. Vt autem de his regionibus scribit Iacobus Zieglerus, ueteres nuda coniectura persuasi, collegerunt quod super illis locis statuerent: aut uerius ab æstimatione cœli, quale per extremam difficultatem tolerandum sibi uel minus sentiebãt, homines sub clim-

30 *Aegyptio & Græco nati & conuersati, argumentũ sumpserunt de tota habitabili terra. En exemplum insigne, quòd per Norduegiam & Suetiam passim sunt montes metalli feraces: digeritur intra hos, & in uenas confluit argentũ atq; æs, quantũ opus nõ perficiat officina minacibus ignibus. Ad hanc rationem uapor terris & aquis infusus, & sese per utranq; naturã mutuis spiramentis refundens & adiuuans, temperat qualitatẽ cœli, & facit animanti tolerabilem, cuius testis belluarũ in mari magnitudo immanis, & in terra degentiũ corporũ firmitas & uita longa, omniumq; præsentissimus uigor: quæ nõ essent, nisi cuncta illic cõmodè à cœlo & elementis fouerentur. Nõ enim quod inter incremẽta est aliqua iniuria offensum, uel quod omni uita est male pastum, idem læte proueniet. Nec ista scribimus, ut putemus illic uiuentia sua ipsorũ hyeme sic affici quomodo si Aegyptius uel Aethiops illuc subitò transferatur, id quod facilè ex Babylonicæ turris dispersione aduerti potest. Nam gentes quæ uersus septentrionẽ migrarũt, nõ continuò penetrarũt ad fines extremos, sed locarũt sedes prius sub cœlo*
40 *medio inter utrũq;, & cum ibi assueuissent, facilè deinde ferre potuerũt Scythiã & septentrionẽ: quomodo quæ ex æstate ad hyemẽ uenit, is pruinis autumni tentatus prius fuit, ut niuem subinde & glaciem toleraret. Eodem modo mortales facti assiduè ad proxima quæq; loca duriora cõfirmatiores, ad extrema tandem peruenerũt, & si quid mansit asperitatis residuum, id natura alijs præsidijs emendauit. Dedit terra mareq; brutis profundos recessus montiũ & cauã littoris, quibus uapor subest tepens tanto intensius, quanto fit abincumbente frigore coactior: dedit ualles à septentrionib. auersas: uestiuit bruta pilo tanto densiore, quanto est uis frigoris maior: & certè ab alijs terris nõ ueniunt pelles nobiliũ ferarũ præstantiores.* a ¶ *Congelatũ mare.) Sunt qui aiunt aquã marinam frigore nõ posse constringi, sed quia in illis regionibus plurimũ est fluuiorũ influentiũ in maria, superficies maris cui dulces aquæ innatant congelascit, & incolumi aqua marina uidetur in mari gelu, sed de aduenis undis coactũ. Hoc & in Ponto fieri uidemus, in quo frusta quædam ferũtur, contracta de fluuialiũ uel palustriũ*
50 *undarum multitudine, quæ licet frigore concreta, tamen sunt natantia quasi leuatiora marina.* b ¶ *A Cimbris.) Cimbri populi sunt Cherronesi Danicæ. Quod uerò sit promontoriũ Rubeas & Morimarusa, non satis constat, uidentur tamẽ esse loca Norduegiæ aut Scandiæ, quã alij uocari putãt Schondiã, quasi amœnã Daniã, est enim Germanicũ uocabulum. Cæterũ Cronium hic accipiendum est pro Saturnino, hoc est, gelido: est enim*

Saturni ſydus gelidæ ac rigentis naturæ.

c ¶ Periclitari fidē uoluit.) Senſus eſt, experiri uoluit, eſſētne fides adhibenda ijs qui maris illius dulcē perhibent eſſe hauſtum.

d ¶ Ex India.) Ex ſeptima tabula Aſiæ à Ptolemæo deſcripta patet nauigatio iſta, quæ ex India per Oxum fit in mare Caſpiū: & rurſum ex tertia Aſiæ tabula facilè colligi poteſt, quomodo ex mari Caſpio per Cyrum fluuium, & ex Cyro per Phaſidem fluuium tranſitus pateat in Pontum ſeu mare Euxinum. Prioris nauigationis nos quoque ſuprà cap. 27. fecimus mentionē, adhibita figura. e ¶ A littore Scytharū.) Hæc nauigatio quæ fit in oceano ſeptentrionali, à Scythis ad inſulas occidentales per mare Balthium, ex Ptolemaicis tabulis haberi nequit, ſed ex recentioribus tabulis quæ Ptolemaicis acceſſerunt, apparet iter illud per quod ex Moſcouia et remotioribus Scythis perueniatur ad Finlandiam, Eningiam, Gothiam, Norduegiam, Suetiā, Scandinauiā, Zelandiam, et reliquas inſulas aquilonares, quas hic Solinus poſt Plinium uno nomine uocat inſulam Balthiam, quòd ſcilicet oceano ſeptentrionali ueluti baltheo cingatur. Vocata fuit et Schondia ſeu Schondania, id eſt, amœna Dania, quam exteri ſcriptores uocarūt Scandiam, & nonnunq; Scandinauiam: ſed manſit illi nomen Schondiæ, quod amœnitatē ſiue pulchritudinem ſignificat, quoniam cœli beneficio, telluris obſequio, portuum & emporiorū cōmoditate, maritimis opibus, lacuum & fluminū piſcatione, uenatione nobilium ferarum, auri, argenti, æris & plumbi inexhauſtis uenis, coloni induſtria agro exercendo, opportunitate frequentia, ciuilibus inſtitutis, nulli cedit beatæ regioni. Cōplectitur imperia regia tria, Norduegiam, Suetiam & Gothiam. Dynaſtias habet 37. quæ regibus parent, ut ſunt, Gronlandia, id eſt, uirens terra, ſic dicta ob inſignem prouentū pabuli: Islandia, id eſt, glacialis terra, quæ à ueteribus Thyle uocata eſt: Hetlandia, quæ maxima eſt inter Orcades: Laponia, Bothnia, Finlandia &c. f ¶ Oonas.) Sic dicti ἀπὸ τῶν ὠῶν, id eſt, ab ouis quibus ueſcuntur. Sic Hippopodes, quaſi equipedes: Græcis enim ἵππος eſt equus, πόδες pedes.

[c]periclitari fidem uoluit. Id euenire produnt ē numero fluminū, quorum tanta copia ibi influit, ut naturam maris uertant. Non omiſerim quod per idem tempus eidē Magno licuit [d] ex India diebus octo à Bactris uſq; Icarū flumen, quod influit in Oxum amnem, peruenire, deinde ad mare Caſpium, inde per Caſpiū ad Cyri amnis penetrare fluentū, qui Iberiæ & Armeniæ fines interluit. Itaq; à Cyro diebus nō amplius quinq; itinere terreno ſubuectis nauibus ad alueum Phaſidis pertendit, per cuius excurſus in Pontū uſq; uenientes, India liquidò probatum eſt inuehi poſſe. Autor eſt Xenophon Lampſacenus, [e] à littore Scytharum in inſulam Balthiam petentibus triduò nauigari. Eius magnitudinem immenſam, & penè ſimilem continenti. Nec longè [f] Oonas ſeparari, quas qui habent, uiuūt ouis auium marinarum, & auenis uulgò naſcentibus. Perinde alias propter conſtitutas æquè inſulas, quarum Hippopodes indigenæ humana uſq; ad ueſtigium forma in equinos pedes deſinunt. Eſſe inſulas, & Phaneſiorum gentem, quorū aures adeò in effuſam magnitudinem dilatentur, ut reliqua illis uiſcerum contegant, nec amiculum aliud ſit, quàm ut membra membranis ueſtiant.

De ceruis & tragelaphis. Cap. XXXI.

ANtequam digrediamur à Scythia, religio eſt præterire quænam feræ ſint peculiares Scythię. Ceruí plurimí in hac terra, igitur de ceruis proſequamur. Mares generis huiuſce cum ſtatutū tempus uenerem incitauit, ſæuiunt rabie libidinis efferati. Fœminæ licet prius conſerantur, non concipiunt ante [a] Arcturi ſydus, [b] nec qualibet partus ſuos educāt. Teneros ſtudioſe occulūt, & abſconditos inter profunda fruticum uel herba-

SCHOLIA CAP. XXXI.

Scribit & Plinius capite 15. octaui naturalis hiſt. de Scythicis & ſeptentrionalibus animalibus, nempe quòd ſecundum locorū qualitatem euenit animaliū ſicut & cætera rerū diuerſa omnino generatio. Nam ſunt animalia, quæ nō niſi locis calidiorib. proueniūt, ut elephanti, leones, ſerpentes: alia quæ tantū locis frigidis procreantur, ut biſontes, uri, alces, tragelaphi: multa quæ locis omnibus generantur, ut boues, equi, ſues, cerui. Sic de rebus alijs ex locorum diuerſitate loquendum. a ¶ Arcturi ſydus.) Eſt Arcturus ſtella quædam in cauda Vrſæ maioris, oriturq; ſecundum Plinium undecim diebus ante æquinoctium autumnale. Fuit autem æquinoctium illud tempore Columellæ octauo calendas Octobris, id eſt, 24. die Septembris. Oriebatur ergo tunc Arcturi ſydus decimatertia die Septembris, hodie uerò cum æquinoctium ſedem habeat duodecima uel decimatertia die Septembris, ortus Arcturi anticipatus eſt in finem Auguſti.

b ¶ Nec qualibet.) Subaudiendum, ratione. Nam non uulgariter educant partus ſuos, ſed teneros ſtudioſe occulunt

herbarum, pedum uerbere castígant ad latendum. Cum maturuerit ad fugam robur, exercitio docent cursus, & assuescunt salire per abrupta. Acceptis canũ latratibus, secundo uento uias dirigũt, ut odor cum ipsis recedat. [c] Mirantur sibilum fistularũ. Rectis auribus acutissimè audiunt, summissis uero nihil. Stupent omnia, propterea facilius obuios se præbent sagittantibus. Si maria tranant, non aspectu petunt littora, sed olfactu. Infirmos ponunt in ultimo, & lassorum capita clunibus per uices sustinent. E cornibus quod dextrum fuerit, efficacius est ad medelam. Si fugare angues gestias, utrum uelis uras. quæ ustrina præterea nidore uitium aperit ac detegit, si cui ineſt morbus comitialis. Pro ætate ramos augent. Id incrementum per sex annos perseuerat. Denique numerosiora non possunt fieri cornua, crassiora possunt: quæ quidem castratis nunquam crescũt, nec tamen decidunt. Dentes indicant senectutem, cum aut pauci inueniuntur, aut nulli. Serpentes hauriunt, & spiritu narium extrahũt de latebris cauernarum. [d] Dictamnum ipsi prodiderũt, dum eo pasti excutiũt accepta tela. Herbam quoq; quam Cynaren uocant, contra noxia edunt gramina. Aduersus uenena mirificum est hinnuli coagulum, occisi in matris utero. Patuit eos nunquam febrescere: quã ob causam confecta ex medullis eorum unguenta sedant calores hominum languentium. Legimus plurimos matutinis diebus cer uinam carnem degustare solitos, sine febribus longæuos fuisse: quod demũ proderit, si uno uulnere fuerint interempti. Ad dignoscendam uiuacitatem Alexander Magnus torqueis plurimis ceruis innexuit, qui post annũ centesimũ capti, necdum senij indiciũ præferebant. Eadem penè specie sunt, quos [e] Tragelaphos dicunt, sed non alibi quàm circa Phasidem apparent, tantum quòd illi uillosos habent armos, & menta promissis hirta barbis.

occulunt &c. c ¶ *Mirantur sibilum fistularum.*) *Mira uis Musicæ: cerui fistulis capiuntur, pisces in stagno Alexandriæ crepitu detinẽtur, cygnos Hyperboreos citharæ cantus adducit, elephãtes Indicos organica permulsos detineri uoce cõpertũ, fistulis aues allici cõprobatũ.* d ¶ *Dictamnum.*) *Dictamnus, quam quidam medicorum corruptè uocãt diptamũ, herba est medicinalis optima, crescẽs in Creta. Est & Cynaris herba quædã, uenenatis pabulis restistens.* e ¶ *Tragelaphos.*) *Vocant Græci τράγον hircũ, & ἔλαφον ceruum. Est igitur tragelaphus bellua similis hirco & ceruo, quã quidam Latinorũ uocant hircoceruũ. De Phasíde suprà nõnihil diximus cap. 25.*

De Germania, & miris in ea auibus: Bisontibus, Vris, Alce, feris animalibus. Cap. XXXII.

MOns Seuo ipse ingens, nec Riphęis minor collibus, initium Germaniæ facit: hunc Ingeuones tenent, à quibus primis post Scythas nomẽ Germanicum consurgit. Diues uirorum terra, frequens populis numerosis, & immanibus. Extenditur inter Hercinium saltum, & rupes Sarmatarum: ubi [a] incipit, Danubio, ubi desinit, Rheno

SCHOLIA CAP. XXXII.

Quandò hic Solinus obiter attingit Germaniam, nescio an mox ab initio curioso satisfaciet lectori, cum dicit montẽ Seuonem inhabitari ab Ingeuonibus, qui primum in Germania post Scythas tenere ab ipso commemorãtur locum. Non est autem dubium, per montem Seuonem intelligendum montem Sueuum, quem Ptolemæus inter Saxones ipsos ponit. Berosus antiquissimus scriptor inter Sueuum & Ingeuonem facit tale discrimen. Tuiscon, à quo Teutonia est denominata, habuit hos filios, Mannũ, Ingeuonem, Isteuonem, Hermionem, Marsum, Gambriuiũ, Sueuum, Vuandalum & Hunum, qui magnã Germaniæ occuparunt partem, præsertim inferioris, hoc est, quæ est circa Albim. Meminit & Plinius Ingeuonum, sub quibus fuerunt Cimbri & Teutones: sed nullus ingens mons apud illos inuenitur. Maiores montes Germaniæ sunt, unde insignes isti procedunt amnes, Rhenus, Danubius, Albis, Neccarus, Mogontus &c. Hi autẽ montes sunt in superiori Germania, Alpes scilicet in Heluetia & Rhetia, Nigra sylua apud Sueuos, de qua suprà multa, Hercinia sylua apud Bohemos. Multa igitur scripserunt ueteres de Germania nostra, opinione quadam magis, quàm rei uera cognitione ducti.

a ¶ *Vbi incipit.*) *Hodie non, ut olim, Germania à meridie incipit ab ipso Danubio, sicut nec ab occidente clauditur Rheno, sed bona pars à Danubio usq; ad iuga alpium, & latissima terra ultra Rhenum usq; ad Lo-*

tharingiã acceßit Germaniæ. b ¶Gutallus.) Quis ſit iſte fluuius nõ ſatis conſtat, putatur tamen eſſe Odera, iuxta quam ſita eſt Francofordia illa ſeptentrionalior.

c ¶Pennæ per obſcurum emicant.) Plin. cap. 47. lib. decimi, de his auibus ita ſcribit: In Hercinio Germaniæ ſaltu, inuſitata genera alitum accepimus, quarũ plumæ ignium modò colluceant noctibus: eas dicit à ruſticis cicindelas nũcupari, à Græcis uerò lampyridas. d ¶Biſontes.) In Prußia potißimum iſta animalia, Vri, Biſontes & Alces inueniuntur. Eſt Biſons bos cerui figura, cuius à media fronte inter aures unum cornu exiſtit excelſum, magisq; directum his quæ nobis nota ſunt cornibus. Alces uerò conſimiles figura capris, ſed magnitudine parum antecedũt, mutilæq; ſunt cornibus, & crura ſine nodis articuliſq; habent: neq; quietis cauſa procumbunt, neq; ſi quo afflictæ caſu conciderunt, erigere ſeſe ac ſubleuare poſſunt. His ſunt arbores pro cubilibus, ad eas ſe applicant, atque ita paululum modò reclinatæ quietem capiũt: quarũ ex ueſtigijs, cum eſt animaduerſum à uenatoribus quò ſe recipere conſueuerint, omnes eo loco ſubruunt, aut incidunt ab radicibus arbores tantũ, ut ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur: huc cum ſe conſuetudine reclinauerint, infirmas pondere affligunt, atq; unà ipſæ cõcidunt. e ¶Vri.) Boues ſunt agreſtes & feri, uelocitate excellentes, habentes cornua taurinis ſimilia, ſed capaciſſima ſunt, ut etiam in menſis uicem præbeant poculorum.

Rheno perfunditᵛ. De internis eius partibus, Albis,[b] Gutallus, Viſtula, amneis †altiſsimi †latißimi præcipitantur in oceanum. Saltus Hercinius aues gignit, quarum [c]pennæ per obſcurũ emicant & interlucent, quamuis obtenta nox denſet tenebras: unde homines loci illius plerunq; nocturnos excurſus ſic deſtinant, ut illis utantᵛ ad præſidium itineris dirigẽdi, præiactisq; per opaca callium, rationem uiæ moderentur indicio plumarum[d] refulgentium. In hoc tractu ſanè, & in omni ſeptentrionali plaga biſontes frequentiſsimi, qui boues feris ſimiles, ſetoſi, collaiubis horridi, ultra tauros pernicitate uigentes, capti aſſueſcere manu nequeũt. Sunt & [e]Vri, quos imperitũ uulgus uocat bubalos, cum bubali penè ad ceruinã faciem in Africa procreentur. Iſtis porrò quos Vros dicimus, taurina cornua in tantum modum protendũtur, ut dempta ob inſignem capacitatem inter regias menſas potuum gerula fiant. Sunt & Alces mulis comparandæ, adeò propenſo labro ſuperiore, ut niſi recedentes in poſteriora ueſtigia, paſci nequeant.

De Scandinauia inſula, de ſuccino, Callaide, ac Ceraunijs gemmis. Cap. XXXIII.

SCHOLIA CAP. XXXIII.

Ne idem bis dicamus, lector humane, hic de Scandinauia nihil ſcribemus, cum de ea inſula multa dixerimus ſuprà capite 30. ſub litera e. De Alce quoq; nonnihil diximus capite præcedenti ſub litera f. Per ſuffragines intellige hic genua: nam uertebra quæ in anterioribus pedibus genua uocantur, in poſterioribus ſuffragines nuncupantur. a ¶Gleſſaria.) Plinius quodam loco dicit à barbaris hanc inſulam Auſteraniam uocari, alibi uerò dicit eam nominari Auſtrauiam, ſed erit error in altero loco. Scribit idem Plinius in India etiam ſuccinũ prouenire, licet in Germania optimum plurimumq;. Ariſtoteles cap. 70. de admirandis in natura, has inſulas Electridas appellat, quas in ſinu Adriatico ſitas eſſe dicit, utpote ueterum ſecutus opinionem, quam falſam eſſe poſteri deprehenderunt. Vocatur autem ſuccinum & gleſſum à Gleſſaria, aut potius Gleſſaria à gleſſo, ut olim à Germanis fuit appellatum: hodie uerò nos in Germania ſuccum illum coagulatum & induratum uocamus Augſtein, id eſt, oculi lapidem: quidam uocant bernſtein. Inſula autem ipſa appellatur Sudauu, ubi ſcilicet mare eijcit duplex electrum ſeu ſuccinum, album, quod & magni æſtimatur, & croceum ſeu glaucum, quod elegantius quidem eſt, ſed non tantæ uirtutis ut album. Colligitur hoc gummi potißimum quando mare commouetur per tempeſtatem, in certo quodam loco qui uocatur, in dem ſtrom, id eſt, in alueo, & tunc accurrũt Pruteni nudi, iuxta quos eſt memorata inſula, & ingreſſi mare corradunt iectas ſordes, & deinde deligunt

SCandinauia inſula è regione Germaniæ mittit animal quale Alces, ſed cui ſuffragines, ut elephantis, flecti nequeunt, propterea nõ cubat cum dormiendum eſt: tamen ſomnolentum arbor ſuſtinet, quæ propè caſura ſecatur, ut fera dum aſſuetis fulcimentis innititur, faciat ruinam: ita capiᵛ, alioquí difficile eſt eam manu capi. Nam in illo rigore poplitum incomprehenſibili fuga pollet. De Germanicis inſulis Scandinauia maxima eſt, ſed nihil in ea magnum, præter ipſam. [a] Gleſſaria dat cryſtallum, dat & ſuccínum,

num, quod Germani gentiliter uocant Gleſſum. Qualitas materiæ iſtius ſummatim antea, Germanico autẽ Cæſare omnes Germaniæ oras ſcrutante, comperta arbor eſt pinei generis, cuius [b]mediale autumni tẽpore ſuccino lachrymat. Succũ eſſe arboris, de nominis qualitate capeſſas. Pinum uerò unde ſit genitum, ſi uſſeris, odor indicabit. Precium operæ eſt ire longius, ne [c]Padaneæ ſyluæ credantur lapidem fleuiſſe. Hanc ſpeciem in Illyricũ barbari intulerunt: quę cum per Pannonica cõmercia uſu ad Tranſpadanos homines foret delata, quòd ibi primũ noſtri eam uiderant, ibi & natam putauerunt. Munere Neronis principis apparatus omnis abſq; ſuccino inornatus eſt, nec difficulter, cum per idem tempus XIII. millia librarũ rex Germaniæ dono ei miſerit. Rude primum naſcitur & corticoſum, deinde incoctũ adipe lactentis ſuis expolitur ad quẽ uidemus nitorẽ. [d]Pro facie habet nomina. Melleum dicitur, & Falernũ, utrũq; de ſimilitudine aut uini, aut utiq; mellis. In aperto eſt quòd rapiat folia, quòd trahat paleas. quòd uerò medeatur multis uitalium incõmodis, medentiũ docuit diſciplina. Et India habet ſuccinũ, ſed plurimũ optimũq; Germania. Quoniam ad inſulam Gleſſariã ueneramus, à ſuccino cœptũ. Nam in Germaniæ continentibus [e]Callais reperitur, quam gemmam Arabicis anteponũt, uincit enim gratia. Arabes quidem dicunt nõ alibi eam deprehendi, quàm in nidis auiũ, quas [f] μελαγκορυφους uocant: quod nullus recipit, cum apud Germaniæ populos, quãuis rara, in ſaxis tamen appareat. Honore & precio ad Smaragdos uiret pallidum. Nihil iucundius aurum decet. [g]Ceraunìarum porrò genera diuerſa ſunt: Germanica candida eſt, ſplendet tamen cęruleo, & ſi ſub diuo habeas, fulgorem rapit ſyderum.

De Gallía, de Rhetico ac Norico agro, de Pannonia, & Mœſia, deq; medico oleo. Cap. XXXIIII.

GAlliæ inter Rhenum & Pyrenæum, item inter oceanum & monteis Gebennam ac Iuram porriguntur, felices præpinguibus glebis, ac cõmodæ pro-

gunt ſuccinum ipſum. *b* ¶ *Cuius mediale.*) *Id eſt, medulla. Vnde Plinius: Naſcitur autem, inquit, defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in ceraſis, reſina pineis erumpit humoris abundãtia: denſatur rigore uel tepore autumnali: cum intumeſcens æſtus rapuit ex inſulis, certè in littora expellitur ita uolubile, ut pẽdere uideatur atq; cõſidere in uado.* *c* ¶ *Padaneæ ſyluæ.*) *Meminit fabulæ quam ſcribit Ouidius in lib. Metamorph. Nam Heliades ſorores cum deplorarent iuxta Padum fratris Phaëthontis obitum, fuerunt uerſæ in populos arbores, & tunc mater earum Clymene dum tentaret truncis auellere corpora, & teneros abrumperet ramos, inde manarunt tanquam de uulnere ſanguineæ guttæ, quæ ſole rigeſcentes, ab amnibus ueluti electra fuerunt excepta &c.*

d ¶ *Pro facie habet nomina.*) *Quia inuenitur habere aliam & aliam formam, pro diuerſitate coloris diuerſa ſortitur uocabula. Quod uerò attinet ad medelam, aiunt hunc ſuccum prodeſſe cuicunq; ætati contra lymphationes, & urinæ difficultatibus, potus alligatusq;. Scribit & Dioſcorides, ſuccinũ potum in aqua, ſtomachi uitijs & alui fluxionibus mederi. Nidor quoq; eius naribus mulieris parturientis adhibitus, dicitur partum accelerare. Deprehenduntur & uirgines corruptæ ex eius odore: nam non poſſunt retinere urinam.* *e* ¶ *Callais.*) *Gemmæ genus eſt, à colore callaino, qui turbidus eſt, ſic uocatũ.* *f* ¶ *μελαγκορύφους.*) *Aues ſunt quarum ſumma capita & cacumina nigra ſunt: μέλαν enim nigrum ſignificat, & κορυφὴν apicem.*

g ¶ *Ceraunìarum.*) *Eſt Ceraunia lapidis precioſi nomen, qui uel ualeat contra fulmen, uel ſplendeat ut fulgur: ſonat enim Græcis κεραυνὸς fulmen.*

SCHOLIA CAP. XXXIIII.

Galliæ ſitum Solinus hic ueterum more deſcribit. Clauditur à ſeptentrione mari Anglico, à meridie autem mari mediterraneo, ſi Lugdunenſem & Narbonenſem pro uinciam connumeres, quod tamen Solinus hic nõ facit, ſed à meridie ponit terminum montes Gebennam & Iuram, qui in Sophoia ſeu Sabaudia cohærent alpibus citra Sonam & Rhodanum fluuios, id quod uidere poteris in tabula Rhætica & Heluetica, quam hoc tempore conſcripſit Aegidius Tſchudi prætor, uir clariſſimus, & nos in publicum propediem edituri ſumus. De fertilitate Galliæ non eſt quòd hic ſententiam Solini teſtimonio meo confirmem, cum omnibus Europæ nationibus perſpicuum ſit quàm fœcundum ſit ſolum Delphinati, Frouinciæ, Burgundiæ, & reliquarum regionum quæ ad meridiem ſunt expoſitæ, ut in nulla re

Gallia cedat florentißimæ Italiæ. Stultum igitur iudicamus, & pro delyramento habemus id quod quidam historici scribunt, agrum Maßilienſiũ ſterilem antea, ſanguine Cimbrorum ſic humectatũ & pinguefactum, ut deinceps fertiliſsimus eſſet.

a ¶Vaporantibus.) Intelligit aquas Sextias. Scribunt autem Porphyrio & Acron primo lib. carminum Horatij, omnem fontem in origine ſua ſacrum eſſe. Habẽt aquæ Sextiæ uaporãtes aquas & magnã aquarũ calidarum atq; frigidarũ copiam, quapropter locus ille aquæ, & à Caio Sextio proconſule, Sextiles et Sextiæ eſt uocatus. De hac urbe ſcribit Solin. ſuprà ca. 8. in fine.

b ¶Humanis litant hoſtijs.) De his hoſtijs ſcribit Cæſar cõmentario ſexto Gallici belli in hunc modum: Natio cõmniũ Gallorũ admodum dedita religionibus: atque ob eam cauſam, qui ſunt affecti grauioribus morbis, quiq; prælijs periculisq; uerſantur, aut pro uictimis homines immolant, aut ſe immolaturos uouent, adminiſtrisq; ad ea ſacrificia Druidibus utũtur, quòd pro uita hominis, niſi uita hominis reddatur, nõ poſſe deorũ immortaliũ numẽ placari arbitrãtur, publiceq; eiuſdem generis halẽt inſtituta ſacrificia &c. c ¶Ager Rhæticus.) Habẽt Rhætij nomen à Rhæto Thuſcorũ duce, qui ſcilicet dimißis auitis ſedib. alpes occupauerũt, & nomine ducis gentem Rhætiorum condiderunt. Videtur uſque in hunc diem arx quædam uetuſtißima in alpibus, eo ſcilicet loco ubi uterq; Rheni riuus coit, quæ Rhætium à primo conditore denominata eſt, germanicè autem Rætzuns, ubi olim Lepontini populi ſedem ſuam habuerunt: & hodie ueri Rhætij uocantur Churuualhen, à Curia metropoli.

dæ prouentibus fructuarijs, pleræq; conſitæ uitibus & arbuſtis, omni ad uſum animantium fœtu beatiſsimæ. Riguæ aquis fluminũ & fontium, ſed fontanis interdum ſacris, ac [a] uaporantibus. †Infamantur ritu incolarum, qui, ut aiunt (ueri enim periculum nõ ad me recipio) deteſtabili ſacrorum ritu, non ad honorem, ſed potius ad iniuriam religionis, [b] humanis litant hoſtijs. Ex iſto ſinu quoquò orbis uelis exeas, in Hiſpanias & in Italiam terra mariq; in Africam mari tantum. Si Thracia ſit petenda, excipit ager [c] Rhæticus opimus & ferax, Brigantino lacu nobilis. Inde Noricus frigidus, & parcius fructuoſus: quà ſubducitur à iugis Alpiũ, admodũ lætus. Dehinc Pannonia uiro fortis, & ſolo plano læta atq; uber, Drauo, Sauoq; inclytis amnibus circunflua. Mox Mœſiæ, quas maiores noſtri iurè Cereris horreum nominabant, in quarum parte, quæ Pontica eſt, apparet herba, qua inficitur oleum, quod uocant medicum. Hoc ad incendium excitatum ſi obruere aqua geſtias, ardet magis, nec alio ſopiẽ, quàm iactu pulueris.

† al's, Infamãtur ueneni periculo ritu



tropoli. De hac re uide latius Aegidium Tschudi, cuius paulò superius mentionem fecimus. Extendit autem hic Solinus Rhætiam ipsam usque ad Brigantinum lacum, qui & Constantiensis lacus est & Podamicus atq; Acronius: diuersa enim habet nomina, nasciturq; ex influxu Rheni, ut uidere licet ex præcedenti Rhætiæ & Heluetiæ descriptione. Quòd autem Noricum agrum frigidum esse dicit, atque parcius fructuosum quàm Rhæticum, bene dicit: nam Algoia (sic enim hodie uocatur Noricum) talis omnino est regio, quæ nullum producit uinum, & præterea serum frumentum: Rhætia autem quà spectat Italiam, optimum profert uinum. Reliqua in Solino sunt clara, nisi quòd Pannonia hodie uocatur Vngaria, quæ non mox sequitur Noricum: nisi Norici nomine simul intelligere uelis Algoiam, Vindeliciam, Bauariam, & Pannoniam superiorẽ, quæ hodie est Austria. Mœsia regio est quæ Vngariæ succedit, & hodie Seruia atque Rascia appellatur, præsertim Mœsia superior: inferiorem autem uocant Vualachiam. Hæc propter frumenti copiam & nimiam fertilitatem, à ueteribus appellata fuit Cereris horreum.

De Britannia, ac reliquis circum eam insulis, & de lapide Gagate. Cap. XXXV.

† insula qualibet

† uotum

INis erat orbis ora Gallici littoris, nisi Britannia † insula non [a] qualibet amplitudine nomen penè orbis alterius mereretur. Octingentis enim & amplius millibus passuum longa porrigitur, ita ut eam in [b] Calydonicum usque angulum metiamur, in quo recessu [c] Vlyssem Calydoniæ appulsum manifestat ara Græcis literis inscripta † uoto. Multis insulis, nec ignobilibus circundatur, quarum Hybernia ei [d] proximat magnitudine. Inhumana est, ritu incolarũ aspero: aliàs ita pabulosa, ut pecuaria, nisi interdum æstate à pastibus arceantur, in periculũ agat satias. [e] Illic nullus anguis, auis rara, gens inhospi-

SCHOLIA CAP. XXXV.

Britannia, quæ olim Albion, hodie uerò Anglia appellatur, diuersa sortita est uocabula, diuersis rationibus. Britannia à Britone rege, uel ut Bedæ placet, à Britonibus Galliæ populis: Albion ab albis montibus, qui in littore ad eam nauigantibus à longè apparent, unde desecantur lapides albi & molles, quibus calculatores in abacis utuntur. Porrò Angliam putant nouissimè dictam ab Angla regina, qua duce Saxones eam insulam subegisse dicuntur: uel iuxta aliorum sententiam sic dicta est, quòd ea insula sit angulus mundi. Ioannes Maior scribit in gestis Scotorum, quòd anno Christi 449. Anglia circumuenta fuerit à duce Engisto atque capta, qui & deleto Britanniæ nomine, eam insulam à se denominauit Engistlant, id est, Engisti regio: sed uox illa posteris temporibus degenerauit in Engeland. Albertus Krantz scribit Angliã sic dictam ab Anglis populis Saxoniæ, quorum patria sedes usque in hunc diem in Saxonia uocatur Angria, mutata una litera, germanicè Engern. Hi itaque Anglisaxones quum occupassent Britanniam & incolas deturbassent, multi Britanni fugientes ultra mare uenerunt in littora Galliæ, occupantesq; terram illam, à se denominauerunt Britanniam, ut Britanni cismarini nomen illud habeant à transmarinis, & non contrà: sic enim quidam scribunt. Sed de his habes Polydori historiam, qui ex professo de Anglia scripsit. a ¶ Non qualibet amplitudine.) Sensus est: Ora Gallici littoris erat finis orbis, nisi Britannia insula qualibet amplitudine mereretur nomen orbis alterius. Qualibet amplitudine, id est, omnium trium eius laterum. Est enim secundum Cæsarem commentario quinto belli Gallici, Britannia natura triquetra. Latus quod meridiem spectat, continet circiter millia passuum quingenta: quod ad occidentem uergit, passuum septingentorum millium: id uerò quod contra septentrionem protenditur, millium passuum octingenta in longitudinem existimatur. Ita omnis insula est in circuitu uicies centum millibus passuum. Libuit itaque adijcere figuram, non totius insulæ, sed Angliæ duntaxat, ut à nostri temporis studiosis est obseruata. Fluuius Tueda secernit Scotiam ab Anglia, & Sabrina Vualliam ab Anglia, etiamsi Vuallia atque Cornubia pareant regi Angliæ. b ¶ Calydonicum usque angulum.) Hic angulus unà cum sylua Calydonia est in Scotia, ad quam nostræ figuræ descriptio non pertingit.

c ¶ Vlyssem.) Vlyssem appulisse ad angulum Calydoniæ fabulosum putatur, cum apud nullum grauem autorem inueniatur illum nauigasse ad Britanniæ insulam. d ¶ Proximat magnitudine.) Cæsar quinto cõmentario belli Gallici sic scribit: Hybernia dimidio minor ut æstimatur quàm Britannia. Quòd autem inhumani incolæ Hyberniæ hic describuntur, idem sentit Strabo lib. 4. Longè magis, inquit, quàm Britanni sylueſtres illius sunt incolæ: anthropophagi, id est, hominum carne uescentes, manduconesq; magni. Defunctos etiam parentes esse in eximia honestatis parte ponunt: nec minus alienis in propatulo uxoribus immiscери, matribus etiam atque sororibus. Hac uero tempestate quamuis Hyberni aspero cultu plerunque sint, fidem tamen Christianam custodiunt. e ¶ Illic anguis nullus.) Hybernia latitudine sui status & salubritate ac serenitate

aëris multum Britanniæ præstat, ita ut raro ibi nix plusquam triduana permaneat. Nemo propter hyemem aut fœna secet, aut stabula fabricet iumentis: nullum ibi reptile uideri solet, nullus ibi serpens uiuere ualet. Nam sæpe illò de Britannia allati serpẽtes, mox ut proximantes terris nauigio, odore aëris illius attacti fuerint, interierũt: quin potius omnia quæ de eadem insula sunt, contra uenenũ ualent. Denique uidimus quibusdam à serpentib. percußis, rasa fõlia codicũ, qui de Hybernia uenerant, & ipsam rasuram aquæ immissam ac potui datã, talibus protinus totam uim ueneni grassantis, totum inflati corporis absumsisse, ac sedasse tumorem. Dives lactis ac mellis insula, nec uinearũ expers, piscium uolucrumq;, sed & ceruorũ caprarúmque uenatu insignis. Hæc Beda capite primo, libri primi. Cæterum quòd illic auis rara esse dicitur, id aiunt esse propter turbidum ac nebulosum insulæ aërem. Naturale enim est, ut in cœlo plerunque caliginoso auis rara sit aut nulla, quòd scilicet aër huiusmodi ad uolandum



inhospita, & bellicosa. Sanguine interemptorum hausto, prius uictores uultus suos oblinunt. Fas ac nefas eodem animo ducunt. Puerpera si quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inq; os paruuli summo mucrone auspicium alimentorum leuiter infert, & gentilibus uotis optat, non aliter quàm in bello, & inter arma mortem oppetat. Qui student cultui, dentibus mari nantium belluarum insigniunt ensium capulos, candicant enim ad ad eburneam claritatem. Nam præcipua uiris gloria est in armorum nitela. Apis nusquam. Aduectum inde puluerem, seu lapillos si quis sparserit inter aluearia, examina fauos deserunt. Mare, quod Hybernian & Britanniam interluit, undosum, & inquietum, toto in anno, non nisi æstiuis pauculis diebus est nauigabile. Nauigant autem uimineis alueis, quos circundant ambitione tergorum bubalorum. Quantocunque tempore cursus tenebit, nauigantes escis abstinent.

Freti

Freti latitudinem in centum uiginti millia paſ-
ſuum diffundi, qui fidem ad uerum ratiocina-
ti ſunt, æſtimarũt. [f] Silurum quoque inſulas ab
ora quam gens Britanna detinet, turbidum fre
tum diſtinguit: cuius homines etiã nunc cuſto
diunt morẽ uetuſtũ. Nundinas ac numũ refu-
tant, dant res, & accipiunt. Mutationib. neceſ-
ſaria potius, quàm precijs parant. Deos perco-
lunt. Scientiam futurorũ pariter uiri ac fœmi-
næ oſtentant. Thanatos inſula alluit freto Gal-
lico, à Britanniæ continenti æſtuario tenui ſe-
parata, frumentarijs campis felix, & gleba ube-
ri, nec tantum ſibi ſoli, uerum & alijs ſalubris
locis. Nam cum ipſa nullo ſerpẽ angue, aſpor
tata inde terra quoquò gentium inuecta ſit, an
gues necat. Multæ & aliæ circum Britanniam
inſulæ, è quibus [h] Thule ultima, in qua æſtiuo
ſolſtitio ſole de Cancri ſydere faciente tranſitũ,
[i] nox penè nulla. Brumali ſolſtitio dies adeò cõ-
ductus, ut ortus iunctus ſit occaſui. Vltra Thu
len accepimus pigrum eſſe & concretũ mare:
inde à Calydoniæ promontorio Thulen peten
tibus bidui nauigatio eſt. [k] Inde excipiunt Hæ
budes inſulæ quinque numero, quarum inco-
læ neſciunt fruges, piſcibus tantum & lacte ui-
uunt. Rex unus eſt uniuerſis. Nam quotquot
ſunt, omnes anguſta interluuie diuidunt. Rex
nihil ſuum habet, omnia uniuerſorũ: ad æqui-
tatem certis legibus ſtringitur, ac ne auaritia di
uertat à uero, diſcit paupertate iuſtitiã, utpote
cui nihil ſit rei familiaris: uerum alitur è publi-
co: nulla illi datur fœmina propria, ſed per ui-
ciſſitudines in quancũq; cõmotus fuerit, uſua-
riam ſumit: unde ei nec uotum, nec ſpes con-
ceditur liberorum. Secundam à continenti ſta
tionẽ euntibus [l] Orcades præbent, quæ ab Hæ
budibus porrò abſunt ſeptem dierũ totidemq;
noctium curſu: numero tres, uacant homine,
non habent ſyluas, tantum iunceis herbis in-
horreſcunt: cætera earum nudæ arenæ, & ru-
pes tenẽt. Ab Orcadibus Thulen uſq; quinq;
dierum ac noctium nauigatio eſt. Sed Thule
larga, & diutina pomona copioſa eſt. Qui illic
habitant, principio ueris inter pecudes pabulis
uiuunt, deinde lacte, in hyemẽ conferunt arbo
rum fructus. Vtuntur fœminis uulgò certum
matri-

uolandum ſit ineptus, eisq; inſalubris quæ
idipſum elementum incolunt. f ¶ Si-
lurum quoq; inſulas.) Secundum Polydo-
rum Silures tenent maritimam oram Sco-
tiæ, ubi traiectus eſt in Hyberniam 16. mil-
lia paſſuum. g ¶ Thanatos.) Hanc in
ſulam Polydorus in hiſtoria Anglica appel
lat Taneton, ſcribitq; de ea in hunc mo-
dum: Inſula Cantij quæ Tanetos nomina-
tur, ad ortum ſpectat, patetq; in longitudi-
nem uix miliaria nouem, ac in latitudinem
paulò minus: at paucis abhinc annis exclu
ſo paruulo aquæ meatu, quo à continente
diuidebatur, nunc bona ex parte terræ con
iuncta eſt. h ¶ Thule.) Putant hanc
inſulam ſic dictã quaſi Thole, Græcis enim
θολὸς turbidus & niger dicitur. Thule au-
tem inſula ob nimiam à ſole diſtantiam cali
ginoſa & obſcura plerunq; eſt. Alij à πτλῶ
Tylen dictam arbitrantur, propter nimiã
eius à noſtro orbe diſtantiam. De hac Poly
dorus ſic ſcribit: Poſt Orcades Thule eſt,
quam nunc Ilam dicunt. Ab ea unius diei
nauigatione, ut ait Plinius, mare concre-
tum, in quo Islandia eſt, ad quam etiã nunc
mercatores noſtri, piſces emendi cauſa, in
ſingulos annos æſtate commeant. Zieglę-
rus uerò de ea ſic ſcribit: Islandia, id eſt,
glacialis terra eſt Tyle, nulli ueterum non
celebrata. Situs inſulæ extenditur inter au-
ſtrum & boream ſub eleuatione polari 66.
graduum, eſtq; ipſa multa ſui parte monto
ſa & inculta. Qua autem parte eſt plana,
præſtat plurimũ pabulo tam læto ut pecus
depellatur à paſcuis, ne ab aruina ſuffoce-
tur. Præterea eſt prædicanda inſolitis mira
culis. Rupes ſiue promontorium eſt, quod
æſtuat perpetuis ignibus inſtar Aetnæ: is lo
cus putatur eſſe carcer ſordidarũ animarũ.
Glacies etiã certa appellitur littori magnis
molibus, cuius ſi cruſta adſeruetur quamli-
bet magna diligẽtia, tamen diſparet ſtatim.
Reperiuntur illic ſpiritus ſe exhibentes ma
niſeſtos humanis miniſterijs. Submerſo-
rum ſiue alio uiolento caſu enectorum ſpe-
ctra ſeſe offerunt congreſſibus notorum ho
minum tam manifeſta, ut tanquam uiuen-
tes accipiantur ab ignaris mortis illorũ da-
ta dextera, nec deprehenditur error priuſ-
quam ſpectrum diſparet. i ¶ Nox pe-
nè nulla.) Hæc ad oculum cernuntur in
ſphæra materiali & aſtrolabio ad illius loci ſitum parato. k
¶ Excipiunt Hæbudes.) Plinius capite 16.
quarti libri aſſerit eſſe triginta inſulas Hæbudes. Ptolemæus uerò concordat in numero cum Solino.
l ¶ Orcades.) Hæ inſulæ autore Ptolemæo ſunt numero 30. partim in Deucalidonico, partim in Germanico
ſitæ oceano, quarum caput uocant Pamoniam, quòd in ea locata ſit epiſcopalis ſedes, & ſunt ſub Scoti imperio.

Insulani lingua utuntur Gothica, quod arguit eos à Germanis oriundos. Statura sunt procera, semper sano fermè corpore pariter atq; mente, quo fit ut multò longissimã degant ætatem, etsi piscibus plurimum uictitant: nam terra continuo propémodum frigore obsita, multis in locis uix frumentũ fert, arborem uerò penè nullam.

m ¶ *Gagates.*) *De hoc lapide Plinius sic scribit: Niger est & planus, pumicosus, nõ multũ à ligno differens, leuis, fragilis, odore si teratur grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur: cum uritur odorem sulphureum reddit: mirumq; accenditur aqua, oleo restinguitur, fugat serpentes, recreatq; uuluæ strangulationes: deprehendit sonticum morbum, & uirginitatem suffitus.*

n ¶ *Fuci artus.*) *Fucus color est cæruleus qui uirore cõmendatur. Et secundum Cæsarem Britanni se inficiebant herba glasto, quæ similis est plantagini, quò horridiore essent aspectu in pugna: efficit enim hæc herba cæruleum colorem.*

SCHOLIA CAP. XXXVI.

Hispania plurima sortita est nomina. Dicta est Iberia, ab Ibero nobili eius flumine, ut Plinius in 3. & Iustinus in ult. tradũt. Deinde nominata est Hesperia ab Hespero Atlantis fratre, uel, ut alij malunt, ab Hespero stella occidentali, quòd occasui sit ipsa subiecta. Hispaniam dictam uolunt ab Hispalo rege, autores sunt Berosus et Trogus: alij malunt ab Hispali eius urbe, quam Sibiliam nostrates uocant. Cæterum quàm fœcunda & fertilis sit Hispania, satis hic per Solinum explicatur. Vide & Iustinũ in ult. de fertilitate eius. Plinius quoq; lib. 4. cap. 20. dicit Hispaniam omnem à Pyrenæo metallis refertam, auri, argenti, ferri, plumbi nigri albiq;, id est, stanni. a ¶ *Diuidua est prouincijs tribus.*) *Hæ sunt, Bætica, Lusitania & Tarraconensis. Nostro tempore successit Bæticæ Granata, Lusitaniæ Portugallia & Gallicia. Tarraconensi Castilia, Nauarra & Arragonia.* b ¶ *Secundo Punico bello.*) *In hoc bello intulerunt Scipiones prima Romana signa per Pyrenæũ iugũ, ingentibus prælijs percutientes Hannonem & Hasdrubalem fratrẽ Hannibalis. Nam Scipio Africanus cepit Carthaginem atq; alias urbes, nec cõtentus fuit expulisse Pœnos, sed & prouinciam ipsam stipendiariam fecit Romanis. Vide Florũ cap. 17. lib. 2. & Liuiũ lib. 8. tertiæ decadis.* c ¶ *Nitelas pulueris.*) *Sunt nitelæ micæ pulueris auri inter arenas repertæ, unde conflatur minium, quo ueteres utebantur ad exornandos libros. Fucant, id est, colorant uellera illo minio &c.* d ¶ *Vlyssipponense.*) *Est Vlyssippo oppidum ab Vlysse*

matrimonium nulli. Circuitus Britanniæ quadragies octies septuagintaquinq; millia passuũ sunt: in quo spacio magna & multa flumina, fontes calidi opiparo exculti apparatu ad usus mortalium: quibus fontibus præsul est Mineruæ numen, in cuius æde perpetui ignes nunq; canescunt in fauillas, sed ubi cinis tabuit, uertitur in globos saxeos. Præterea ut taceã metallorum largam uariamq; copiã, quibus Britãniæ solum undiq; generum pollet uenis locupletibus, [m] Gagates hic plurimus, optimusq; est lapis. Si decorẽ requiras, nigro gẽmeus: si qualitatem, nullius ferè ponderis: si naturam, aqua ardet, oleo restinguitur: si potestatem, attritu calfactus applicita detinet, æquè ut succinum. Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarũ figuras, iam inde à pueris uariæ animalium effigies incorporantur, inscriptisq; uisceribus hominis incremẽto pigmenti notæ crescũt. Neq; quicquam magis patientiæ loco nationes ferè ducunt, q; ut per memores cicatrices plurimum [n] fuci artus bibant.

De Hispania & circum eam insulis, de Oceano, mediterraneoq; mari, deq; uarijs eorũ nominib. & quid de maris incremento, decrementoq; philosophi tradiderũt. Cap. XXXVI.

REuersum ad continentem res Hispanienses uocant. Terrarum plaga cõparanda optimis, nulli posthabenda frugum copia, siue soliubere, siue uinearũ prouentus respicere, siue arborarios uelis. Omni materia affluit, quæcunq; aut precio ambitiosa est, aut usu necessaria. Argentũ uel aurum si requiras, habet: ferrarijs nunquam deficit, nec cedit uitibus, uincit olea. [a] Diuidua est prouincijs tribus, [b] secundo Punico bello nostra facta. Nihil in ea ocioſum, nihil sterile. Quicquid cuiuscunque modi negat messem, uiget pabulis: etiam quæ arida sunt, ac sterilia, rudentum materiem nauticis subministrant. Non coquũt ibi sales, sed effodiunt. Depurgãt in minium [c] nitelas pulueris, fucant uellera, ut ad ruborem †merum deputent cocci uenenũ. †mirum
In Lusitania promontorium est, quod alij Artabrum, alij [d] Vlyssipponense dicunt. Hoc cœlum,

lum, terras, & maria díſtinguit, Hiſpaniæ latus finit. Cœlum & maria hoc modo diuidit, quòd à circuitu eius incipiunt oceanus Gallicus, & frons ſeptentrionalis oceano Atlantico & occaſu [e] † terminatis. Ibi oppidũ Vlyſſippo ab Vlyſſe conditũ. Ibi Tagus flumen. Tagum ob arenas auriferas cæteris amnibus prætulerunt. In proximis Vlyſſipponis equę laſciuiũt mira fœcunditate. Nam [f] ſpirãte Fauonio uẽto concipiunt, & ſitientes uiros aurarum ſpiritu maritantur. Iberus amnis toti Hiſpanię nomen dedit, & Bætis prouinciæ, uterq; nobilis. Carthaginẽ apud Iberos, quæ mox colonia facta eſt, Pœni condiderũt. Tarraconem Scipiones, ideo caput eſt prouinciæ Tarraconenſis. Luſitanũ littus pollet [h] gemma Ceraunia plurimum, quam etiam Indicis præferũt: huius Ceraunię color eſt è Pyropo: qualitas igni probatur, quem ſi ſine detrimento ſui perferat, aduerſus uim fulgurum creditur opitulari. [i] Caſſiterides inſulæ ſpectant aduerſum Celtiberiæ latus, plumbi fertiles: & tres Fortunatæ, è quibus ſolum uocabulum ſignandum fuit. [k] Ebuſus è Balearibus, quæ à Dianio abeſt ſeptingenta ſtadia, ſerpentem nõ habet, utpote cuius terra ſerpentes fuget. Colubraria, quæ Sucronem uerſus eſt, fœta eſt anguibus. [l] Bocchoris regnum Baleares fuerunt, uſq; ad euerſionem frugum, cuniculis animalib. quondam copioſæ. In capite Bæticæ, ubi extremus eſt noti orbis terminus, inſula à continenti ſeptingentis paſsibus ſeparatur, quam Tyrij à rubro profecti mari [m] Erythræam, Pœni lingua ſua Gadir, id eſt, ſepem nominarunt. In hac [n] Geryonem habitaſſe plurimis monimentis probatur, tametſi quidam putent Herculem boues ex alia inſula abduxiſſe, quæ Luſitaniam contuetur. Sed Gaditanum fretum à Gadibus dictum. Atlanticus æſtus

† terminati

Vlyſſe conditũ, ex cuius nomine promontorium appellatur, quod maria terrasq; diſtinguit. Nam ab eius ambitu inchoat mare Gallicum, & facies ſeptentrionalis oceani. e ¶ Terminatis.) Quidam legendum cenſent, terminati: ut ſit ſenſus, oceanus Gallicus & frons ſeptentrionalis terminati oceano Atlantico & occaſu. f ¶ Spirante Fauonio.) Qui ſentiũt equas uento cõcipere, Varronẽ habent autorem. Iuſtinus uerò ex Trogi ſententia putat hoc omnino fabuloſum eſſe. In Luſitanis, inquit, iuxta fluuium Tagũ equas uento cõcipere multi autores prodiderunt, quæ fabulæ ex equarũ fœcunditate & gregũ multitudine natæ ſunt, qui tanti in Gallitia & Luſitania, tamq; pernices uiſuntur, ut nõ immeritò ipſo uento cõcepti uideantur. g ¶ Bætis prouinciæ.) Senſus eſt, Bætica nomen habet à Bæti fluuio, ſicut Iberia ab Ibero. Et quòd Pœni ſeu Carthaginenſes referuntur condidiſſe Carthaginẽ in Hiſpania, quidã eum locũ ſic intelligendũ putant, quòd fundata fuerit Carthago Hiſpaniæ noua à Thelamonio Teucro, deinde à Pœnis inſtaurata atq; colonia facta, & tandẽ à Scipione ſummis uiribus expugnata. h ¶ Gemma Ceraunia.) Eſt lapis iſte ſimilis Pyropo, id eſt, ignei aſpectus, nec inuenitur niſi in loco fulmine icto, unde & nomen habet: κεραυνὸς enim græcè, latinè fulmen dicitur. i ¶ Caſſiterides inſulæ.) Strabo & Ptolemæus dicunt has eſſe numero decem in occiduo mari ſitas. Vocantur autem Caſſiterides à fertilitate plumbi: nam κασσιτέρὸς Græcis ſtannum dicitur. Cæterum Fortunatæ inſulæ ſunt, quæ & Canariæ dictæ, nomen illud à fertilitate habentes, atque ſitæ in oceano è regione Africi littoris. k ¶ Ebuſus.) Duæ Baleares inſulæ ſunt quas Græci Gymneſias uocant, & hodie uulgò appellantur Maiorica & Minorica, ſitæ in mari mediterraneo. Vocantur Baleares à βάλλειν iacere: nam habitatores eius fuerunt funda bellicoſi: nec pueris eſurientibus olim matres dabant panem, niſi illum ictu fundæ è baculo aliquo ſublimi, cui erat infixus, deieciſſent. De Colubraria inſula habes apud Melam in fine ſecundi. l ¶ Bocchoris.) Bocchoris regis meminit Diodorus Siculus in ſecundo. Plinius quoque capite 22. quarti, ſcribit Bocchoros eſſe gentem Bæticæ: & ab hoc fortaſsis rege nomen eſt ſumptum, cui paruerunt, donec Baleares inſulæ redundarent cuniculis, & ſuffoderent totas inſulas. m ¶ Erythræam.) Hæc eſt inſula Gadis, ſeu inſula Gaditana in fine Bæticæ prouinciæ, atque in extremo noſtri orbis uerſus occidentem, diſtans à Calpe (de qua ſuprà diximus capite 28.) ſeptingentorum quinquaginta ſtadiorum interuallo. In hac olim fuit templum Herculis celebre, in quo quidam columnas illas eſſe exiſtimarunt, quæ Herculis columnæ nuncupantur. Eſt & urbs in hac inſula Gadir opulenta, quam alij uocant Erythræam, quidam Aphrodiſiam, alij Cotinuſam, & quidam ex noſtris Tarteſon, indigenæ uerò appellauerunt Iunonis inſulam. n ¶ Geryonem.) Eſt Geryon nomen regis Hiſpani, qui ob triplex regnum corpore triplicato fertur conſtitiſſe, quem Hercules interfecit, eiusq; boues abſtulit. Præfuit autem tribus inſulis, quæ adiacent Hiſpaniæ, in Balearibus ſcilicet & Gadibus.

æstus in nostrum mare o discidium orbis immittit. Nam ὠκεανὸς, quem Græci sic nominant à celeritate, ab occasu solis irrumpens, læuo latere Europam radit, Africam dextro, scissisq; Calpe & Abila montibus, quos dicunt columnas Herculis, inter Mauros funditur & Hispaniam: ac freto isti, cuius xv. millia passuum efficit longitudo, latitudo uix septem, quodam ostio aperit limen interni æquoris mistus medi terraneis sinibus, quos ad usq; orientẽ propelit. Horũ, qui Hispanias perfundit, p Ibericus fertur & Balearicus: qui Narbonensem prouinciam, Gallicus: mox Ligusticus, ab eo ad Siciliam Thuscus, quem Græci Ioniũ uel Tyrrhenũ, Itali inferum uocant. A Sicilia Cretam usq; Siculus: inde Creticus, qui in Pamphyliã & Aegyptium protendit mare: quæ aquarum moles q torto in septentrionem prius latere, anfractibus magnis iuxta Græcias & Illyricum, per Hellespontum in angustias stringitur Propontidos, quæ Propontis Europam Asiamq; discriminãs, ad Mæotida peruenit. Causas nominum non uniformis dedit ratio. Asiaticum & Phœnicium à prouincijs dictum: ab insulis Carpathium, Aegæum, Icarium, Balearicum, Cyprium: à gentibus Ausonium, Dalmaticũ, Ligusticum, Thuscũ: ab oppidis Adriaticum, Argolicum, Corinthium, Tyrium: à casibus hominum Myrtoum, uel Hellesponticum: à memoria regis Ionium: à bouis transitu, uel angustijs etiam meatibus boum peruijs, Bosphorus: à moribus accolarum Euxinus, ἀξενος antè appellatus: ab ordine fluenti, Propontis. Aegyptium pelagus Asiæ datur, Gallicum Europæ, Africum Libyæ: his ut quæq; proxima sunt, uenerunt in partes partium. Hæc in gremijs terrarum. Oras autem extimas oceanus amplectitur, qui à littoribus suis Arabicus, Persicus, Indicus, Eous, Sericus, Hyrcanus, Caspius, Scythicus, Germanicus, Gallicus, Atlanticus, Libycus, Aethiopicus dicit: r cuius accessus incremẽta circa littora Indiæ uehementissimè proruunt, maximosq; ibi exitus faciunt, siue quòd suspensus altius sustollatur ui caloris, seu quòd in ea parte orbis & fontium & fluminum

o ¶ Discidiũ orbis immittit.) *Suprà cap. 28. id figura ostendit, quomodo oceanus irrumpit in terram, diuiditq; Africam ab Europa, scindens in ipso ingressu montes Calpen & Abilam, qui Herculis columnæ esse putantur. Cæterũ oceanus Græcis uelocitatem significat, ob celeres commotiones & tempestates quæ excitantur in mari: nam ὠκὺς uelox dicitur: & fauces illæ ubi ingreditur terrã, quæ lõgitudine quindecim millium passuũ patent, in latitudine autẽ quinque millium, uel ut Solinus hic dicit, septem millium, fretũ Gaditanũ dicitur: nam habet Gades ad sinistram, & æstum Atlanticũ ad dextram. En tam modico ore, & per angustias illas, tam immensa æquorũ uastitas proditur.* p ¶ Ibericus & Balearicus.) *De his sinibus si libet plura legere, consule Plinium quinto capite libri tertij in fine.*

q ¶ Torto in septentrionem latere.) *Intelligit mare Aegæum: illud enim à mare mediterraneo flectitur in Boream, sortiturq; alia alijs locis nomina. Vbi primũ se coarctat, uocatur Hellespontus: deinde Propontis ubi se expandit: ubi iterũ preßit, Thracius Bosphorus: & rursum ubi effunditur, põtus Euxinus: quà paludi cõmittitur, Cimmerius Bosphorus. Palus ipsa appellatur Mæotis. Hos maris anfractus suprà capite 28. uel sensu aspicere poteris. Porrò diuersitas nominũ accidit mari, quod est elementũ unũ, pro locorũ appellationibus, sicut etiã multæ terræ, ut Africa, Hispania, Thracia, Macedonia, Syria, Aegyptus, Gallia, Italia &c. pro regionũ appellantur uocabulis, et tamen una est terra. A prouincijs denominata sunt maria, quæ uel maris imperiũ sortitæ sunt, uel nauigandi peritia plurimũ ualuerũt. Reliqua clara sunt in Solino, nisi fortè nescias quod sit Myrtoum mare: hoc interiacet intra Ionium & Aegæum, à Myrtilo Mercurij filio nomẽ habens, qui ibi præceps in mare datus est. Alij à Venere sic dictum uolunt, cui sit myrtus consecrata. Sic quoq; Hellespõtus dictus est ab Helle Athamantis filia ibi submersa. Euxinus uerò sic dictus propter sæuitiã incolarũ: sonat enim Græcis Euxinus bonũ hospitiũ, cuius contrarium hic accipiendũ est, sicut & antea sinus ille rectè uocatus fuit ἄξενος, id est, inhospitalis. Porrò Propontis nomen illud habet, quòd ante Pontum sita sit. Aegyptium uerò pelagus, quòd scilicet ultra Nilum orientem uersus est, Asiæ adscribitur. Et hæc omnia maria inter terræ gremia sunt, cum undiq; terris cingantur: non autem sic oceanus, qui solum unum continentis attingit littus.* r ¶ Cuius accessus.) *Sunt, inquit, maris Indici accessus incrementorũ causæ tres: Lunæ ipsius uis maior, solis ingens calor, unde aqua in altum tollitur, ut in feruente aqua nosse licet: & aquarum illò fluentium copia, de quibus & infra cap. 65.*

s ¶ Quibus

num copia sit effusior. Dubitatur etiam nunc, [s] quibus ex causis intumescat oceanus, uel qua tenus cum superfluus sibi fuerit, rursus in se re sidat. Nec in obscuro est, plura pro ingenijs dis- serentium potius, quàm pro ueritatis fide ex- pressa. Sed omissa ancipiti cõcurrentiũ quæstio ne, has opiniones probatissimas inuenimus. [t] Physici autumant mundũ animal esse, eumq; ex uarijs elementorũ corporibus conglobatũ, moueri spiritu, regi mente: quæ utraq; diffusa per membra omnia, æternę molis uigorem ex- erceant. Sicut ergo in corporibus nostris com- mercia sunt spiritalia, ita in profundis oceani nares quasdã mundi cõstitutas, per quas emissi anhelitus uel reducti, modò efflent maria, mo dò reuocent. At hi [u] qui syderum sequunt discipli nam, cõtendunt meatus istos cõmoueri lu- næ cursibus, adeò ut sic uicissitudines inter ma ciem aquarũ & plenitudinem, respiciant ad au ctus eius uel defectiones: neq; eodem semper tempore, sed prout illa aut mergat, aut surgat, uariant se alternantes recursus.

s ¶Quib. ex causis intumescat oceanus.) Quòd maria sic statis temporibus ac lunaribus horis fluunt & refluũt, quidam uentis idipsum totũ tribuũt, qui quoties uiolenter flauerint, undas maris cõcitant & euertunt. Aristot. uerò & Heraclitus à sole maris fluxus & refluxus fieri existimãt, quòd uidelicet solis propinquitate mare æstuans intumescat, fluens q; tandẽ proxima quæq; uerberet. Timæus flumina causatur per Celtarum montes Atlanticũ irrumpentia: protrudendo enim suo impetu mari æstum ciere, cõtraq; remisso, mare retrò denuò agere, & æstum tandẽ refluũ sic efficere. Sunt qui in sydera hunc redigant effectũ, nempe quòd ui eorũ maria sursum elata, in diuersum effluant. Quidam motũ terræ pro causa assignant. Sunt alij qui specum quendam ponũt, ex cuius hiatu aquæ sustolluntur & iactantur maria. Alij, qui et uerius scribere probantur, aiunt maris accessum fieri lunæ incremento, è diuerso decremento fieri recessus. Vnde Macrob. primo de som. Scipionis, tradit hos maris fluxus & refluxus uariari secundũ lunæ diuersitatẽ, ita ut oceanus primo nascentis lunæ die fiat solito copiosior, minuitur paulisper secundo, minoremq; uidet eum tertius quàm secũdus, & ita decrescendo ad diem septimũ peruenit: rursus octauus dies manet septimo par, & nonus fit similis sexto, decimus quinto, & undecimus fit quarto par, tertio quoq; duodecimus, & tertiusdecimus fit similis secundo; quartusdecimus primo. Tertia uerò hebdomas eadem facit quæ prima, & quarta quæ secunda. t ¶Physici autumant.) Stoici putarũt hunc mundum esse animatũ ac sensu præditũ, sic argumentantes: Fieri nõ potest ut sensu careat, quod sensibilia ex se creat: mundus autẽ generat hominẽ qui est sensu præditus, ergo & mundũ ipsum sensibilem oportet esse. Item sine sensu esse non potest cuius pars habet sensum: & cum homo sensibilis sit, etiã mundo, cuius pars homo est, oportet inesse sensum: unde & putarũt mundum suo anhelitu efficere hunc fluxum, & retrahere suo spiritu undam. Sic & Strabo primo Geographiæ lib. scribit: Mare, inquiens, natura ipsa refluens terram reuerberat: animantibus enim simile est. Sicut enim illæ spiritũ assiduè admittũt & remittunt, sic mare semper in se & ex se recurrenti quadam agitatione mouetur. Id autẽ perstanti in littore indicat fluctuatio: pariter enim alluuntur & undantur, et rursus alluuntur, & istud assiduè, & fluctui supercurrit quoq; unda, & si tranquillũ sit, uim quandam maiorem habet, ut omnia aliena eijciat in terrã. u ¶Qui syderũ sequũtur disciplinã.) Astrologorũ cõstans sententia est, lunã humidis prædominari, quemadmodũ solem calidis: unde cõsequens est, ut super regionẽ quancunq; eleuata luna fuerit, in ea maris aqua directè sursum tollatur, ueluti naturalẽ eius sequens causam, instar Magnetis ferrũ attrahentis. Aliorũ opinio est id accidere angulorũ diuersitate, quos lunæ radij super aquas faciũt, dum uel luna oritur, uel in cœli medio extiterit. Aristot. lib. quem de element. proprietate inscripsit, ca. 6. sic inquit: Cum æquat luna cœli mediũ, ad suã formã reuertitur maris aqua: deinde cũ occidere cœpit, etiã incipit extẽdi aqua donec in cardine inferiori luna fuerit, tuncq; diminui aqua incipit, quẽadmodũ cũ luna oriri uult, aqua augeri mox incipit.

De Libya, hortis Hesperidum, ac monte Atlante. Cap. XXXVII.

DE Hispania excursus in Libyam. Nam Belonæ progressus, quod Bæticæ oppidum est, ultra inferiacens fretum trium & triginta milliũ passuum, Tingi excipit, Mauritaniæ nũc colonia, & cuius

SCHOLIA CAP. XXXVII.

Hactenus Solinus egit de Europa, & de his quæ in ea digna relatu uisa sunt, nunc stylum uertit ad describendã Libyam siue Africam. Veteres quidam Geographi littoralem Africam in quatuor diuiserunt prouincias, Mauritaniã, Numidiam, Africam minorem & Cyrenaicam. Posteriores uerò plures præter memoratas in ea prouincias fecerunt, nempe Libyam interiorem, Carthaginẽ, duplicem Mauritaniã, Aethiopiã &c. De Hispania itaq; prima parte Europæ facit Solinus excursum, id est, transitũ in Africam, à Belone scilicet oppido Bæticæ, ad Tingi

&cuius primus autor Antæus fuit. Porrò quia in illo ambitu [a]Aegyptiũ finit pelagus, & Libycum incipit, placuit ut Africam Libyam dicere mus. Quidã tamen Libyam à Libya Epaphi filia, Africam autẽ ab Afro Libys Herculis filio, potius dictam receperũt. Lix quoq; colonia in eodẽ tractu cõstituta est, ubi [b]Antæi regia, qui implicandis explicandisq; nexibus humi melius sciens, ueluti genitus matre terra, ibidẽ ab Hercule uictus & extinctus est. Nam de [c]hortis Hesperidũ, & peruigili dracone, ne famæ licentia uulneret, fides & ratio hæc est. Flexuoso meatu æstuariũ è mari fertur, adeò sinuosis lateribus tortuosum, ut uisentib. procul lapsus angueos fracta uertigine mentiat. Itaq; quod hortos appellauere circundat: unde pomorũ custodem interpretantes, struxerũt iter ad mendaciũ fabulandi. Sed hæc insula sinuata sinibus aluei recurrentis, & in quibusdã æquoris spiris sita, præter arbores oleastri similes, & aram sacram Herculi, aliud nihil præfert quod propaget uetustatis memoriã. Verũ ultra frutices aureos, et metalla frondentia, illud magis mirũ, quòd solum inferiore licet libra depressius, nunq; tamẽ [d]accessus freti superlabitur, sed obstaculo naturalis repaguli in ipsis marginib. hæret unda, & intimis orarũ supercilijs sponte fluctus in gyrũ resistunt: ita spectando loci ingenio nimirũ planicies manet sicca, quãuis prona superueniant æquora. Sala oppidum imminet Salæ flumini: ab hoc per [e]Autololum gentẽ iter est in Atlantícas solitudines. Atlas [f]mons è media arenarũ consurgens uastitate, & eductus in uicíniam lunaris circuli, ultra nubila caput condit. Quà ad oceanum extenditur, cui à se nomen dedit, manat fontibus, nemoribus inhorrescit, rupibus asperat, [g]squalet ieiunio, humo nuda, nec herbida.

oppidũ Mauritaniæ Cæsariẽsis, quod olim cõdidit Antæus. *a* ¶ *Aegyptiũ finitur pelagus.*) *Hoc uult, quòd totũ mare rubrũ nõ Aegypto cõnumeratur, sed pars quædam Libyæ adscribitur: nã ubi finitur Aegyptiũ pelagus, ibi incipit Libycũ. Quod autem quidam Libyam à Libya Epaphi filia dictam putant, Hebraica ueritas Geneseos cap. decimo, aliter habet, nempe quòd Mizraim genuit Ludim. Per Mizraim autem in Hebraismo intelligitur Aegyptus, & per Ludim Libya, quòd scilicet eas regiones occuparunt, & earum dominio potiti sunt Mizraim & Ludim, nomina sua eis imponẽtes.* *b* ¶ *Antæi regia.*) *Narrantur multa fabulosa ab autoribus de isto Antæo & eius magnitudine, sed reijcimus hic ludicra, et quæ ueri similia uidentur acceptamus.* *c* ¶ *De hortis Hesperidũ.*) *Atlas ex Hesperide coniuge septem filias procreasse dicitur, quæ à matris nomine Hesperides, & à patre Atlantides dictæ sunt. Vide fabulam apud Statium 2. Thebaid. Has Hesperides hortũ habuisse fertur, in quo erant mâla aurea Veneri cõsecrata, quæ Hercules missus ab Eurystheo rege Argiuorum, occiso peruigili dracone (sic nomen erat custodis) sustulisse dicitur. Reuera autem nobiles fuerũt puellæ, quarum greges abegit Hercules, occiso eorum custode, unde mâla is fingitur sustulisse, hoc est, oues. Mâla enim, id est, μῆλα, & poma & oues significant. Solinus tamen hic draconem interpretatur flexuosum meatũ &c. dicitq; locum illum intra se amplecti insulam, quam æstus maris non inundat, in qua arbores crescunt oleastri similes. Est autem oleaster arbor quæ nec cariem nec uetustatem sentire dicitur, cuius ramis primus Hercules coronatus est.* *d* ¶ *Accessus freti.*) *Strabo libro ult. de huius loci specu sic scribit: Dicunt in Emporico sinu antrũ esse, quod interius suscipit usq; ad septem stadia. In eius autem fronte locum esse humilem & planũ, in quo Herculis ara sit, eamq; minimè obrui ab influxu: quod ego, inquit, unum ex figmentis puto. Hoc Hesperidum pomariũ in Aethiopia Placidus fuisse tradit, in quo poma aurea nascebantur.* *e* ¶ *Per Autololum gentem.*) *Autololes Africæ populi, sola pedum pernicitate memorabiles sunt. Vnde de homine mira pedum celeritate prædito dicitur prouerbialiter, Autololibus fugacior.* *f* ¶ *Atlas mons.*) *Plin. cap. primo quinti naturalis historiæ, sic scribit de hoc monte: Atlantem è medijs arenis in cœlum attolli prodiderunt, asperum, squalentem, quà uergat ad littora oceani, cui cognomen imposuit. Eundem opacũ, nemorosum, & scatebris fontium riguum: quà spectat Africam, fructibus omniũ generum sponte ita subnascentibus, ut nunquam satietas uoluptatibus desit. Incolarũ neminem interdiu cerni, silere omnia, haud alio quàm solitudinũ horrore, subire tacitam religionem animos propius accedentes, præterq; horrorem elati super nubila atq; in uiciniam lunaris circuli, eundemq; noctibus micare crebris ignibus, Aegipanũ, Satyrorumq; lasciuia, impleri tibiarum ac fistulæ cantu, tympanorũ & cymbalorũ sonitu strepere. Strabo quoq; de hoc monte sic scribit: Atlas undiq; teres, &, ut fertur, adeò celsus, ut eius cacumen nequeat cerni, quòd à nubibus nunquam relinquatur, neq; hyeme neq; æstate. columnam cœli illum esse indigenæ aiunt.* *g* ¶ *Squalet ieiunio.*) *Destituitur humore, & ob id*

bida. Quà Africam cõtrauersus est, opimus nascentibus sponte frugibus, arboribus proceris opacissimus, quarũ odor grauis, comæ cupressi similes, uestiunt lanugine, sericis uellerib. nihilo uiliore. In eo latere & herba [h] Euphorbia copiosa, cuius succus proficit ad ocularia claritatem, & multiplex præsidiũ sanitatis, nec mediocriter percellit uim uenenorũ. Vertex semper niualis. Saltus eius quadrupedes ac serpentes feræ, & cum his elephanti occupauerũt. Silet per diẽ uniuersus, nec sine horrore secretus est. Lucet nocturnis ignibus, [i] choris Aegipanum undiq; personatur. Audiunt & cantus tibiarum, & tinnitus cymbalorũ per oram maritimam. A Lixa abest quinq; & ducentis millib. passuũ. Lix à Gaditano freto centũ duodecim millibus, habitatus antea, ut indicat loci facies: quondam cultu exercita, in qua usq; adhuc uitis & palmæ extant uestigia. Apex Perseo & Herculi peruius, cæteris inaccessus, ita fidẽ arum inscriptio palàm facit. Quà spectat occasum, inter ipsum & flumen Anatim [k] quadringenta nonagintasex millia passuũ infames bestijs syluæ obsident. Amnes circa eum non tacendi, qui licet separentur interuallis ampliorib⁹, transierunt tamen in quoddam Atlantici mõtis ministeriũ. Asana marino hausto, Bambothum crocodilis & Hippopotanis refertum. Vltrà adhuc amnis qui atro colore exit per intimas & exustas solitudines, quæ torrente perpetuo, & sole nimio, plus quàm igneo, nunq; ab æstu uindicatur. Hæc de Atlante, quem Mauri Dyrin nominãt, & Hannonis Punici libri, & nostri annales prodiderunt. [l] Iuba etiã Ptolemæi filius, qui utriusq; Mauritaniæ regno potitus est. Suetonius quoq; Paulinus summam huic cognitioni imposuit manum, qui ultra Atlantem primus, & penè solus Romana signa circuntulit.

ob id caret herbis & arboribus uiridibus.

h ¶*Euphorbia.*) *Vide Plinii de hac herba cap. 7. uicesimiquinti natur. historiæ.*

i ¶*Choris Aegipanum.*) *Sunt Aegipanes monstra habentia pedes caprinos, quæ stulta gentilitas pro dijs coluerunt, sacrificia annua obtulerũt, atq; templa cõstruxerũt: de quibus & infrà cap. 44.* *k* ¶ *Per quadringenta.*) *Apud Plinium cap. 1. quinti legitur, per 485. millia passuum. De fluuio Asana habes apud eundem Plin. Ptolemæus habet Asama. De crocodilis & hippopotamis dicetur infrà cap. 45.*

l ¶*Iuba etiam Ptolemæi filius.*) *Apud Plinium cap. 1. quinti legitur: Iuba Ptolemæi pater, qui primus utriq; Mauritaniæ imperauit, studiorũ claritate memorabilior etiã quàm regno, similia prodidit de Atlante. Quid si legas, Iuba etiam Iubæ filius. Strabo lib. ult. Paulò, inquit, ante nostra tempora, Bogus & Bocchus reges, Romanorum amici, eam tenebant, quibus deficientibus, Iuba succeßit in imperio. Is Iubæ filius fuit eius qui contra diuum Cæsarem, cum Scipione bellum geßit. Cum uerò Iuba nuper diẽ obijsset, succeßit in imperio Ptolemæus, ex Antonij & Cleopatræ filia ortus. Hucusq; Strabo. Fuit ergo Iuba iunior Iubæ filius, & Ptolemæi pater.*

De Mauritania, & de elephantis, atq; draconibus, & unde fiat cinnabaris. Cap. XXXVIII.

Prouincijs Mauritanijs Tingitana quà solstitiali plagæ obuia est, quaq; porrigitur ad internum mare, exurgit montibus septem, qui à similitudine fratres appellati, freto imminent. Hi montes elephãtis frequentissimi sunt. Monet à principio hoc animantiũ genus dicere. Igitur [a] elephanti iuxta sensum humanũ intellectum habent,

SCHOLIA CAP. XXXVIII.

Geographi duas Mauritanias esse dicunt, Tingitanam & Cæsariensem, à colonijs dictas Tingi & Cæsaria. Est autem nomen Mauritaniæ græcum, Græci enim μαυρὸν nigrum dicunt: & Mauritani sic uocati sunt propter nigredinem, id quod eis propter solis propinquitatem contingere certum est. Porrò quod hic Solinus narrat de septem Mauritaniæ montibus, quos fratres appellant, habet à Plinio, qui hæc eadẽ scribit cap. 2. libri quinti, dicens eos fratres appellatos à simili altitudine. *a* ¶*Elephanti.*) *De hoc animante copiosiora inuenies apud Plin. à primo capite usque ad 12. libri octaui. Habes & apud Aristot. plura, cap. primo, quinto & sexto, lib. secundi, & item capite nono, octaui, & cap. 46. noni, de natura animalium. Est, inquit Plinius, terrestrium animalium maximum elephas, proximumq; humanis sensibus: quippe intellectus illis sermonis patrij, & in primis obedientia, officiorumq; quæ didicere memoria, amoris & gloriæ uoluptas, imò uerò (quæ etiam in*

homine rara) probitas, prudentia, æquitas: religio quoq; syderum, solisq; ac lunæ ueneratio. Autores sunt, in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem, cui nomen est Anulo, nitescente luna noua, greges eorum descendere, ibiq; se purificantes solenniter aqua circumspergi, atq; ita salutato sydere in syluas reuerti. b ¶ Duo eorum genera.) Quidam scribunt tria elephantorũ esse genera, alios palustres, montanos alios, tertios campestres. Indi tradunt eos qui in paludibus capiuntur, dementes leuesq; esse: montanos uerò peruersos & insidiosos, & nisi alicuius rei indigeant, minimè erga homines firmi. Campestres autẽ benigni perhibentur & mansueti, etiã imitationis amatores: nam tripudiant, & ad fistulæ sonitũ saliunt, seq; à terra saltando subleuant. Indicis sunt Arabici minores, quos appellant nothos, qui ab Indicis plurimum degenerant. Nothus uocatur qui natus est ex uxore non legitima. c ¶ Candore dentium.) Commune id ferè est cunctis animantibus, ut senecta dentibus candorẽ adimat. In equis tamen contrà agitur, nam in senectute candidiores illis redduntur. De elephanti dentium usu sic scribit Plinius cap. tertio octaui: Circa dentes belli cura summa: alterius mucroni parcunt, ne sit præ lijs hebes, alterius operario usu fodiunt radices, impelluntmoles. d ¶ Vt ebore damnato.) Idem astus est & in Castoribus, ut suprà cap. 23. dictum est. Quot hic inuenias homines, qui seruandi opes gratia seipsos morti frequenter exponunt? A nemine cõtemni debet Catonis salubre illud præceptum: Quæ nocitura tenes, quamuis sint chara relinque. e ¶ Oberrant agminatim.) Eadem ferè uerba habet Plinius cap. 5. octaui. Apollonius tamen Tyanæus de transitu amnium diuersum uidit, nam Philostratus sic de eo scribit: Cum uideret Apollonius elephantes Indum flumẽ transeuntes, illorumq; essent circiter triginta, utebantur duce eo qui inter ipsos minimus erat: maiores uerò ipsorum super dentium eminentias pullos gestabant, proboscide tanquam uinculo ipsos complectentes. De clementia elephantorum habes apud Plinium capite quarto octaui. f ¶ Si quando pugnatur.) Plinius cap. 7. octaui hunc locum sic describit: Equitatu circumuenti, infirmos aut fessos uulneratósue in medium agmen recipiunt, ac uelut imperio ac ratione peruices subeunt. Capti celerrimè mitificantur hordei succo. Alienæ quoque religionis (ait idem) intellectu, creduntur maria transituri non antè naues conscendere, quam inuitati rectoris iureiurando de reditu. Cæterum quòd in annos trecentos uiuere hic commemorantur, ratio est secundum diuum Ambrosium, quòd omnia sibi ad magnitudinem membra conueniunt, ideoq; non distincti, ut nobis, sed compacti artus sunt, quò sint robustiores. Quàm citò hominibus si diu steterint aut uelocius cucurrerint, iugiter ambulauerint, genua uexantur & plantæ: coniuncta enim & articulata, facilius quàm concreta atque solidata, aut doloris sensum, aut casum offensionis admittunt. Scribit Philostratus Apollonium inuenisse apud urbem Taxilam omnium urbium Indiæ maximam,

bent, memoria pollent, syderũ seruant disciplinam. Luna nitescente gregatim amnes petũt, mox aspersi liquore, solis exortũ motibus quibus possunt, salutãt: deinde in saltus reuertuntur. b Duo eorũ genera sunt: nobiliores indicat magnitudo, minores nothos dicunt. c Candore dentium intelligĩ iuuenta: quorum alter semper in ministerio est, alteri parcitur, ne hebetatus assiduo repercussu, minus uigeat, si fuerit dimicandum. Cum uenatu premũtur, pariter confringunt utroscp;, ut d ebore damnato nõ requirantur: hanc enim sibi causam periculi præsentiunt. e Oberrant agminatim. Natu maximus ducit agmen, ętate proximus cogit sequẽtes. Flumen transituri minimos antemittũt, ne maiorũ ingressus alueum atterant, & profundos depressis uadis gurgites faciant. Venerem ante annos decem fœminæ, ante quinq; mares nesciunt. Biennio coëunt, quinis nec amplius in anno diebus, nõ prius ad gregarium numerum reuersuri, quàm uiuis aquis abluanẽ. Propter fœminas nunquam dimicant: nulla enim nouerunt adulteria. Inest illis clementię bonũ: quippe si per deserta uagabundum hominem fortè uiderint, ductus usque ad notas uias præbent: uel si confertis pecoribus occursitent, itinera sibi blanda & placida manu faciunt, ne quod obuium animal interimant. At cõflictu fortuito f si quando pugnatur, non mediocrem habent curam sauciorum: nam fessos uulneratosq; in medium receptant. Cum captiuitate uenerint in manus hominũ, mansuescunt hausto hordei succo. Maria transmeaturi naues nõ prius subeunt, quàm de reditu illis sacramentũ luatur. Indicos elephantos Mauri timent, & quasi paruitatis suę conscij, aspernantur ab his uideri. Nõ annis decẽ, ut uulgus, sed biennio, ut Aristoteles definit, utero graueścũt, nec amplius quàm semel gignũt, nec plures quàm singulos. Viuũt in annos trecentos, impatientissimi fri-

mi frigoris. [g] Truncos edunt, lapides hauriũt, gratiſsimas in cibatu palmas habent. Odorem muris uel maximè fugiunt. Pabula etiam quæ à muſculis contacta ſunt, recuſant. Si quis caſu chamæleontem deuorauerit, uermem elephantis ueneficum, oleaſtro ſumpto peſti medetur. [h] Duriſsimum dorſo tergus eſt, uentri mollius. Setarum hirſutiæ nullæ. Inter hos & dracones [i] iugis diſcordia. Denicq; inſidiæ hoc aſtu præparant: ſerpentes propter ſemitas deliteſcunt, per quas elephanti aſſuetis callibus euagãtur, atcq; ita prætermiſsis prioribus poſtremos adoriunt, ne qui anteceſſerint, ualeant ultimis opitulari: ac primum pedes nodis illigant, ut laqueatis cruribus impediant gradiendi facultatem. Nam elephanti niſi præuenti hac ſpirarũ mora, uel arboríb. ſe, uel ſaxis applicãt, ut pondere nitibundo attritos necent angues. Dimicationis præcipua cauſa eſt, quòd elephantis, ut aiunt, copioſior & frigidior ineſt ſanguis, & ob id à draconibus auidiſsimè torrente captantur æſtu. Denicq; nunc̃q; inuadunt niſi potu grauatos, ut uenis propenſius irrigatis maiorẽ ſumant de oppreſsis ſatietatem. Nec aliud magis quàm oculos petunt, quos ſolos expugnabiles ſciunt: uel interiora aurium, quòd is tantum locus defendi non poteſt proboſcide. Itacq; cum ebiberint ſanguinem, dum ruunt belluæ, dracones obruuntur: ſic utrinq; fuſus cruor terrã imbuit, fitcq; pigmentũ quicquid ſoli tinxerit, quod [k] cinnabarim uocant. Elephantes Italia anno urbis conditæ quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo in Lucanis primùm [l] bello Epirotico uidit, & boues lucas inde dixit. Cęſarienſi coloniæ [m] Cæſaria ineſt, à D. Claudio deducta, [n] Bocchi prius regia, poſtmodum Iubæ indulgen-

maximam, elephantẽ, quem incolæ aiebant eſſe unum ex his qui pro rege Poro contra Alexandrum Magnum pugnauerat: quem & Alexander, quòd tam ſtrenuè pugnauerat, Soli dicauit, & torques aureos circa cornua adaptauit, & in torquib. græcè ſcribi fecit, Alexander Iouis filius, Aiacem (nomen erat elephanti) Soli magnum nomine exornans. Conijciunt autem indigenæ, interceßiſſe tempus 350. annorum.

g ¶ *Truncos edunt.*) Ex Plinio *cap. 12. lib. octaui: Et terram, inquit, ediſſe, ijs tabificum eſt, niſi ſæpius mandant: deuorant autem & lapides. Trũcos quidem gratißimo in cibatu habent: palmas excelſiores fronte proſternunt, ac ita iacentium aſſumunt fructum, mandunt ore.* De Chamæleonte habes *infra cap. 53.* *h* ¶ *Duriſsimũ.*) Plinius *cap. 10. octaui: Duriſsimum dorſo tergus, uentres molles: ſetarũ nullum tegumentum, ne in cauda quidem præſidium abigendo tædio muſcarum, nanq; & id tanta uaſtitas ſentit &c.* *i* ¶ *Iugis diſcordia.*) *Hanc draconum & elephantum pugnam,* Plinius *lib. 8. ſic explicat: Mira animalium pro ſe cuiq; præcipua ſolertia eſt, ut ijs una ſcandendi in tantam altitudinẽ difficultas. Draco itaque iter ad pabula ſpeculatur, ab excelſa arbore ſe inijcit. Scit ille imparẽ ſibi luctatũ contra nexus, itaq; arborũ aut rupium attritũ quærit. Cauent hoc dracones, ob idq; greſſus primũ alligant cauda, reſoluunt illi nodos manu: at hi in ipſa nare caput condunt, pariterq; ſpiritũ præcludũt, & molliſsimas lancinant partes. Iidem obuij deprehenſi in aduerſos erigunt ſe, oculosq; maximè petunt, ita fit ut plerunq; cæci ac fame et mœroris tabe cõfecti reperiantur. Cauſa dimicationis fertur eſſe, quòd elephantis frigidiſsimus ſit ſanguis, & ob id æſtu torrente præcipuè à draconibus expetitur: quamobrem in amnes merſi, inſidiantur bibentibus, arctatisq; illigata manu, in aurem morſum defigunt, quoniam is tantum locus defendi nõ poteſt manu. Dracones ſunt tanti, ut totum ſanguinem capiant: itaq; elephanti ab ijs ebibuntur, ſiccatiq; concidunt, & dracones inebriati opprimuntur commoriunturq;.* *k* ¶ *Cinnabarim.*) Plinius *cap. 7. lib. 33. naturalis hiſtoriæ hunc locum ſic explicat:* Vocant Græci minium μίλτον, *quidam cinnabarim: unde natus error Indico cinnabaris nomine: ſic enim appellant illi ſaniem draconis eliſi elephantorum morientiũ pondere, permixto utriuſq; animalis ſanguine. Neque alius eſt color, qui in picturis propriè ſanguinem reddat humanum.* *l* ¶ *Bello Epirotico.*) *Quod ſiliicet cõtigit ſub rege* Pyrrho: *tunc inquam apud Lucanos, qui populi ſunt Italiæ, ſiti inter Calabros & Apulos, uidit Italia primũ elephantes, & inde uocauit eos boues lucas, à luce ſcilicet ipſa, quòd clypeis aureis relucebãt, qui in turribus in eis erectis conſpiciebantur: uel, ut alij putant, à Lucania in quam introducti fuerunt, boues Lucæ nomen acceperunt.* *m* ¶ *Cæſareã.*) Plinius *cap. 2. quinti ſic habet: Oppidum ei celeberrimum Cæſarea, antea uocatum Iol, Iubæ regia, à diuo Claudio coloniæ iure donata, eiuſdem iuſſu reductis ueteranis.*

n ¶ *Bocchi.*) De Boccho Maurorum rege ſcribunt Liuius *lib. 66. &* Salluſtius *in Iugurtha.* De Syphace Numidiæ rege ſcribit quoque Liuius *lib. 29. & 30.* Porrò *urbs Icoſium ſic uocata fuit à uiginti Herculis comitibus qui illam condiderunt. Nam* εἴκοσι *græcè, latinè uiginti ſignificat.*

dulgentia populi Romani dono data. Ineſt & oppidum Siga, quod habitatum Siphaci fuit. Nec ab Icoſio taciti recedamus: Hercule enim illac tranſeunte, uiginti, qui à comitatu eius deſciuerant, locũ deligũt, iaciunt mœnia, ac ne quis impoſito à ſe nomine priuatim gloriaretur, de condentiũ numero urbi nomẽ datũ.

De Numidia, & in ea urſis. Cap. XXXIX.

QVod eſt à flumine Ampſaga, Numidiæ datur. Huius incolæ quandiu errarunt pabulationibus uagabundis, Nomades dicti ſunt. Vrbes in ea quãplurimæ, nobiles q̃, ſed [a] Cirta eminet, dein Cullu purpurario fuco Tyriis uelleribus comparata. Omnis hæc regio finibus in [b] Zeugitanum limitem deſinit: qua parte ſylueſtris eſt, feras educat: quà iugis ardua, equos alit. Exímio etiã marmore prædicatur. Numidici urſi forma cæteris præſtant, rabie duntaxat & [c] uillis profundioribns: nam genitura par eſt quoquo loco editis: eam protinus dixero. Coëunt non itidem quo quadrupedes aliæ, ſed aptí amplexibus mutuis, uelut humanis coniugationibus copulantur. Deſideriũ ueneris hyems ſuſcitat. Secreti honore reuerentur mares grauídas, & in iſdẽ licet foueis, partitis tamẽ per ſcrobes ſecubationibus diuidunt. Lucinæ illis properatius tempus eſt, quippe uterũ trigeſimus dies liberat: unde euenit, ut præcipitata fœcunditas, informes creet partus. Carnes pauxillulas edunt, quibus color cãdidus, oculi nulli, & de feſtina immaturitate tantum rudis ſanies, exceptis unguiũ lineamentis: has lambendo ſenſim figurant, & interdum ad pectora fouent, ut aſſiduo incubatu calfactæ animalẽ trahant ſpíritum. Interea cibus nullus. Sanè dieb. primis XIIII. matres in ſomnũ ita concidunt, ut nec uulneribus excitari queant. Enixę quaternis latent menſibus: mox egreſſæ in diem liberum, tantam patiũtur inſolentiam lucis, ut putes obſitas cæcitate. [d] Inualidum urſis caput, uis maxima in brachiis & lumbis, unde interdum poſticis pedibus inſiſtunt. [e] Inſidiantur aluearibus apum, maximè fauos appetunt, nec auidius aliud quàm mella captant. Cum guſtauere mandragoræ mala, moriuntur. Sed eunt obuiam, nemaſcholia cap. xxxix.

Scribit Plinius cap. 3. libri quinti, Ampſagam flumen principium eſſe Numidiæ, Thuſcam uerò fluuium finem eius. Mela quoq; ſcribit Numidiam eſſe anguſtiorem quàm Mauritaniam, ſed cultiorem atq; ditiorem. Dicti ſunt præterea incolæ eius Nomades, u permutato in o, quaſi paſtores. Fuerũt enim olim Nomades paſſim uagantes, quòd nullam certam ſedem haberent.

a ¶ Cirta.) Scribit Strabo hanc urbem eſſe mediterraneam, munitiſſimam & optimè ſtructam, cum à cæteris, tum à Micypſa rege, eamq; tantam effeciſſe, ut decem equitũ millia & peditũ uiginti millia emitteret. Cæterũ Cullu urbem Hermolaus putat à Ptolemæo uocatam Colopem.

b ¶ In Zeugitanũ limitem.) Zeugitana regio, inquit Martianus, ea eſt quæ propriè uocatur Aphrica. *c ¶ Villis profundioribus.) Natura urſi omnes hirſuti ſunt ac uillis aſperis: unde prouerbiũ natũ eſt, Vrſis aſperior piloſiorq;: dicituríq; de homine qui eſt præ cæteris piloſior ac hirſutior. Et quod ſubditur de genitura, id uult, quòd generandi modus par eſt, ſed nõ uulgaris quadrupedum more, quin magis ambobus cubantibus cõplexisq; generandi abſoluunt rationẽ, idq; ſub hyemis initium: deinde in ſpecubus ſecedunt mares à grauidis honoris gratia, in quibus illæ pariũt tricesimo die. Nam fert urſa uterũ dies triginta, ut Lucinæ ſeu genituræ tempus illi properatius ſit: unde fit, ut æditus fœtus pauxillam & informẽ habeat carnem, ſitq; paulò maior muribus, ſine oculis, ſine pilo, ungues tantũ prominent. Hanc tamen informem generationẽ, urſus & urſa lambendo paulatim figurant. Interim autẽ quo latent in ſpecubus, uiuũt ſine cibo, ſolo pedũ priorum ſuctu, uel quòd cibi uicem ſuppleat humor nimius. Ariſtot. ſic ſcribit: Fœtu grauida urſa, uel à nemine, uel à pauciſſimis capta eſt. Tempore ſui latibuli hoc animal nihil edere certum eſt, quippe quòd neq; exeat, & captũ, uentre, inteſtino inani uideatur. Idipſum quidem non ſine cauſa à natura excogitatum eſt, ne ſcilicet huius feræ uires in perniciem cæterorum, ſi nimis eſſent ualidæ, uerti poſſent.* *d ¶ Inualidum caput.) Leo habet caput fortiſſimum, urſus uerò inualidiſſimum, & ob id urgente ui præcipitaturus ſe ex aliqua rupe, manibus capite operto iacitur, ac ſæpe in arena colaphis inflictis exanimatur.* *e ¶ Inſidiantur aluearibus.) Dicit Ariſtot. cap. 5. octaui nat. animal. urſum eſſe animal omniuorum, quippe qui & fructus arboris quas conſcendunt corpore lubrico edat, & legumina*

ne malum in perniciem conualescat, & formicas deuorant ad recuperandam sanitatem. Si quando tauros adoriuntur, sciunt [f] quibus potissimũ partibus immorentur, nec aliud quàm cornua aut nares petũt: cornua, ut pondere defatigent; nares, ut acrior dolor sit in loco teneriore. ¶ M. Messala Consule, L. Domitius Aenobarbus curulis ædilis ursos Numidicos centum, & totidem Aethiopas uenatores in circo Romano edidit, idq; spectaculum inter memorabiles titulos annotatur.

mina, & apes, perfringens alueos, & cancros, & formicas: uescitur & carne.

f ¶ *Quibus partib. immorentur.*) *Aristot. ubi suprà sic scribit: Vrsus uiribus suis confidens inuadit non solum ceruos, sed etiam sues feros, si clàm repenteq; potuerit agere. Taurum aperto marte aggreditur: conserta iam pugna sternit se resupinũ, dumq; taurus ferire conatur, ipse suis brachijs amplectitur cornua, ore morsus armis defigit, prosternitq; aduersariũ.* *g* ¶ *M. Messala.*) *Plin. cap. 36. octaui, utrunq; nominat consulem, uidelicet M. Pisonem & M. Messalam. Et quod subijcitur de circi spectaculo, nemo ignorat quàm mira ursi sit uersutia etiam cicurati. Quando adhuc liber est, quoties se præpinguem senserit, latebras quærit, ubi tandiu latitat cibo abstinens, donec pinguedo, qua corpus inhabile redditur, resoluatur omnino. Rursus si quando specus latendi causa petierit, non pedibus, sed resupina scipsam trudens locum ingreditur, ne à uenatoribus eius uestigia deprehendantur.*

De Africa, de leonibus, de hyæna, de uarijs serpentũ differentijs, de gemmis, deq; monstrosis animalium generibus, ac alijs in ea regione memoratu digniſsimis. Cap. XL.

OMnis Africa à Zeugitano pede incipit, promontorio Apollinis Sardiniæ controuersa, promontorio Mercurij procedens in frontem Sicanã. Proinde extenta in duas prominentias, quarũ altera promontorium Candidum dicitur: alteram, quæ est in Cyrenaica regione, Phicuntem uocant. Ea per sinum Creticum opposita Cretæ insulæ, contra [a] Tænaron Laconicæ excurrit arenis. Catabathmos Aegypto insinuata, cui proxima Cyrenensis extenditur inter duas [b] Syrtes, quas inaccessas undosum ac reciprocum mare efficit, cuius sali defectus uel incrementa haud promptũ est deprehendere, ita incertis motibus nunc in breuia rescinditur dorsuosa, nunc æstibus inundat inquietis. Varro autor est, perflabilem ibi terrã uentis penetratibus, subitã uim spiritus citissimi aut reuomere maria, aut resorbere. Omnis hæc plaga ab Aethiopia & terminis Asiæ, [c] Nigri flumine, qui Nilũ parit, ab Hispania freto scinditur: latere quo ad meridiem uergit, fontiũ inops, & infamis siti; altrinsecus quà septentrionẽ patitur, aquarum larga: in [d] agro Byzacæno, qui patet passuũ ducentis uel amplius millibus, glebis ita præpinguibus, ut iacta ibi semina cũ incremento centesimæ frugis renascant. Externos in ea plurimos conuentasse, argumentum de urbibus & locis dabimus. Borion promontorium,

SCHOLIA CAP. XL.

Africa semel capitur pro tertia orbis parte, includens omnes meridianas regiones, Mauritaniam, Numidiam, Cyrenen, Libyam, Aegyptum &c. Alio modo capitur pro singulari & distincta prouincia, quæ secundũ Ptolemæũ includit Numidiã, uocaturq; Africa minor, & fuit olim Carthaginensibus subdita. Martianus uocauit eam Zeugitanam regionem, & habet tria promontoria atq; duos sinus. Primum promontorium uocatur Candidum, alterum Apollinis, & est è regione Sardiniæ: tertiũ Mercurij, ex aduerso Siciliæ. Sinus unus uocatur Hipponensis, ab Hippone oppido: alter Creticus. *a* ¶ *Tænaron.*) *Est Tænaron Laconicæ promontoriũ, de quo & suprà cap. 12.* *b* ¶ *Syrtes.*) *Sunt Syrtes loca maris periculosa, ubi aqua fluctibus trahitur, unde magna maris & terræ cõsurgit inæqualitas, ut in uno loco sit profundiſsima, in alio uerò uadosa, spiranteq; uento, cumulus arenæ qui supra mare fuerat, in profundiſsimas resideat ualles, et rursum qui deprimebatur, mox super aquas egeratur: unde nomen ipsum deriuatur à græco uerbo σύρειν, quod trahere significat.* *c* ¶ *Nigri flumine.*) *Scribit Plinius Nigri fluuio eandem esse naturã quæ Nilo. Nam gignit calamum, papyrum, & animantia eadem, ijsdemq; augetur temporibus. Huius fluminis Ptolemæus non meminit in suis tabulis.* *d* ¶ *In agro Byzacæno.*) *Quidam uocant hanc fertiliſsimam regionem Byzacium, alij Byzacitin, alij Byſſacitas, alij Gyzantas, & rursum alij Byſſatida. Ad hanc itaque ex uarijs locis externæ gentes commigrant, præsertim*

Græci. Cæterum promontorium Borion idem est quod aquilonare, quòd is uentus illi loco sit infestus. Sic quoq; Hippon nomen accepit ab equitibus, seu equorum nutritoribus: & Clypea ab aspide, nam ἀσπὶς Græcis scutum dicitur. Erycinæ uerò religiones, sunt ceremoniæ Veneri exhibitæ, sic dictæ à monte Siciliæ Eryce, in quo Eryx Siculus Veneri templum extruxit. Et quandò mox subijcitur, ternarius ciuitatum Tripoleos, quidam eas ciuitates sic enumerant, Oeæ, Taphræ, Leptis magnæ, ut redundet Abrothonum. Alij aliter sentiunt.

quod Aquilone cædit, Græci aduenæ sic uocauerũt. Hipponẽ, Rhegium postea dictũ, item Hipponem alterũ de interfluente freto Diarrhyton nuncupatũ, nobilissima oppida, equites Græci condiderũt. Clypeam ciuitatem Siculi extruunt, & Aspida primũ nominant. Veneriam etiam, in quam Veneris Erycinæ religiones transtulerunt. Achæi Tripolin lingua sua signãt de trium urbium numero, Taphræ, Abrothoni, Leptis magnę.[e] Philęnis fratribus à laudis cupidine graiũ uocamen datũ. Adrymeto atque Carthagini autor est à Tyro populus. Sed quæ super Carthagine ueraces libri prodiderunt, hoc loco reddam. Vrbem istam, ut Cato in oratione senatoria autumat, cũ rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit, domo Phœnix, &[f] Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit ciuitatem nouam: mox sermone uerso in uerbum Punicum, & hæc Elissa, & illa Carthago dicta est: quæ post annos septingentos trigintaseptem excidit, quàm fuerat extructa. Deinde à C. Graccho colonis Italicis data, & Iunonia ab eo dicta, aliquantisper ignobilis, humili & languido statu. Demum in claritatem secundæ Carthaginis, interiectis centum & duobus annis, M. Antonio, P. Dolobella consulibus enituit, alterum post urbem Romam terrarum decus. Verùm ut ad Africam redeamus, ipsa suo cingitur angulo. Interna eius & plurimæ quidem bestiæ, sed principaliter leones tenent: qui, ut Aristoteles perhibet, soli ex eo genere quod dentatum uocant, uident protinus atq; nascuntur.[h] Quorũ trifariã genus scinditur: nam breuiores, & iubis crispi, plerunq; ignaui sunt & imbelles. Lõgiores, & coma simplici, acres magis, ac potentes. At hi quos creant Pardi, in plebe remanent, iubarum inopes. Pariter omnes parcunt à sagina, primũ quòd[i] alternis diebus potum, alternis cibum capiunt, ac frequenter si concoctio non est insecuta, solitæ cibationi superponunt diem, tum quòd carnes iusto amplius deuoratas, cum grauantur, insertis in ora ungui-

e ¶Philænis fratribus.) Est φίλαινος amor laudis. Fuerunt autem Philæni Carthaginenses, qui in discordia inter Carthaginenses & Cyrenenses de agrorum terminis orta, uitæ suæ patriam præferentes, seipsos terra operiendos tradiderunt, quo limites Carthaginensium extenderent: unde & factum est, ut eo loco pro honore eorum aræ dicarentur, quæ Philænæ ab incolis sunt nuncupatæ. Cæterum Adrymetum & Carthago coloniæ fuut Tyri. f ¶Carthadam.) Patet hinc Phœnicum linguam longè ante Romam conditam (nam Carthago traditur ab autoribus condita ante Romam annis circiter 470.) eandem fuisse cum Syriaca lingua, in qua קרתאחרת id est, Carthahadat, significat ciuitatem nouam. Describit autem Strabo Carthaginis situm, potentiam ac magnitudinem, his uerbis libro ult. Carthago in peninsula quadam iacet, quæ ambitum habet stadiorum 360. muro cinctum: cuius sexaginta stadiorum longitudinem iugum occupat, quod à mari in mare descendit. Fuit hæc Phœnicum colonia tam fortunata, & ea quæ in Iberia est, etiam usque ad Herculis columnas, ut adhuc optimam Europæ partem, et in continenti complura loca & adiacentes insulas habebant. Quin & Libyam omnem adepti sunt: & his opibus urbem Romam imperij æmulam compararunt &c. Fuit autem à Romanis anno 22. postquam fuerat euersa, reparata. g ¶ Plurimæ bestiæ.) Bestias feras complures habet Africa propter magnas solitudines, in quibus homines uiuere non possunt propter æris intemperiem. h ¶Quorum trifariam genus.) Aristoteles 44. cap. noni naturæ animalium sic dicit: Leonum duo sunt genera, alterum breuius crispioreq; pilo, quod ignauius est: alterum longius, piloq; breuiore, quod generosius est. Quòd uerò Solinus tertium ponit genus, nempe quod ex pardis est, cuius nec colla nec armos iubæ uestiunt, de hoc cap. 27. quoq; dictum est. i ¶Alternis diebus.) Potest leo ferre inediam biduo aut triduo, ut qui iam ad multã satietatem repletus est: & si quã mandendo solida deuorat, eaq; aluus capere nequit, cõiectis in fauces unguibus extrahit, ut si fugiendum sit, nõ in satietatem abeant. Exemplũ misericordiæ eius quod de Getula muliere subijcitur, Plin. sic describit, ut mulier illa suo allo-

unguibus ſponte protrahunt. Sanè & cum fugiendum eſt, in ſatietate idem faciunt. Senectam defectio probat dentium. Nam clementiæ indicia multa ſunt. Proſtratis parcunt, in uiros potius quàm in fœminas ſæuiunt. Infantes non niſi in magna fame perimunt. Nec à miſericordia ſeparantur. Aſſiduis denique exemplis patet eos pepercíſſe, cum multi captiuorũ aliquot leonibus obuijs intacti repatriauerint. Getulę etiam mulieris nomen lubæ libris comprehenſum eſt, quæ obteſtata occurſantes feras, impunis redijt. Auerſi coeũt, nec hi tantũ, ſed & lynces, & cameli, & elephanti, & rhinocerotes, & tigrides. Leænæ fœtu primo catulos quinq; edunt, deinde per ſingulos partus numerum [k] decoquunt annis inſequentibus. Sed poſtremò cum ad unum materna fœcunditas recidit, ut ultimo ſingulos procreent, ſteriles fiunt in æternũ. Animos leonum frons & cauda indicant, ſicut motus equini [l] de auribus intelliguntur: dedit enim has duas notas generoſiſsimo cuique natura. Vis ſumma in pectore eſt, firmitas in capite præcipua. Cum premuntur à canibus, contemptim recedunt, ſubſiſtentesq; interdum ancipiti receſſu diſsimulant timorem, idq; agunt, ſi in campis patentibus ac nudis urgeantur. Nam ſylueſtribus locis, quaſi teſtem ignauiæ non reformidantes, quanta poſſunt ſe fuga ſubtrahunt. Cum inſequũtur, niſum ſaltu adiuuant. Cum fugiunt, nõ ualent ſalire. Gradientes mucrones unguiũ uaginis corporum claudunt, ne acumina attritu retundantur. Hoc adeò cuſtodiunt, ut non niſi auerſis falculis currant. Septi à uenantibus, obtutu terram contuentur, quò minus conſpectis uenabulis terreantur. Nunquã limò uident, minimeq; ſe uolunt aſpici. Cantus gallinaceorum & rotarum timent ſtrepitus, ſed ignes magis. [m] Leontophonos uocari accepimus beſtias modicas, quæ captæ exuruntur, ut earum cinere aſpergine carnes pollutæ, iactæq; per compita cõcurrentium ſemitarũ leones necent, ſi quantulũcunq; ex illis ſumpſerint. Propterea leones naturali eas premunt odio, atq; ubi facultas data eſt, morſu quidem abſtinẽt, ſed dilaniatas exanimant pedum niſibus. Spectaculũ ex his primus Romę edidit Scęuola Publij filius in curuli ædilitate. [n] Hyænã quoq; mittit Africa, cui cum ſpina riget, collũ cõtinua unitate flecti nequit, niſi toto corpore circumacto. Multa de ea mira, Primũ, quòd ſequitur ſtabula paſtorum,

ſuo alloquio mitigarit in ſyluis impetũ multorum, cum illa diceret ſe eſſe fœminam captiuam, profugam atq; infirmam, & ob id indignã tam generoſi cæterisq; imperantis animalis prædam. k ¶ *Decoquunt.*) *Senſus eſt, leænã primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos ſingulos uno minus, ab uno uero ſterileſcere.* l ¶ *De auribus.*) *In equis & omnium iumentorũ genere, aures indicia animi præferunt. Nam feſſis ſunt marcidæ, pauidis nutantes, furentibus ſubrectæ. Scribit & Ariſtot. cap. 8. primi nat. animal. Quibus frons eſt magna, ſunt ſegnes: quibus parua, mobiles: quibus lata, mente moueri idonei: quibus rotunda, iracũdi. Sic natura leoni tribuit notas quaſdam in cauda ſimul & in fronte: proinde uis eius ſumma eſt in pectore, & fortitudo in capite, cum contrà urſus inualidiſsimum habeat caput: ſolum ex parte ilium leo eſt infirmus contra ictus, ſed reliquo corpore multas patitur plagas. Et quando à canibus in libero campo premitur, contemptim recedit: in ſylueſtribus autem locis ubi uideri nequit, acerrimo curſu fertur, uelut deputans abſconſionem turpitudinẽ. Illud quoq; mirum eſt in eo, ut condat in corporis uaginas unguiũ mucrones, ne refringantur hebetenturq; ingrediendo, auerſisq; falculis currat, nec niſi appetendo prætendat: id quod beſtiarũ prudentiæ aſſcribendum eſt. Cæterũ cum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne uenabula expaueſcat. Neque limò uidet, id eſt, obliquè & trãſuerſum. Vnde Plinius: Nec limis oculis intuentur, aſpiciq; ſimili modo nolunt. Quin & tale tamq; ſæuũ animal, rotarũ orbes circumacti, currusq; inanes, & gallinaceorum criſtæ, cantusq; etiã magis terrent, ſed maximè ignes.*

m ¶ *Leontophonos.*) *Id eſt, leonem perimens: & eſt animal paruum, nec alibi naſcens niſi ubi leo gignitur: quo guſtato, tanta eſt uis ut ilicò expiret. Et cum uenatores id ſciant, concidunt carnes eius & coquũt, & contuſas in maſſam redigunt ferisq; obijciunt: quam ſi guſtarint, mox intereunt.*

n ¶ *Hyænam.*) *Eſt hyæna animal ferum atq; agreſte, quod alternis uicibus maſculũ eſſe & fœminam tradit Plinius. Ariſtoteles cap. 32. ſexti nat. animal. ſic ſcribit: Hyæna colore lupi propè eſt, ſed hirſutior, & iuba per totum dorſum prædita eſt. Eſt autem corpore non minore quàm lupus, iuba qua equus, ſed ſeta duriore longioreq;, &*

per totum dorsum porrecta. Molitur insidias homini, sepulchra effodit, humanæ auida carnis. Idem Aristoteles capite sexto tertij de generatione animalium, reprobat opinionem illorum qui asserunt hyænis utrunque inesse sexum. Reliqua quæ hic Solinus commemorat, scribit Plinius cap. 30. libri octaui. De lapide uerò hyænio qui in oculis inuenitur hyænæ, scribit cap. 10. tricesimiseptimi. o ¶ Crocutæ nomen.) Hyænæ coitu leæna Aethiopica crocutam parit, similiter uoces imitantem hominum pecorumq;. Acies ei perpetua in utraque parte oris: nullis gingiuis, dente continuo, qui ne cõtrario occursu hebetetur, capsarũ modò includitur. Diodorus Siculus lib. 4. de his sic scribit: Quos Aethiopes appellant Crocutas, mixti sunt canis lupiq; natura, sed ambobus deteriores, dentibus ita ualidis, ut ossa omnia facilè conterant, & digerant comesta. p ¶ Onagros.) Onagrum Græci dicunt ὄνον ἄγριον, id est, asinum syluestrẽ, de quo Plinius cap. 30. octaui sic scribit: Africa asinorum syluestrium multitudinem fundit. Mares in eo genere singulis fœminarum gregibus imperitant. Timent libidinis æmulos, & ideo grauidas custodiunt, morsuq; natos mares castrant. Contrà grauidæ latebras petunt, & parere furtò cupiunt, gaudentq; copia libidinis. Scribit & idem autor, ex equa & onagris mansuefactis generari mulas, ueloces in cursu, dignitia eximia pedum, uerũ rugoso corpore, indomito, sed animo generoso. Onagro autẽ & asina genitũ mulum, omnes antecellere. q ¶ Africa serpentibus.) Quòd tanta copia serpentũ est in Africa, id philosophi prodiderunt accidere ob nimium loci calorem. Diodorus Siculus libro quarto scribit de Africæ serpentib. in hunc modum: Varia serpentum genera, incredibiliq; magnitudine conspici dicunt, qui loca deserto incolunt propinqua: centum enim cubitorum longitudine nonnullos esse aiunt, ut meritò non solum à nobis, sed alijs quoq; id falsum existimetur. Cæterum cerastes serpens nomen habet ἀπὸ τῶ κέρατος, id est, à cornu: nam eminent cerastis corpore cornicula sæpe quadrigemina, quorum motu, reliquo corpore occultato, solicitent ad se aues. Vnde ubi textus hic habet, pastibus necem præpetum aucupentur, quidam legunt, necem perpetuam. Sunt rursus codices in quibus pro pastibus, passeribus scriptum est. Alterum autem serpentum genus, quod hic Amphisbæna uocatur, à Græcis nomen illud habet ἀπὸ τῶ ἀμφὶ & βάινω, id est, circumuado, propter geminum scilicet caput, quasi parum esset uno ore fundi uenenum. Vnde Galenus: Amphisbæna biceps est, & utraq; parte ingreditur, quæ causa efficit, ut capite utrinq; secus nutabundo serpat, hoc est, minus ac tardius nutet: ubi quidã legũt, uterque sexus nitibundo capite, quasi minitetur suo incessu casum & ruinã. Deinde & hoc agũt serpentes isti, ut iaculi arbo-

& auditu assiduo addiscit uocamen, quod exprimere possit imitatione uocis humanæ, ut in hominem astu accitum nocte sæuiat. Vomitus quoq; humanos mentitur, falsisq; singultibus solicitatos sic canes deuorat: qui fortè iuenantes umbram eius dum sequuntur contigerint, latrare nequeunt, uoce perdita. Eadẽ hyæna inquisitione corporum sepultorum busta eruit, propterea promptius est marem capere. Fœminis enim ingenita est callidior astutia. Varietas multiplex inest oculis, colorũq; mutatio: in quorum pupillis lapis inuenitur, Hyænium dicunt, præditum illa potestate, ut cuius hominis fuerit linguæ subditus, prædicat futura. Verum hyæna quodcũq; animal ter lustrauerit, mouere se non potest: quapropter magicam scientiam inesse ei pronunciauerunt. In Aethiopię parte coit cum leæna, unde nascitur monstrum cui o Crocutæ nomen est. Voces hominum & ipsa pariter affectat. Nunq; coniuet aciem orbium, sed in obtutum sine nictatione cõtendit. In ore gingiua nulla, densus atq; perpetuus, qui ut nunq; retundatur, naturaliter capsularũ modò clauditur. Inter ea quæ dicunt herbatica, eadem Africa p Onagros habet, in quo genere singuli imperitant gregibus fœminarum. Aemulos libidinis suæ metuunt: inde est quòd grauidas suas seruant, ut in editis maribus, si qua facultas fuerit, generandi spem morsu detruncent: quod cauentes fœminæ, in secessibus partus occulũt. q Africa serpentibus adeò fœcunda est, ut mali huius meritò illi potissimum palma detur. Cerastæ præferunt quadrigemina cornicula, quorũ ostentatione, ueluti esca illice, solicitatas aues perimunt. Nam reliqua corporis de industria arenis tegũt, nec ullum indiciũ sui præbent, nisi ex ea parte qua inuitatis dolo pastibus, necem prępetum aucupentur. Amphisbęna consurgit in caput geminum, quorum alterũ in loco suo est, alterum in ea parte qua cauda: quæ causa efficit, ut capite utrinq; secus nutabundo serpat tractib. orbiculatis. Iaculi arbores subeũt, è quibus ui maxima turbi-

turbinati, penetrant animal quodcunq; obuiũ fortuna fecerit.[r] Scytale tanta præfulget tergi uarietate, ut notarum gratia uidentes retardet, & quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui capiat stupentes. In hoc tamen squamarum nitore hyemales exuuias prima ponit. Plures, diuersæq; aspidum species sunt, uerùm disparis effectus ad nocendum. Dipsas siti interficit. Hypnale, quòd somno necat, teste etiam Cleopatra, emitur ad mortem. Aliarum uirus, quoniam medelas admittit, minus famæ meret̃. Hæmorrhois morsu sanguinem elicit, & dissolutis uenarum commercijs, quicquid animæ est euocat per cruorẽ. Prester quem percusserit distenditur, enormiq; corpulentia necatur extuberatus. Ictus Sepium statim putredo sequitur. Sunt & Ammoditæ, est & Cenchris, Elephantiæ, Chersydri, Chamædracontes. Postremò quantus nominũ, tantus mortium numerus. Nam Scorpiones, Scinci, lacertiq;, uermibus, non serpentib. adscribuntur. Monstra hęc si bibant, clementius feriunt. Habent affectus, non temerè nisi coniuges euagantur. Capto altero, uel occiso, uter superfuerit efferatur. Subtiliora sunt capita fœminis, alui tumidiores, pestis nocentior. Masculus æqualiter teres est, sublimior etiam, mitiorq;. Igitur anguibus uniuersis hebes uisus est. Ratò in aduersum contuentur, nec frustra, quum oculos non in fronte habeant, sed in temporibus, adeò ut citius audiãt, quàm quid aspiciãt. De gemmorsus comites sunt tumor quidam solutus, sitis contenta uehementer, nunquam explebilis, nunquã interquiescens. Proinde qui ita sunt affecti, potum hianti ore trahunt, semperq; in principio desiderij eius sunt tanquam si nihil adhuc bibissent, ob id & dipsas uocatur à διψάω sitio. Haud dißimili ratione Hypnale nomen habet ab effectu, quod scilicet serpens ille somnum inducat: nam ὕπνος græcè, latinè est somnus. Huius rei testis inducitur Cleopatra, quæ metuens ne capta duceretur in triumphum, corpori suo serpentes apposuit, quorum interiret ueneno. Augustus uerò post Actiacam uictoriam cum Cleopatram triumpho magnopere reseruare cuperet, ei psyllos admouit, qui uenenum ac uirus exugerent, quòd ea perisse morsu aspidis putabatur. Numeratur enim hypnale inter aspidum species. s ¶Hæmorrhois.) Huic quoq; serpenti ab effectu nomen inditũ est, quasi sanguinem morsu eliciens. Græci enim αἷμα sanguinem dicunt, & ῥέω fluo, & ἀμοῤῥοΐδα fluxum sanguinis. De serpente Prester, quem Græci πρηστῆρα, id est, flammam & combustiuum uocant, scribitur quoque in Numeris cap. 21. & uocatur Hebraicè ab ardore saraph, quòd scilicet flammam ex ore emittere uideatur, uel quòd flammam & ardorem immittat ei quem momorderit. Serpens uerò cui Seps nomen est, à uerbo σήπω putrefacio, sic uocatur, quòd morsu suo putredinem inducat. Et Ammoditæ nomen illud habent ab arena cuius colorem imitantur, uel sub qua latent. Nam Græcis ἄμμος arena dicitur, & διορύττω fodio. Cenchris autem à colore milij nomen accepit: nam milium græcè κέγχρος dicitur. Et elephantia, quòd is serpens si momorderit hominem, inducat morbum elephantiæ. Sic Chersydrus serpens nomen illud habet, quòd tam in aquis quàm in terra moretur: nam componitur ex χέρσος terra, & ὕδωρ aqua. Chamædracontes sunt dracones humi seu in terra residentes: est enim χαμαὶ humus. Scincus autem est genus crocodili, præcipuum contra omnia uenena antidotum, de quo capite 45. Omnia itaque iam enumerata serpentum genera, si sitiant & calescant, periculosius feriunt. Nam serpentes omnes natura frigidi sunt, nec nisi cum calescunt feriũt. Cum autem potus calorem

culi arbores subeant, hoc est, ut Plinius habet, iaculum ex arborum ramis uibrari: nec pedibus pauendos tantũ serpentes, sed & missili uolare tormento. r ¶Scytale.) Est σκυτάλη Græcis scutica, & σκύταλον teli genus & uirgæ, ex cuius similitudine serpens hic nomen accepit. Sic aspis uocatur genus quoddam serpentis, quoniã Græci ἀσπίδα scutum dicunt: & serpens ille corpore ipso tanquam scuto utitur ad contegendum caput. De hoc Plinius sic scribit cap. 23. octaui natural. historiæ: Animalia hæc pestifera coniuga fermè uagantur, nec nisi cum compare uita est: itaque alterutra interempta, incredibilis alteri ultionis cura. Persequitur interfectorem, unumq; eum in quantolibet populi agmine notitia quadam infestat: perrumpit omnes difficultates, permeat spacia, nec nisi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Non est fateri, rerum natura largius mala an remedia genuerit. Iam primum hebetes oculos huic malo dedit, eosq; non in fronte aut ex aduerso cernere, sed in temporibus. Ita excitatur, sed sæpius auditu quàm uisu. Scribit & Aristotelescap. 29. octaui nat. animal. Vulnus aspidis puncto acu facto simile est, omninoq; perexiguum, ægrè ut appareat, adeò nihil tumet, sanguis inde non copiosus, sed breuis aterq; destillat. Oculi celeriter obscurantur. Corpus ictum totũ & multiformiter, sed tamen leuiter laborat, sicut poeta Nicander dixit: Eripiturq; homini simul sensu uita doloris. Porrò de Dipsade serpente scribit Dioscorides libro octauo: Dipsadis

remittat, cõsequens est, ep̃ota hæc monstra clementius ferire quàm si sitiant. Hinc euenit, ut nocte & hyeme minus quàm die & æstate serpentes pernicioſi sint. Sic in locis frigidis minus nocent quàm in calidis. De affectibus aſpidũ suprà quoque dictum est. Quòd autem uniuersis anguibus hebes uisus est, id euenit, quòd serpentes magna ex parte sub terra degunt. t ¶ Heliotropio.) Vocatur Heliotropium alio nomine gemma solis, & est secundũ Plin. porraceo colore, sanguineis distincta uenis. Nomen ipsum compositũ est ex græcis uocabulis. Nam ἥλιον Græci solem uocãt, et τροπὴν mutationem seu cõuersionem. Is enim lapis in labris æneis deiectus, radios solis mutat sanguineo repercussu. Est & magorum impudentiæ, dicit Plinius, manifestissimum exemplum, quòd admixta herba Heliotropio, quibusdam quoq; additis precationibus, gerentem conspici neget. Creditur autẽ quòd hæc herba à sole sortita sit hoc nomen, ob eius cum sole circumactionẽ, quæ etiã sub nubilo fit cœlo: noctu uerò uelut desiderio contrahit cæruleum florem. u ¶ Inter Syrtes.) In terra illa, inquit, ubi tanta pericula uiatoribus à uenenosis animalibus & arenæ uolubilitate omnia uestigia tegente, occurrunt, syderum ductu & obseruatione opus est, haud secus quàm nauigantibus in mari: unde & loca illa sabulosa, mare arenosum dici consueuerunt. Vt igitur Syrtes sunt in mari propinquo, ita quoque sunt in continente terra. Porrò historiam nauigationis periculosæ inter Syrtes, referunt Eutropius in fine secundi, & Orosius cap. 8. libri quarti. De insula Meninga habes apud Plin. cap. 7. libri quinti, & apud Strabonem libro ult. De Psyllis scribit Plin. cap. 2. septimi: Psyllorum gens à Psyllo rege dicta est, cuius sepulchrum in parte Syrtium maiorum est. Horum corporibus ingenitũ fuit uirus exitiale serpentibus, ex cuius odore sopirent eas. Vnde Lucanus lib. 9. Gens unica terras Incolit, à sæuo serpentum innoxia morsu. Mos uerò liberos genitos obijciendi sæuissimis earum, eoq; genere pudicitiã coniugũ experiendi, nõ profugientibus adulterino sanguine natos &c. Deleti tamen sunt Psylli à Nasamonib. Libyæ populis, qui spoliatores extiterũt nauiũ Syrtibus inuolutarum. Porrò Lotophagi populi sunt, sic uocati à λωτῷ, loto arbore, & φάγω comedo, quòd scilicet ea arbore uescerentur. Vnde Plin. scribit, Loti tam dulcem esse

De gemma, t Heliotropio, inter Aethiopiam, Africam & Cyprum certamen fuit, quænam mitteret generis huius eminentissimam, deprehensumq; est documentis plurimis, Aethiopicam aut Libycam palmam tenere. Viridi colore est, non ita acuto, sed nubilo magis & represso, stellis puniceis superspersa. Causa nominis de effectu lapidis est & potestate. Deiecta in labris æneis, radios solis mutat sanguineo repercussu, extraq; aquam splendorem æris abiicit & auertit. Etiam illud posse dicitur, ut herba eiusdem nominis mixta, & præcantationibus legitimis consecrata, eum à quocunque gestabitur, subtrahit uisibus obuiorum. u Inter Syrtes, quamuis terra pergentibus, iter syderibus destinatur, nec aliter cursus patescit. Nam putris soli faciem aura mutat, & minimo licet uento, tantam diuersitatem flatus efficit, ut subinde euersis sitibus locorum, nulla indicia agnitioni relinquantur, cum modò quę fuerant tumulis ardua, in ualles residunt, modò quæ uallibus pressa, cœtu pulueris aggerantur. Ita etiã continens naturam maris sui patitur. Nec interest ubi potius sint procellæ, cum ad exitium uiantium elementis cõgruentibus, in terris flabra sæuiant, in mari terræ. Vtraque Syrtes duocentis quinquaginta millibus passuum separantur: aliquanto clementior, quæ minor est. Cn. denique Seruilio, C. Sempronio COSS. inter hæc uadosa classem Romanam impunè accepimus perfretasse. In hoc sinu Meninx insula post Minturnenses paludes C. Mario fuit latebra. Supra Garamantas Psylli fuerunt, contra noxium uirus muniti incredibili corporis firmitate. Soli morsibus anguium non interibant, & quamuis dente letali appetiti, incorrupta durabant sanitate. Recens etiam editos serpentibus offerebant: si essent partus adulterini, matrum crimina plectebantur interitu parũulorum: si pudici, probos ortus à morte paterni sanguinis priuilegium tuebatur. Sic originis fidem probabant uenenis iudicantibus. Sed hæc gens interijt à Nasamonib. capta, neque quicquam aliud præter opinionem de uestigio nominis sui Psylli reliquerunt. Nasamoniten lapidem Nasamones dant, sanguineum uniuersum, nigris uenulis adumbratũ. In intimo recessu Syrtis maioris circa Philænorum aras Lotophagos fuisse didicimus, nec incertũ est. A Philænorum aris non procul palus est, quam Triton amnis influit, ubi speculatam se

x artium

[x] artium deam crediderũt. Maior Syrtis ostentat oppidum, Cyrenas uocãt, [y] quod Battus Lacedæmonius Olympiade quinta & quadragesima, rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam captam quingentesimo octogesimosexto condidit: quæ domus Callimachi poëtæ fuit & patria. Inter hoc oppidum & [z] templum Ammonis, millia passuum quadringenta sunt. Templo fons proximat Soli sacer, qui humoris nexubus humum stringit, fauillam etiam in cæspitem solidat. In qua gleba nõ sine miraculo locus uiret undiq; secus agris arentibus. Illic & lapis legitur, Ammonis uocant cornu. Nam ita tortuosus est & inflexus, ut effigiẽ reddat cornu arietini. Fulgore aureo est. Prędiuina somnia repræsentare dicitur subiectus capiti incubantiũ. Et arbor est Metops nomine, ex qua profluit lentus humor, quẽ à loco Ammoniacũ nominamus. Apud Cyrenenses præterea [a] Syrpe gignitur odoratis radicibus, uirgulto herbido magis quàm arbusto: cuius è culmo

cibum, ut nomen etiam genti terræq; dederit, nimis hospitali aduenarũ obliuione patriæ. Vnde natum adagiũ, λωτὸν ἔφαγες, Lotum comedisti: quod de his dicitur, qui regionis alterius amore capti, in patriam redire negligunt. x *Artium deam.)* Hæc *Minerua est, cui nobilium artium inuentionem adscribunt. Vocatur & Pallas, quòd Pallantẽ gigantem interfecerit, cum prius Tritonia uocaretur, à Tritone palude, ubi primũ uisa est, ibiq; inuenta tibia, cum buccis tumidis ex aqua se conspexisset, eam ipsam tibiam in Tritonẽ Libyæ paludem abiecit.* y ¶*Quod Battus.)* *Conueniunt ferè omnes Cyrenen fuisse à Theræis conditam. Hi autẽ ex Laconica duce Batto profecti, Theram insulam coluerũt, quæ olim Calisto dicta fuit, unde Callimachus originem duxit. Sunt tamen qui Battum aiũt cognominatũ Battum propter oraculũ apud Delphos sibi redditum, atq; propter honorem regiũ quem assecutus est: Battum enim Pœni regẽ appellant. Porrò Cyrenæ urbi quidam putant hoc nomen inditum à Cyrene Ipsei filia, rapta ob eius formam ab Apolline, & asportata in Libyam ad ea loca ubi postmodum condita est urbs. Alijs uerò placet urbem sic dictam à Cyre eius regionis fonte. Hæc urbs condita fuit olympiade 45. sicut Roma olympiade 12. Primi autẽ quatuor reges Romani, Romulus, Numa, Tullus Hostilius, Ancus Martius, regnauerũt annis 136. hoc est olympiadib. 34. & secundum hanc olympiadũ supputationẽ, Ancus Martius obijt olympiade 46. sicq; Cyrenæ conditæ sunt rege Martio res Romanas tenente. Hanc supputationem Cincius ponit. Plinius uerò cap. 3. deciminoni naturalis historiæ aliter sentit in sua supputatione. Rursus quando Solinus dicit Cyrenen conditam post Troiam captam anno 586. alij ab eo dissentiunt. Nam constat ex Dionysio post erutum Ilium anno 432. fuisse Romam conditam: ab urbe autem condita usque ad obitum Anci regis, sunt anni fermè 136. Sumptis itaq; annis 432. & 136. fiunt anni 568. qui numerus ad Cyrenarũ initium referendus est. Soli ni itaq; numerus ad completam urbis illius extructionẽ rectus esset si sic legeretur, olympiade 41. rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam captam 568.* z ¶*Templum Ammonis.)* *Scribunt gentiles quòd pater Liber cum per Libyam exercitum duceret, fatigatus siti, Iouis patris sui implorauit auxilium, & statim uiso ariete, fons secutus est ab arenis. Vnde factum est Ioui Ammoni, ab arenis sic dicto (est enim ἄμμος Græcis arena) simulacrum cum capite arietino, & in eo loco in quo aqua fluxit, templum constituit. Diodorus Siculus in gestis Alexandri tradit Danaum regem Aegyptiorum construxisse templum Ammonis, cuius simulacrũ ex smaragdis ac gemmis alijs factum fuit. In eo quoq; loco ager fuit in medio arenarum exiguus, quippe ubi latior, ad quadraginta maximè stadia extenditur, olearum palmarumq; ac cæterarũ cultarum arborum ferax, rosidus solus ex omnibus circumiectis. Scribit & Quintus Curtius, incredibile dictu esse, ut inter uastas solitudines, ita undiq; ambientibus ramis, uix in densam umbram cadente sole, ea regio contecta sit. Multi ibi fontes dulcibus aquis passim manãtibus aluntsyluas. Cœli quoq; mira temperies, uerno tempori maximè similis, omnes anni partes pari salubritate percurrit: & ut Plinius scribit cap. 106. secundi, Iouis Ammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet. Sic quoq; scribit Arrianus in principio tertij gestorũ Alexandri: Ex eo, inquit, fons manat, cæteris omnibus fontibus natura dissimilis, sub luce tepentibus aquis manat, in meridie frigidus, uespere calet, media nocte feruidior, postea deferuescere incipit, ac sub diei exortũ rursus tepidior oritur, atq; ita per singulos dies ac noctes, æstus ac frigoris uices uariat. Legitur proinde illic & gemma quædã, Ammonis cornu dicta, aureũ habens colorẽ, & arietini cornu reddens effigiem, ut Plin. scribit cap. 10. lib. ult. Crescit deniq; ibi arbor quam uocant Metopion & Metopon, quæ in arenis stillat lacrymã ueluti resinam.* a ¶*Syrpe gignitur.)* *Putant doctiores Solinũ hic loqui de silphio, quod in Cyrenaica reperitur prouincia, cuius succus uocatur laser, magni ficus in usu medicamentisq;, & ad põdus argentei denarij pensum. Multis tamen iam annis in ea terra nõ inuenitur, quoniam publicani qui pascua conducunt, magis ita lucrum sentientes, depopulantur pecorũ pabulum, nisi quòd unus caulis repertus olim, Neroni principi missus est. Quod postea inuectũ est, in Persida aut Media et*

Armenia naſcitur Laſer, multò tamen infra Cyrenaicũ. Ab hoc ſilphio natum eſt prouerbium, βάττου σίλφιον, Batti laſerpitium, de his dici ſolitum, qui ſummos honores adipiſcuntur. Cyrenæi enim Batto regi ſuo ſilphium tanquam rem precioſiſſimam dono dediſſe traduntur. Huius Ammoniaci reſina colligitur uillis caprarum, ſicut & ladanum & œſypum, ut Plinius tradit cap. 17. duodecimi. b Cyrenis ab læua.) Situm totius ferè Africæ explicat tabula huic paginæ ſubiecta. c ¶ Baſiliſcum.) Significat βασιλίσκον græcè, regulum uel tyrannũ latinè, quòd inſtar regis cunctis animantib. ſit terrori, uel quòd in omnes tyrannidẽ et ſæuitiam exerceat. De hoc ſerpente Plinius ſic ſcribit cap. 21. octaui: Eadem, inquit, & baſiliſci ſerpentis eſt uis. Cyrenaica hũc generat prouincia, 12. non amplius digitorũ magnitudine: candida in capite macula, ut quodam diademate inſigni: ſibilo omnes fugat ſerpentes. Nec flexu multiplici, nec ut reliquæ corpus impellit, ſed celſus & erectus in medio incedens. Necat frutices non contactas modò, uerùm & afflatas: exurit herbas, rũpit ſaxa. Talis uis malo eſt. Huic tali mõſtro muſtelarũ uirus exitio eſt, adeò naturæ nihil placuit eſſe ſine pari. Interficiunt eos cauernis facilè cognitis, ſola tabe &c. d ¶ Ad ſemipedem.) Auicenna dicit, duorum palmorum. Et quod hic Solinus uocat albam mitrulam, Auicenna ſcribit, caput habere coronatum. e ¶ Muſtelis tamen uincitur.) Hinc natum eſt prouerbium, Muſtelis baſiliſcus uincitur: ſimile huic adagio Ouidiano, A cane non magno ſæpe tenetur aper: quadratq; in eos, qui inferiores uires in ſui ſæpe perniciẽ ſpernũt. f ¶ Berenicen.) Hæc urbs quondam uocata fuit Heſperis, ac deinde à Ptolemæi regis coniuge cognominata Berenice. Nec procul ante oppidum eſt fluuius Lethon & lucus ſacer, ubi Heſperidum horti memorantur. Cæterũ Græci λήθην obliuionem uocãt: dictusq; eſt fluuius iſte Lethes, quòd aquæ eius dicantur obliuionem inducere. Poëtæ fingunt eum ortum habere ex Lethe inferni flumine. g ¶ Impleuit ſimiarum genus.) Propter plurimam ſimiarum cum hominibus ſimilitudinem, creditũ eſt eas fuiſſe aliquando homines, Pithecuſarum inſularum incolas, qui Cercopes dicebãtur. Cum autẽ Iupiter eorũ deteſtaretur perfidiam, eos mutauit in deforme animal, ut eſſent ſimiles diſſimilesq; hominibus. De his Plinius

culmo exudat æſtatis tempore pingueroſcidũ, idq; paſcentium hircorum inhæret barbulis: ubi cum arefactum inoleuit, guttis ſtiriatis legitur ad uſum menſarum, uel medelæ magis. Dictum eſt primum lac Syrpicum, quoniam manat in modum lacteum, deinde uſu deriuante Laſer nominatum: quæ germina initio barbaricæ impreſsionis uaſtatis agris, poſtea obinto lerandam uectigalis niemietatẽ, fermè penitus ipſi accolæ eruerunt. b Cyrenis ab læua Africa eſt, ab dextra Aegyptus, à fronte ſæuum & importuoſum mare, à tergo Barbarorũ uariæ nationes, & ſolitudo inacceſſa, incultaq; & ſqualens, quæ c Baſiliſcum creat, malum in terris ſingulare. Serpens eſt penè ad d ſemipedem longitudinis, alba quaſi mitrula lineatus caput: nec hominis tantũ, uel aliorũ animantiũ exitijs datus, ſed terræ quoq; ipſius, quam polluit & exurit, ubicunq; ferale ſortitur receptaculum. Deniq; extinguit herbas, necat arbores, ipſas etiã corrumpit auras, ita ut in aëra nulla alitum impunè trãſuolet, infectũ ſpiritu peſtilenti. Cum mouetur, media corporis parte ſerpit, media arduus eſt & excelſus. Sibilum eius etiam ſerpentes alij perhorreſcunt: & cum acceperint fugã, quæq; quoquò poſſunt properant. Quicquid morſu eius occiditur, non depaſcitur fera, non attrectat ales. e Muſtelis tantum uincitur, quas illinc homines inferũt cauernis in quibus deliteſcit. Vis tamen ne defuncto quidem deeſt. Deniq; Baſiliſci reliquias amplo ſeſtertio Pergameni compararunt, & ut ædem Apollinis manu inſignem, nec araneæ intexerent, nec alites inuolarent, cadauer eius reticulo aureo ſuſpenſum, ibidem locarunt. Circa extimũ Syrtium cornu f Berenicen ciuitatẽ alluit Lethon amnis, inferna, ut putant, exundatione prorũpens, & apud priſtinos uates latice memoratus obliuionis. Hanc Berenice muniuit, quæ Ptolemæo tertio fuit nupta, & in maiori Syrte locauit. Omne autẽ latifundium quod inter Aegyptum, Aethiopiam, Libyamq; diffundit, quacunq; lucis opacum eſt, uariũ g impleuit ſimiarum genus. Nec quiſquam offenſus nominis cognitione grauetur: enimuero operæpreciũ eſt nihil omittere, in quo naturæ ſpectanda ſit prouidentia. Vulgus ſimiarum in his eſt, quas paſsim uidemus non ſine ingenio æmulandi, quo facilius in manus ueniũt. Nam dum auidè uenantiũ geſtus affectant, relicta cõſultò uiſci unguilla, quod mendacio factum uident, oculos ſuos


Mare Mediterraneum.
Syrtis minor.
Syrtis maior.
Mare Atlanticum.
Mauritania Cesariensis
Numidia
Aphrica minor
Cyrene
Aegyptus
Nilus
Syria
Mesopotamia
Babylon
Sinus persicus
Atlas mons
Oceanus occidentalis.
Getulia.
Garamantes.
Arabia felix.
Canariæ insulæ
nigri fl.
Aethiopia.
Libya interior.
Oceanus Hesperius.
AFRICA
Troglodytæ.
Aequinoctialis circulus.
Sinus Barbaricus.
Montes Lunæ nivosi, unde augetur Nilus.
Sinus magnus Africæ.

sic scribit cap. 44. undecimi natural. histo-riæ: Simiarum genera perfectam hominis similationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris, quas solæ quadrupedum, et in inferiore habent gena. Iam mammas in pectore & brachia, & crura in contrariũ flexa: similiter in manibus ungues, digitos, longioremq; medium. Pedibus paulùm differũt, sunt enim ut manus prælongi, sed uestigium palmæ simile faciunt. Iis quoq; pollex & articuli ut homini, præter genitale: & hoc in maribus. Aristot. quoq; cap. 8. secundi nat. animal. scribit: Simia tam parte sui corporis prona pilosa est, utpote quadrupes, quàm supina, ut speciem gerens hominis: quin contrà atq; quadrupedes obtinet pilum, sed crassiore pilo simiæ uestiuntur, longeq; hirsutiores parte utraq; sunt. Conueniunt cum homine plurimũ sua specie, quippe quæ nares, aures, dentes tam primores quàm maxillares hominis more habeãt, cilium etiã, cum cæteræ quadrupedes nõ in utraq; palpebra habeant, quanq; prætenue ac prolixius, potissimũ in inferiore. Cæterũ cap. 10. quarti de partibus animal. docet cur simia cauda & natibus careat. Simia, inquit, quòd forma ambigua sit, ut & in neutro & in utroq; genere sit cõstituenda, ideo nec caudam habet neq; nates, uidelicet ut bipes cauda uacat, ut quadrupes natibus. h ¶*Immoderatè fœtus amant.*) *Simiarũ generi, inquit Plinius, præcipua erga fœtum affectio. Gestant catulos, quos mansuefactæ intra domos peperere: omnibus demonstrant, tractariq; gaudent, tractatu gratulationem intelligentes: itaq; magna ex parte complectendo necant.* i ¶*Cercopitheci.*) *Est cercopithecus caudata simia, quam Itali Maimonem, Germani maris felem uocant, nempe Meerkatzen. Cynocephali uerò sunt canicipes, est enim κυὼς canis, & κεφαλὴ caput. Et sunt cynocephali eadem forma qua simia, sed maiores ualidioresq;, & facie caninæ similiores: moribus tamen sunt ferociores, & dente robustiore caninoq; propiore. Diodorus Siculus lib. 4. scribit cynocephalos corpore & forma homini persimiles, uocemq; imitari humanam. Ferum omnino atq; indomitum animal, ratione cærens, supercilijs aspectuq; est horrido ac truci. Fœminis sua natura accidit, ut palàm expositam extra corpus uuluam per omnẽ uitam ferant.* k ¶*Sphinges.*) *Sic dicuntur à uerbo græco σφίγγειν, constringere uel uincire. Et scribit Diodorus Siculus lib. 4. in hunc modũ: Sphinges apud Troglodytas Aethiopes q; nascuntur, forma haud ei dissimili qua pinguntur, sed paulò pinguiores. Naturam habent mansuetam, pluribus exercitijs disciplinisq; aptam. Tradunt fabulæ σφίγγα triforme monstrum, cuius una pars uolucris, altera leonis, uirginis tertia. Cæterum Satyri sunt animalia quadrupedia in subsolanis Indorum montibus pernicissima, humana effigie rectè currentia, ut propter uelocitatem, nisi senes aut ægri, non capiantur. Veteres huiusmodi monstra pro syluestribus dijs coluerũt. Et quia Satyri ad libidinẽ proni sunt, hinc nomen illis datum est, ut quidam putant. Nam ueteres Græci σάδην dicebant uirile membrũ. Aegyptij plurimas satyrorum imagines, in gratiam fœcunditatis, eorum in templis ponebant, in hirci naturæ, quam libidinosam esse dicunt, similitudinem.*

los suos oblinũt: ita uisu obducto, pronum est eas corripi. Exultant noua luna, tristes sunt cornuto & cauo sydere. h Immoderatè fœtus amant, adeò ut catulos facilius amittãt, quos impendiò diligunt, & ante se gestant, quoniã neglecti ponè matrem semper hærent. i Cercopitheci caudas habent. Hęc sola discretio est inter prius dictas. Cynocephali & ipsi sunt è numero simiarũ, in Aethiopiæ partibus frequentissimi, uiolenti ad saltum, feri morsu, nũquam ita mansueti ut non sint magis rabidi. Inter simias habentur & k Sphinges, uillosæ comis, mammis prominulis ac profundis, dociles ad feritatis obliuionẽ. Sunt & quas uocant Satyros, facie admodum grata, gesticulatis motibus inquietæ. Callitriches toto penè aspectu à cæteris differunt: in facie barba est, lata cauda. Has capere nõ est arduum, sed proferre rarum. Neque enim uiuunt in altero, quàm in Aethiopico, hoc est, suo solo.

SCHOLIA CAP. XLI.

Scribit Plin. cap. 5. lib. quinti, Hammanientes undecim dierũ itinere à Syrtib. maioribus ad occidentẽ habitare, circũdatosq; arenis quaquauersus, domos sale è mõtibus suis exciso ceu lapide construere. Sic idem scribit cap. 7. libri 31. in Charris Arabiæ oppido, muros domosq; massis salis fieri, quas aqua ferruminant. Herodotus libro quarto: Porrigitur id superciliũ, inquit, ad columnas usq; Herculeas, atq; ulterius: intra quod est metallum, id est, effossio salis

De Hammanientum gente, deq; in ea domibus sale cõstructis. Cap. XLI.

INter Nasamonas & Troglodytas gens Hammanientũ est, quę salibus domos extruunt, quos in modũ cautium è montibus excitatos, ad usum ædium cæmentitijs nectũt struibus. Tanta ibi huiusce uenę copia est, ut tecta faciant è salinis. Hi sunt Hammanientes, qui commercia cum Troglodytis habent. Carbunculi gemmæ citra Ham-

tra Hammanientes propiores Naſamonibus. [a] Asbyſtæ Laſere uiuunt, hoc aluntur, hoc illis edule eſt.

decem dierum itinere: & homines incolentes domicilia ſua faciunt ex micis ſalis. Iſti enim tractus Africæ uacant imbribus. Nam ſi plueret illic, nõ poſſent manere parietes ſalis. De Troglodytis habes infrà cap. 44. *Eſt autẽ ab Hammanientibus ad Troglodytas hyberni occaſus plaga, dierum quatuor iter, cum quibus commercium gemmæ tantum, quam carbunculum uocamus, ex Aethiopia uectæ.* a ¶ *Aſbyſtæ.*) Vocantur ſic hi populi ab Aſbyſta eius loci urbe. Alij putant eos ſic dictos ab Aſbyte regina, Hiarbæ regis filia. Et quòd hic laſere uiuere memorantur, fructus eſt arboris quam ſilphium quidam eſſe putant, de qua ſuprà quoq; ſcripſimus cap. 40. ſub litera a. Cæterum pro edule, quidam codices habent edile, alij dulce, nonnulli uerò dulceſcit.

De Garamantibus, deq; miro apud eoſdem fonte. Cap. XLII.

GAramantum oppidum eſt [a] Debris fonte miro, qui denique alternis uicibus die frigeat, nocte ferueat, ac per eadem uenarum commercia, interdum ignito uapore æſtuet, interdum glaciali horrore algeſcat. Incredibile memoratu, ut tam breui temporis curriculo natura tam diſſonam ſui faciat uarietatem, idq; qui percontari uelit, tenebris ineſſe fluori illi æternã faciem credat. Qui rimetur die brumales ſcatebras, nũquam aliud exiſtimet, quàm perpetuò rigere. Vnde non immeritò per gentes Debris inclyta eſt, cuius aquæ ex cœleſti uertigine mutãt qualitatem, quamuis controuerſa ſyderum diſciplina. Nam cum mũdum à calore ueſper temperet, ab occaſu incipit ita incaleſcere, ut ni tactu abſtineas, noxium ſit contigiſſe. Rurſus cum ortus ſolis incanduerit, & radijs feruefacta ſint omnia, ſic glaciales euomit ſcaturigines, ut hauriri etiam à ſitientibus nequeat. Quis ergo non ſtupeat fontem qui friget calore, calet frigore? Garamanticæ regionis caput eſt [b] Garamana, ad quam [c] iter diu inextricabile fuit & inuium. Nam latrones puteos arenis operiebãt, ut temporaria fraude ſubductis aquis, in fame & ſiti iter ſubmoueret acceſſus uiantium. Sed Veſpaſiano principe, bello quod cum Oeenſibus ge-ſtum eſt, difficultas hæc diſſoluta eſt, compendio ſpacij breuioris reperto. Garamantas [d] Cornelius Balbus ſubegit, & primus ex hac uictoria triumphauit: primus ſanè de externis, utpote qui Gadibus genitus, acceſſit ad gloriam nominis triumphalis. Armenta gentis iſtius obliquis ceruicibus pabulantur. Nam ſi recta ad paſtum ora dirigant, officiunt prona in humum cornua, & obnixa. Ex parte qua [e] Cercina eſt accepimus Gaulon inſulam, in qua ſerpens neq; naſcitur, neq; uiuit inuecta. Propterea iactus ex ea quocunq; gentium puluis, arcet angues, Scorpiones ſuperiactus ilicò perimit.

SCHOLIA CAP. XLII.

* Rimatur Solinus potiſſimum eas regiones, in quibus aliqua naturæ uiſuntur miracula, qualia tria apud Garamantes memoratu digna tradit inueniri. Nam illic fons eſt, qui interdiu friget, nocte caleſcit. Alterum, quòd eius regionis armenta obliquis ceruicibus pabulentur. Poſtremũ, quòd Gauli in ſulæ terra ſerpentibus & ſcorpionibus ſit omnino pernicialis. a ¶ *Debris.*) Ptolemæus hoc oppidum uocat Bedron uel Bediron. Quòd in hoc oppido tam mirabilis fons eſt, quidã reijciũt cauſam in ipſam terram, nempe quòd ibi talis ſit naturæ, ut ſolis præſentia ſibi adimat uim calefaciendi aquã, & rurſum ſolis abſentia uim tribuat oppoſitam ferueſcendi. Alij exiſtimant alia eſſe uenarũ cõmercia per diem, & alia per noctem: aiunt enim ui ſolis quadam occulta euenire, ut interdiu per loca alia ſcaturiat eius fontis aqua, per alia noctu, puta per ſulphureas mineras. b ¶ *Garamana.*) Quædam Solini exemplaria habent cum Ptol. Garama. Putãt autem urbem illam ſic dictam à Garamante Apollinis filio & Garamantidis Nymphæ patre. Habitãt proin de Garamantes ſuper Pſyllos auſtrum uerſus, in loco fero frequentiq;. Refugiunt etiã omniũ hominũ cõmercium aſpectumq;, nihil bellicæ armaturæ habentes, ac ne defendere quidem ſeſe audentes. c ¶ *Iter inextricabile.*) Hoc inextricabile iter auſpicijs Veſpaſiani Imperatoris, cõpendio deprehenſum eſt quatridui itinere. d ¶ *Cornelius Balbus.*) Fuit hic Cornelius Balbus externus, quippe Gadibus natus, ſed cuitate Romana donatus, & iure quiritiũ honoratus, ut & tandem apud Romanos triumpharit. e ¶ *Cercina.*) Inſula hæc apud Ptolemæum inuenitur prope Syrtem minorem, à qua ſi rectè ad auſtrũ pergas, occurrunt Garamantes. Vbi uerò Gaulos inſula ſitum habeat, non ſatis conſtat.

De Aethiopia, de eius regionis hominum obscœnis moribus, ac eorundem hominũ monstrosis formis. De draconibus, miræq; naturæ ibidem feris alijs. De Cinnamomo aromate, deq; Hyacintho lapide. Cap. XLIII.

SCHOLIA CAP. XLIII.

Aethiopiam sic dictam putant à uerbo græco αἴθω, quod uro, incendo, ardeoq; significat, & ὄψις facies & aspectus, quòd scilicet solis aspectu plurimum torreatur. Sunt qui sic dictam uelint ab Aethiope Vulcani filio, cui præfuit. Hæc circa occiduum montosa est, in medio arenosa, ad orientalem plagam deserta, porrigiturq; ad fines Aegypti, à meridie clauditur oceano.

a ¶Nigri flumine.) Is fluuius pars putatur Nili. Sunt tamẽ exemplaria quæ pro, partem putant, habent, patrẽ putant, quasi Nilus ex Nigri flumine ortum habeat. De hoc quoque suprà diximus cap. 40. in c litera, nempe quòd in omnibus similis sit Nilo, sicut & hic Solinus exponit.

b ¶Matrimonia nesciunt.) In hunc quo que modum scribit Mela Pomponius libro primo: Nulli Garamantum, inquit, certa uxor est. Ex his qui tam confuso parentum coitu passim incertiq; nascuntur, quos pro suis colant, formæ similitudine agnoscunt.

c ¶Meroën.) Est Meroë insula Aethiopiæ sub Aegypto, quam efficit Nilus fluuius. De Nomadibus suprà diximus capite 39. & de Cynocephalis quoque cap. 40. in fine, qui bestiæ sunt similes simijs, nisi quòd capita habent canina, ut uocabulum ipsum indicat, feri & ad morsum proni, quos tamen hic Solinus inter populos numerat, si modò talia monstra sunt in rerum natura. Cæterũ pro Syrbotæ, quidã legunt Serbotæ, alij Sorbotæ. Sic pro Asachæi, aliqui legunt Aschæ, alij Asachæ: & sunt Aethiopes, apud quos maximè nascuntur dracones. d ¶Apud Sambros.) Plinius capite 30. sexti hunc locum ita enarrat: Oppidum eorum, inquit, Nilo impositum Tempsis Sambri, apud quos quadrupedes omnes sine auribus, etiam elephanti, id tum ad soli dispositionem, tum ad cœli qualitatem referendum censent. e ¶Cani tradunt.) Plinius: Ex Africæ parte Ptœmbari, Tœmphanæ, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes: id quod ex fidelitate eius animalis erga homines facere credendũ est. f ¶Agriophagi.) Qui scilicet uiciitant carnibus agrestium & ferocium animalium, ut sunt leones, pantheræ, & similia. Pamphagi uerò latinè sunt cuncti uori seu omniuori, qui scilicet omnia mandunt. Anthropophagi autem sunt hominum deuoratores: & Cynamolgi, quasi canum mulctores, qui à forma corporis & mulgendi exercitio nomen illud habent. Cæterum quales sint Arthabathitæ, textus satis explicat. Plinius dicit eos uagos esse modò ferarum quadrupedum. g ¶Locusta legunt.) Plinius: Pars quædam

Aethiopes, & Atlanticæ gentes,[a] Nigri flumine diuidunt, quam partem putant Nili. Sic papyro uiret, sic calamo prętexitur, animalia eadem edit, ijsdem temporib. exundat, intra ripas tũc quoque redit, cum contentus est alueo suo Nilus. Garamantici Aethiopes [b] matrimonia priuatim nesciũt, sed omnibus uulgò in uenerẽ licet. Inde est, quòd filios matres tantũ recognoscũt. Nam paterni nominis nulla reuerẽtia est. Quis enim uerum patrem nouerit in hac luxuria incesti lasciuientis? Eapropter Garamantici Aethiopes inter omnes populos degeneres habẽtur: nec immeritò, quia afflicta castitatis disciplina, successionis notitiã ritu improbo perdiderunt. Nomen Aethiopũ latè patet. In parte Africana qua [c] Meroën uidet Libya, plurimæ eorũ sunt & uariæ nationes. Harum è numero Nomades Cynocephalorũ lacte uiuũt. Syrbotæ longi sunt ad pedes duodecim. Asachæi captos uenatibus elephantos deuorant. [d] Apud Sambros nulla est aurita quadrupes, nec elephanti quidem. His proximi summã regiæ potestatis [e] cani tradunt, de cuius motibus quidnã imperitet augurantur. Maritimos Aethiopas quaternos oculos dicunt habere: sed fides alia est, illa deniq;, quòd & uident plurimũ, & manifestissimè destinãt iactus sagittarũ. Occidentem uersus [f] Agriophagi tenent, qui solas pantherarum & leonũ carnes edunt, rege prædíti, cuius in fronte oculus unus est. Sunt & Pamphagi, quibus esca est quicquid mandi potest, & omnia fortuitò gignentia. Sunt & Anthropophagi, quorum mores uocamen sonat. Cynamolgus aiunt habere caninos rictus, & prominula ora. Arthabathitæ proni, atq; quadrupedes, nec secus ac feræ sine sedibus euagãtur. Cõfines Mauritaniæ certo tempore [g] locustas terrestres legunt, duratasq; salsugine in præsidium

diũ uitæ ſolas habẽt. Sed ex illis quadrageſimũ æui annum nullus ſupergreditur. Ab oceano iſto ad Meroën, quã inſulam amplexu primo Nilus facit, [h]millia paſſuũ ſunt ſexcenta uiginti. Vltra Meroën ſuper exortũ ſolis [i]Macrobij Aethiopes uocantur. Dimidio enim eorũ protenſior, quàm noſtra uita eſt. Hi Macrobij iuſtitiam colunt, amant æquitatem, plurimũ ualent robore, præcipua decent pulchritudine, ornantur ære, auro uincula faciũt noxiorum. Locus apud eos eſt Heliutrapeza, opiparis epulis ſemper refertus, quibus indiſcretè omnes ueſcunt, nam & diuinitus eas augeri ferunt. Eſt & ibidem [k]lacus, quo perfuſa corpora uelut oleo niteſcunt. Ex hoc lacu potus ſaluberrimus. Sanè adeò liquidus eſt, ut ne caducas quidem uehat frondes, ſed ilicò folia lapſa ad fundum demittat [l]laticis tenuitate. Vltra hos deſertæ inhumanæq; ſolitudines aduſq; Arabicos ſinus. Deinde in ultimis orientis [m]monſtroſæ gentium facies, aliæ ſine naribus, æquali totius oris planicie informes habent uultus: aliis concreta ora ſunt, modicoq; tantum foramine calamis auenarum paſtus hauriunt. Nonnullæ linguis carent, in uicem ſermonis utentes nutibus motibusq;. Quædam ex iſtis nationibus ante Ptolemæum Lathyrum regem Aegypti, incognitũ habuerunt ignis uſum. Aethiopia omnis ab oriente hyberno ad occidentem hybernum tenet. Quicquid eius eſt, ſub meridiano cardine lucis nitet, qui maximè uiret hyeme. A meridiana parte [n]mons editus mari imminet, ingenuo igne per æternum feruidus, & inquietè iugis flagrãtibus: inter quæ incendia iugis æſtus, [o]draconum magna copia eſt. Porrò ueris draconibus ora parua, & ad morſus non dehiſcentia, ſed arctæ fiſtulæ, per quas & trahũt ſpiritus, & linguas exerunt: quippe non in dentibus uim, ſed in caudis habent, & uerbere potius quã rictu nocent. Exciditur è cerebris draconum Dracontias lapis, ſed lapis nõ eſt niſi detrahat uiuentibus. Nam ſi obeat prius ſerpens, cum anima ſimul euaneſcit durities ſoluta. Vſu eius orientis reges præcipuè gloriantur, quanq; nullum lenociniũ artis admittat ſoliditate: & quicquid

quædam Aethiopum locuſtis tantum uiuit, fumo & ſole duratis in annua alimenta: hi quadrageſimum uitæ annum nõ excedunt.

h ¶ *Millia paſſuũ ſunt.*) *Apud Plinium ſic legitur: In totum ab oceano ad Meroën 725. millia paſſuum eſſe inter autores ferè conuenit. Neceſſe eſt igitur ut uel in Solino, uel in Plinio error ſit.*

i ¶ *Macrobij.*) *Id eſt, longæui. Nam μακρὸς eſt longus, & βίος uita. Scribit Herodotus in Thalia, apud illos eſſe fontem, in quo loti efficiuntur perinde atque inuncti, uiolam olentes: eamq; aquam tam leuem eſſe, ut in ea nihil innatare poſſit, ne lignũ quidem, & quæ ligno leuiora ſunt. Ex potu uerò illius aquæ euenire putatur, ut homines ad centum uiginti annos perueniãt, & ſupra. Cæterum locus eorum eſt Heliutrapeza, id eſt, Solis menſa. Et hinc natum eſt prouerbium, ἡλίου τράπεζα, id eſt, Solis menſa, dicituրq; de ſumptuoſo lautiſſimoq; conuiuio. Nam & Heliutrapeza fuit in ſuburbano, in prato ſcilicet omniũ quadrupedum aſſa carne refertо, quam per noctem ſinguli ciuium magiſtratus properabant ponere, ad eamq; ubi illuxit cuilibet epulatum licebat accedere.*

k ¶ *Lacus.*) *Aquæ huius lacus per pingues terræ uenas profluunt, unctæ oleo erumpunt, uti Solis, quod oppidum eſt Ciliciæ, flumen nomine Liparis, in quo natantes aut lauantes ab ipſa aqua ungũtur. Item & in India ſereno cœlo emittitur magna olei multitudo. Eſt et in Carthagine fons, in quo natat oleũ odore uti ſcobe citreo, quo oleo etiam pecora ſolent ungi. Vide Vitruuium cap. 3. octauo. Sed quid opus eſt ex longinquis regionibus adducere miracula, cum & in Germania noſtra fons inueniatur, qui olei copiam in ſui ſuperficie quotidie exhibeat, nempe in partibus Bauariæ, in loco Degernſee, qui diſtat à Monaco urbe uniusdiei itinere.*

l ¶ *Laticis tenuitate.*) *Sunt multi in terra lacus, in quibus ob aquæ tenuitatẽ nihil ſupernatare poteſt, ut eſt ſtagnũ Sideris in Indis, & Auernus lacus in Italia. Rurſum ſunt aquæ plurimæ, in quibus nihil ſubmergitur, ſed ſupernatat corpus quodlibet, ut in Aſphaltite, Arethuſa, & alijs multis.*

m ¶ *Monſtroſæ gentiũ facies.*) *Si quẽ multa de his legere delectat, conſulat Plinium cap. 30. ſexti.*

n ¶ *Mons editus.*) *Plinius cap. 30. ſexti, de hoc ſic ſcribit: Sita eſt Aethiopia ab oriente hyberno ad occidentem hybernum. Meridiano cardine ſyluæ hebeno maximè uirent: meridiana eius parte imminens mari mons excelſus, æternis ardet ignibus, Aeonocauma dictus.*

o ¶ *Draconum copia.*) *Suprà capite 38. ſub litera i nonnihil de draconibus Africæ dictum eſt. De draconibus Indiæ ſcribit Philoſtratus libro 3. uitæ Apollonij, nempe omnem Indiæ regionem abundare draconi-*

bus, multitudine & magnitudine mirandis: itaq; paludes ijs plenas esse & montes, neq; tumulum ullum ijs uacuum reperiri: uerum paluſtres pigros tardosq; esse, longitudine uerò cubitorũ triginta, uix caput attollentes. Terrestres esse ranis similes, terga subnigra habẽtes, & cæteris minus squamosa. Qui in cacuminibus montiũ habitant, alijs maiores sunt, fluminibus q̃is rapacibus uelociores, ita ut ab illis euadere nihil possit. Sunt dracones alij coloris ignei, quibus in dorso squamæ eminent serræ instar: barba eis annascitur, qui altius ceruices attollunt, quorũ squamæ instar argenti fulgent. Oculorum autẽ pupillæ lapides sunt tanq̃ ignis fulgentes, quorũ uim maximã esse ad morbos complures tollendos, quapropter & lucrum uenationibus afferũt. De draconibus Aethiopiæ scribit Plin. cap. 13. libri 8. Generat, inquit, dracones Aethiopia Indicis pares, uiginti cubitorum. Asachæi uocantur Aethiopes apud quos maximè nascuntur. Narratur in maritimis eorũ quaternos quinosq; inter se cratium modo implexos, erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula Arabiæ uehi fluctibus. De draconti lapide scribit idem Plin. cap. 10. libri 73. Draconites, inquit, è cerebro fit draconum, sed nisi uiuentibus abscisso nunq̃ gemmascit, inuidia animalis mori se sentiẽtis. Igitur mos est ut dormientibus animalibus caput amputent. Obijciuntur autẽ draconibus somnifica medicamẽta, et postea obtruncãtur. Lapis autẽ inuẽtus dicitur esse cãdore translucido, nec postea politur aut artem admittit. Sunt qui scribunt Indos incantationib. extrahere dracones de cubiculis suis, & somno oppressos ceruicem securi ferire, scissoq; capite lapillos intus extantes auferre. Traditur enim montanorũ draconũ capitibus inesse lapillos specie & aspectu iucundos, & splendorem quendam colorib. inducentes, uiribus autem potentiaq; mirabiles: quod anulus testatur, quem habuisse Gygem uulgatũ est. Euenit etiam interdum, ut draco nõ sopitus Indum cum securi & arte intra cubile trahens deuoret.

quid in eo nobile est, non manus faciunt, ne alterius q̃ naturę candor sit, quo reluceat. Autor Sothacus gemmam hanc etiam sibi uisam scribit, & quibus intercipiatur modis edocet. Præstantissimi audacia uiri explorant anguium foueas & receptus, inde præstolati ad pastum exeuntes, prę teruectiq; percitis cursibus, obijciũt gramina medicata, quantum potest ad incitandum soporem: ita somno obsopitis, è capitibus desecant lapides, & de manubijs præcipitis ausi, prædam reuehunt temeritatis. Quæ locorũ Aethiopes tenẽt, feris plena sunt, è quibus quã p Nabim uocant, nos Camelopardalim dicimus, collo equis similem, pedibus bubulis, capite camelino, nitore rutilo, candidis maculis superspersa. Hoc animal Romæ Circensibus dictatoris Cæsaris primũ publicatum. Hisdem fermè temporibus illinc exhibita mõstra sunt, q Cephos appellant, quorum posteriores pedes crure & uestigio humanos artus mentiuntur, priores perinde hominum manus referunt: quæ tamen à nostris non amplius quàm semel uisa sunt. Ante ludos Cn. Pompeij Rhinocerota Romana spectacula nesciebant: cui bestiæ color buxeus, in naribus cornu unicum, & repandum, quod subinde attritũ cautibus in mucronem excitat, eoq; aduersus elephantos præliatur, par ipsis propè longitudine, breuior cruribus, naturali telo aluum petens, quam solam intelligit ictibus suis peruiam. Iuxta Nigrin fluuium

p ¶Nabim uocant.) Plin. cap. 18. libri 8. Nabim Aethiopes uocant, collo similem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem distinguentibus, unde appellata camelopardalis. Vulgò hanc Girafam uocant. Secundum Strabonem lib. 16. suæ Georgraphiæ, non est fera, sed pecus: nullam enim præ se sæuitiam fert.

q ¶Cephos.) A Strabone hoc animal Cepus uocatur, dicitq; ipsum habere faciem Satyro similem, cætera inter canem atq; ursum nullum habere discrimen. Hæc lib. ult. Libro autem 16. sic inquit: Cepi faciem habent leonis, reliquum corpus pantheræ, & magnitudinem damæ habent. Hanc feram Babylonij, qui iuxta Memphim sunt, pro deo colunt. Cæterum Rhinoceros dictio est cõposita à ῥὶν, quod est naris, & κέρας cornu. Est & Rhinoceros alter genitus hostis elephanto, nam cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione aluum maximè petens, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par, crura multò breuiora, color buxeus. Hæc Plinius cap. 20. octaui. Porrò Strabo lib. 16. sic scribit: Rhinocerotes, ut Artemidorus ait, longitudine parum ab elephantis exceduntur, quos Alexandriæ se uidisse affirmat. Ille autem quem nos, inquit, uidimus, colore buxeo, sed elephanti similis erat, magnitudo uerò tauri, forma apro proxima, præsertim quantũ ad rictum præter nasum, qui cornu quoddam est recuruum, omni osse durius, eo pro armis utuntur, quemadmodum aper dentibus. Habet etiam duo cingula tanquam draconum uolumina, à dorso usq; ad uterum circumeuntia, alterũ iubam uersum, alterũ ad lumbum. Sic & Diodorus Siculus scribit, quòd Rhinoceros in summitate nariũ cornu gerat, simũ forma, durumq; instar ferri. Hoc animal pabuli causa cum elephãte certat: acuit enim ad saxa cornu, deinde cũ elephante

congressus

fluuium[r] Catoblepa naſcitur, modica atq; iners beſtia, caput prægraue ægrè ferens, aſpectu peſtilenti. Nam qui in oculos eius offenderint, protinus uita exeunt. [s] Formicæ ibi ad formã canis maximi, arenas aureas pedibus eruũt, quos leoninos habent: quas cuſtodiunt, ne quis auferat, captantesq; ad necem perſequunt̃. Eadem Aethiopia mittit [t] Lycaonem: lupus eſt ceruice iubatus, & tot modis uarius, ut nullum illi colorem dicant abeſſe. Mittit & Tarandum, boum magnitudine, biſulco ueſtigio, ramoſis cornibus, capite ceruino, urſino colore, & pariter uillo profundo. Hunc Tarandum affirmãt habitum metu uertere, & cum deliteſcat, fieri aſsimilem cuicunq; rei proximauerit, ſiue illa ſaxo alba ſit, ſeu fruteto uirens, ſiue quam aliam præferat qualitatem. Faciunt hoc idem in mari Polypi, in terra Chamæleontes. Sed & Polypus & Chamæleon glabra ſunt, & pronius eſt cutis leuitate ſpeculi modò proximantia æmulari. In hoc nouũ eſt ac ſingulare, hirſutiam pili colorum uices facere: hinc euenit ut difficulter capi poſsit. Aethiopicis lupis proprium eſt, quòd in ſaliendo ita niſus habent alitis, ut nõ magis proficiant curſu, quàm meatu: homines tamẽ nunquam impetunt. Bruma comati ſunt, æſtate nudi, [u] Thoas uocant. Hyſtrix quoq; inde loci frequentiſsima, erinaciis ſimilis, ſpinis tergum hiſpida, quas plerunq; laxatas iaculatione emittit uoluntaria, ut aſsiduis aculeorũ nimbis canes uulneret ingruentes. Illius cœli ales eſt [x] Pegaſus: ſed hæc ales equinũ nihil præter aures habet. Tra-

congreſſus, uentrem grauiter ictum cornu, tanq̃ gladio proſcindit: hoc pacto pugnans beſtiam exanguem reddit. Si uerò elephas illius ictũ præoccuparit, proboſcide captũ, cum ſuperior ſit uiribus, dentibus laniat.

r ¶ Catoblepa.) *De hoc Plin. cap. 21. octaui libri ſic ſcribit: Apud Heſperios Aethiopas fons Nigris eſt, ut pleriq; exiſtimauere, Nili caput, ut argumẽta quæ diximus perſuadent. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepa, modica alioquin, cæterisq; membris iners. Caput tantũ prægraue ægrè ferens, id deiectum ſemper in terram: aliàs interneciio humani generis, omnibus qui oculos eius uidere confeſtim expirantibus.*

s ¶ Formicæ.) *Eſt formica animal nulli ſerè præterquam ſibi cõmodum. Nam, ut inquit Plinius, apes utiles faciunt cibos, formicæ condunt. Hæ arbores pernicioſe lædũt, ſata inficiunt, hortorũ non minimũ exitiũ. Formicæ tamẽ Aethiopum utiles ſunt, quæ aurum eruere dicuntur. Vnde Philoſtratus lib. 6. uitæ Apollonij ſic ait: Indorum gryphes & Aethiopum formicæ, quanq̃ ſint forma diſsimiles, eadem tamen agere ſtudent. Nam aurum utrobiq; cuſtodire perhibentur, & terram auri feracem adamare. Megaſthenes affirmat certa eſſe quæ de formicis uulgata ſunt, eas ſcilicet eſſe quæ aurum ex terra effodiunt, nõ quidem auri ſtudio, ſed ut ſibi ſpecus longè ſub terram parent: has enim uulpibus maiores, terramq; fodere auro mixtã, & ex ea purgata Indos aurum conflare. Sed ex auditu, non ex uiſu hæc narrat.*

t ¶ Lycaonem.) *Idem ſentit Mela Pomp. in deſcriptione Aethiopiæ libro tertio: Sunt, inquiens, & ſæuiſsimæ feræ omni colore uarij Lycaones, & quales accepimus Sphingas. Tarandũ uerò Plin. 34. octaui ſic deſcribit: Tarando, inquit, magnitudo quæ boui eſt, caput maius ceruino, nec abſimile, cornua ramoſa, ungula bifida, uillus magnitudine urſorum: ſed cum libuit ſui coloris eſſe, aſino ſimilis eſt. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborũ, fruticum, florum, locorumq; reddit, metuens in quibus latet, ideo raro capitur. Mirum eſt habitum corpore tam multiplicem dari, mirabilius & uillo. Cauſam huius mutationis tradunt eſſe, quòd pili eius uel cutis potius ſpeculi naturæ ſit aſsimilis: unde ſpecies circunſtantium rerum per aërem diffuſæ, & ad huius generis animalia terminatæ, reddunt eis talem colorem, qualis earum rerum ſunt quibus proximant. Idem facit polypus in aquis, qui ſui mutatione coloris uenatur piſces: attrahit enim ſibi colorem ſimilem ijs quibus appropinquauerit ſaxis. Vnde natum prouerbium apud Græcos, πολύποδ' ὁ νόον ἴσχε, Polypi mentem obtine: quo ſignificatur, pro loco & tempore mentem quoq; conſuetudinemq; mutandam eſſe, & nos ijs hominibus conformandos quibus cum conuerſamur. Scribit proinde Ariſtot. 37. noni nat. animal. polypum fatuum piſcem eſſe cum ad manum dimiſſam hominis accedit, prudentem autẽ in re familiari, cum omnia neceſſaria colligat, & in ſuo domicilio recondat, cumq; conſumpſerit quantum utile ſit, abigit teſtas & cancrorũ cruſtas, & putamina conchularum, & ſpinas piſciculorum. De chamæleonte infrà dicetur cap. 53.*

u ¶ Thoas uocant.) *Plinius capite 34. octaui de his lupis ſic ſcribit: Thoës luporum genus procerius longitudine, breuitate crurũ diſsimile, uelox ſaltu, uenatu uiuens, innocuum homini, habitum non colorem mutat: per hyemem hirti, æſtate nudi ſunt. De hyſtrice uerò idem Plinius cap. 35. octaui ſic ſcribit: Hyſtrices generat India & Africa, ſpina contectas, de erinaceorũ genere, ſed hyſtrici longiores aculei, & cum intendit cutem, miſsiles. Ora urgentium figit canum, & paulò longius iaculatur: hybernis autem ſe menſibus condit.*

x ¶ Pegaſus.) *Ales hæc à loco cuiuſdam fontis, ubi naſcitur, nomen habet. Plinius capite 21.*

octauo sic scribit: Aethiopia generat multa monstro similia, pennatos equos & cornibus armatos, quos pegasos uocãt. Capite tamen 49. lib. decimi, pegasos et gryphos inter fabulosa connumerat. Cæterũ auis Tragopa nomen uidetur sortita ab hirco, quem Græci τράγον nominant. Quæ de hac aue scribuntur, Plinius quoq; pro fabulosis habet. γ ¶ Cinamomum.) Græci scribũt κινάμωμον. Plin. cap. 20. duodecimi de hoc frutice sic scribit: Ipse frutex duorũ cubitorum altitudine amplissimus, palmiq; minimus, quatuor digitorũ crassitudinis, statim à terra sex digitis surculosus, arido similis &c. Dioscor. cap. 13. facit Cinamo species plurimas, quæ ab ea regione, cui gentiles sunt, suis quæq; nominibus separãtur. Præstantissimũ, inquit, dicitur Mosylon, ex quadam similitudine cum Casia ea, quæ Mosylitios uocatur. Est & quod montanum uocatur, crassum & breue admodũ, colore subrufo. Tertiũ quoq; habetur nigrum, &, ut Mosylon appellatũ, odore uehementer iucundo, surculosum minus, multis geniculis. Est & quartum fastigium candidi, fungosi, tumidi, aspectu uili, protinus fragili, grandi radice, casiã redolente. Redditur et quintum, cui cortex subrufus, et ad similitudinẽ casiæ rubræ coloratum, solidum, firmumq; tactu, nec magnopere neruosum, stirpibus crassis. Traditur & Cinamomũ mentitum, unde nomen pseudocinamomo. Theophrastus cap. 5. noni de plantis, cinamomum decerptũ in quinas partes discerni tradit, & esse præcipuæ bonitatis quod germinibus proximũ fuerit, idq; ad palmi longitudinẽ cædi aut paulò maius. Deinde alterum est quod sequitur, & illud minus cæsura est. Tertium deinde & quartum notatur. Vltimũ uerò quod deterrimũ proximumq; radici: hoc enim minimũ corticis habet, in quo summa gratia est, non in ligno: qua de causa præferri cacumina solent, quòd corticis plurimum habeant. Apud gentiles non legebatur cinamomum, nisi prius à dijs impetraretur uenia metendi, extis caprarum, boum & arietũ illis oblatis post solis ortum & ante eius occasum. Sarmenta hasta diuidebat sacerdos, deoq; partem ponebat, reliquum mercator in nassas condebat. Est & alia fama, cum sole diuidi, ternasq; partes fieri, deinde sorte gemina discerni, quodq; soli cesserit relinqui, ac sponte conflagrari.

bet. Tragopa quoq; auis maior aquilis, cornibus arietinis proferens armatũ caput. Aethiopes legunt ϒ cinamomũ. Id frutetum situ breui nascitur, ramo humili & represso, nunquam ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius prouenit, eximiũ magis ducitur: quod in crassitudinem extuberatur, despectui est. Verũ legitur per sacerdotes, hostijs prius cæsis: quę cum litauerint, obseruatur ut messis nec ortum solis anticipet, nec egrediat occasum. Quisquis principatum tenet, sarmentorũ aceruos hasta diuidit, quæ sacrata est in hoc ministerium. Atque ita portio manipulorum Soli dicatur, quę si iusta diuisa est, sponte incenditur. Inter hæc quæ diximus, nitore cæruleo z Hyacinthus inuenitur, lapis preciosus, si quidem inculpabilis inueniatur: est enim uitijs nõ parcè obnoxius. Nam plerũq; aut uiolaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albicantius in aquaticũ eliquescit. Optimus in illo tenor, si nec densiore fuco sit obtusior, nec propensa perspicuitate detectior, sed ex utroq; temperamento lucis & purpuræ moderatũ suauiter florem trahat. Hic est qui sentit auras, & cum cœlo facit mutationẽ: nec æqualiter rutilat, cum aut nubilosus est, aut serenus dies. Præterea in os missus, magis friget. Scalpturis certè minimè accõmodatus, ut qui attritum respuat. Nec tamen penitus inuictus est, nam Adamante scribitur & notatur. Vbi Hyacinthus, ibi & a Chrysolampis apparet, quem lapidem lux cęlat, prodit obscurum. Hæc enim est in illo diuersitas, ut nocte igneus sit, die pallidus. Ex ipso solo sumimus Hæmatitem rubore sanguineo, ac propterea Hæmatites uocatus.

z ¶ Hyacinthus.) Lapis est preciosus, si genuinus haberi possit. Nam multi non parum obnoxij sunt uitijs, dum uel naturalis color abluitur, uel nubilo obducitur, aut in aquaticum eliquescit. Et si genuinus sit, persentiscit auræ mutationes, nam est nubilus in obscuro aere, rutilans & clarus in sereno. Sed & in os missus magis frigescit, calorem scilicet oris frigore eius fugiente, & seipsum in unum recolligente. Virtus autem unita fortior est seipsa dispersa. Sculpi præterea nequit, ob nimiam duritiem eius: de quo uide Plinium cap. 9. trigesimiseptimi. a ¶ Chrysolampis.) Plinius cap. 10. lib. ult. sic scribit de hoc lapide: Chrysolampis in Aethiopia nascitur, pallidi coloris, die & noctu ignei. Dictus autem est Chrysolampis à χρυσὸς auro, & λάμπω splendeo, quasi lapis splendens auro. Cæterum Hæmatites à sanguineo natiuo eius colore nomen accepit. Vide de hoc lapide Plinium capite 10. libri ultimi.

Mira

Mira de intimis gentibus Libyæ, de lapide Hexecontalitho. Cap. XLIIII.

QVod ab Atlante aduſque Canopita num oſtium panditur, ubi Libyæ finis eſt, & Aegyptiũ limen, dictum à Canopo Menelai gubernatore ibi ſepulto. In ea inſula, quæ oſtium Nili facit, gentes tenẽt diſſonæ, quæ in auiæ ſolitudinis ſecretum receſſerũt. Ex his [a] Atlantes ab humano ritu prorſus exulant: nulli propriũ uocabulum, nulli ſpeciale nomen. Diris ſolis ortus excipiunt, diris occaſus proſequuntur, uſtíq; torrentis plagæ ſydere, oderũt deum lucis. Affirmant eos [b] ſomnia non uidere, & [c] abſtinere penitus ab animalibus uniuerſis. [d] Troglodytæ ſpecus excauant, illis teguntur. Nullus ibi habendi amor, à diuitijs paupertate ſe abdicarunt uoluntaria. Tantũ lapide uno gloriantẽ, quem [e] Hexecontalithon uocãt, tam diuerſis notis ſparſum, ut ſexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur. Omnes iſti carnibus uiuunt ſerpentum, ignariq; ſermonis ſtridٍent potius quàm loquũtur. [f] Augylæ uerò ſolos colunt inferos. [g] Fœminas ſuas primis noctibus nuptiarũ adulterijs cogunt patére: mox ad perpetuam pudicitiam legibus ſtringũt ſeueriſsimis. [h] Gamphaſantes abſtinent prælijs, fugiunt commercia, nulli ſe externo miſceri ſinunt. [i] Blemmyas, ſed nõ eos qui uicina rubro mari incolunt, credũt truncos naſci parte qua caput eſt, os tamẽ & oculos habere in pectore. [k] Satyri de hominibus nihil aliud præferunt q; figuram

SCHOLIA CAP. XLIIII.

Quæ in hoc capite Solinus de uarijs interioris Libyæ gentib. ſcribit, mutuatus eſt ex cap. 8. quinti Plinij, & Pomp. Mela lib. primo ſuæ Geographiæ, qui extendunt Libyam uſq; ad Canopicũ oſtium Nili, quod ſecũdum Strabonẽ lib. ultimo diſtat ab Alexandria centum ac uiginti ſtadijs pedeſtri itinere, ſic dictũ à Canopo illic mortuo ac ſepulto, qui Menelai claſſem gubernabat.

a ¶ *Atlantes.*) *A monte eiuſdẽ nominis hi populi nomen habent, execranturq; ſolem dum oritur & dum occidit, ut ipſis agriſq; eorum peſtiferũ, quippe qui per calorem ſuum regionẽ perdit.* *b* ¶ *Somnia nõ uidere.*) *Chriſtiani philoſophi ſecernunt nocturnas uiſiones in quinq; genera, uidelicet, oraculum, uiſionem, ſomniũ, inſomniũ, & phantaſma. Oraculum eſt, cum ſuperi aliquid agendũ uel deuitandum denunciant, aut indicant aliquid euenturũ. Viſio eſt, cum id quod uidet quis, eodem modo quo apparuerat eueniet. Somniũ eſt figuris tectum, & ſine interpretatione intelligi nõ poteſt. Inſomniũ eſt, quãdo id quod fatigauerat uigilantẽ, ingerit ſe dormienti, ut eſt cibi cura, uel aliqua ſtudia, aut infirmitates. Secundũ nanq; ſtudia, quæ quiſq; exercuit, ſomniat, & ſolitarũ artium ſimulacra menti impreſſa, apparent in ſomnijs. Iuxta etiam infirmitatũ diuerſitates, diuerſa accidunt ſomnia. Etiam ſecundũ morũ & humorũ uarietates, uariãtur & ſomnia. Alia nanq; uident ſanguinei, alia cholerici, alia phlegmatici. Phantaſma eſt, quando quis uix dormire cœpit, & adhuc uigilare ſe exiſtimat, aſpicere uidetur irruentes in ſe uel paſſim uagantes formas, diſcrepantes ac uarias, lætas uel turbulentas. In iſto genere eſt Ephialtes, quem publica perſuaſio quieſcentes opinatur inuadere, & pondere ſuo preſſos ac ſentientes grauare: quod tamen nõ eſt aliud, quàm quædam fumoſitas à ſtomacho uel à corde ad cerebrũ aſcendens, & ibi uim animalem cõprimens.*

c ¶ *Abſtinere ab animalibus.*) *Dogma id Pythagoricũ fuiſſe conſtat, qui Græcos ueteres perſuaſit ut nullum occiderent animal. Idem feciſſe ueteres Aegyptiorũ ſacerdotes, Cheremon Stoicus prodidit.* *d* ¶ *Troglodytæ.*) *Nomen iſtud habent hæ gentes à ſpecubus & cauernis in quibus habitant: eſt enim τρώγλη foramen & ſpecus. De Troglodytis ſcribit Herodotus in Melpomene: Troglodytæ, inquit, Aethiopes omnium quos fando cognouimus, perniciſſimis pedibus ſunt, ſerpentibus, lacertisq;, & alijs id genus reptilibus ueſcentes, lingua nulli alteri ſimili utentes, ſed ueſpertilionũ more ſtridentes.* *e* ¶ *Hexecontalithon.*) *Dictio eſt compoſita, Græci enim ἑξήκοντα ſexaginta, & λίθον lapidem dicunt: & quoniam hic lapis in parua magnitudine multicolor inuenitur, nomen ſexaginta ſibi adoptauit.* *f* ¶ *Augylæ.*) *Vocantur hi populi ſic à loco, cui Augyla nomen eſt. Hi Manes deos putant, deierantes per eos, pro oraculis eos conſulunt, referuntq; ſomnia pro reſponſis.*

g ¶ *Fœminas.*) *Scribit & Mela lib. primo in hunc modum: Fœminis eorum ſolenne eſt, nocte qua nubunt, omnium ſtupro patére qui cum munere aduenerint, & tum cum plurimis concubuiſſe maximum decus, inde reliquum pudicitia inſignis eſt.* *h* ¶ *Gamphaſantes.*) *Scribit de ijs Pomp. quòd nudi ſint, armorumq; omnium ignari, nec uitare ſciant tela nec iacere, ideoq; obuios fugiunt, neque aliorum quàm quibus idem ingenij eſt, aut congreſſus aut colloquia patiuntur.* *i* ¶ *Blemmyas.*) *Plinius cap. 8. lib. quinti de his ita refert: Blemmyis traduntur capita abeſſe, ore oculis pectori affixis.* *k* ¶ *Satyri.*) *De Satyris ſuprà capite 40. circa finem non-*

nihil diximus. l ¶ Aegipanes.) Sunt αἰγίπανδοι Græcis semicapri, uocanturq; sic quidem à forma capri simili, qui & syluani dicti sunt, nudi, capris persimiles, miramq; leuitatem præ se ferentes. Eos uana gentilitas syluestres deos esse putabat, porcos eis sacrificans. m ¶ Himantopodes.) Latinè Loripedes, ἀπὸ ἱμάντων καὶ πόδες, id est, à loro & pede, quòd quasi loro eorum pedes sint impliciti & recurui. De his Pomp. sic scribit: Himantopodes inflexi lentis cruribus, serpere magis quàm ingredi referuntur. n ¶ Pharusi.) Hi quondam Persæ, comites dicuntur fuisse Herculis ad Hesperidas tendentis: & secundum Pomp. aliquando diuites, nunc inculti, & nisi pecore alerentur, admodum inopes.

figuram.[l] Aegipanes hoc sunt quod pingi uidemus.[m] Himantopodes flexis nisibus crurũ repunt potius quàm incedunt, & pergendi usum lapsu magis destinãt quàm ingressu.[n] Pharusi cum Herculi ad Hesperidas pergenti forent comites, itineris tædio hic resederunt. Hactenus Libya.

De Aegypto, de Nili fluminis origine, augmento, ostijs. De Api boue, de Crocodilis, Trochilo aue, Scincis, Hippopotamis, Ibide aue, de miris Aegypti arboribus, de Alexandria, de pyramidibus. Cap. XLV.

SCHOLIA CAP. XLV.

Constat ex decimo capite Geneseos, Ham filiũ Noah habuisse hos filios, Chus, Mizraijm, Phut & Chnaan. Chus occupauit Aethiopiã, unde & Aethiops Hebræis uocatur Chusa: et Phut Libyam: Mizraijm autem terram Aegypti, sicut & perpetuò Aegyptus in hebraismo uocatur Mizraijm. Vnde autem huic terræ nomẽ Aegypti accesserit, Lactantius super secũdo Thebaid. ostendit, dicens: Habuit Belus Babyloniorum rex filios Danaum & Aegyptum. Aegyptus autem eiecto fratre Danao, in terra Aegypti annis 68. regnum tenuit, & ex suo nomine regionem eam Aegyptum uocauit, cum antea Aeria diceretur. Est regio ipsa fœcundissima, & nullis aëris tempestatibus obnoxia, ut etiam Aegyptij ipsi affirment apud se primos procreatos homines, ob summam regionis temperiem: nam neq; hybernis frigoribus, neq; æstiui solis ardore eius incolæ premuntur. Sed & solum regionis illius omniũ earum rerum feracissimũ quæ sunt ad usus hominum necessariæ, id quod Nili fluminis fertilitate satis probari potest. Is enim fluuius quamplurima generat, & quæ genuit suapte natura facillimè nutrit. Hinc euenit, ut Aegyptus plura quàm alia omnis regio mirabilia habeat. Vide Iustinum in secundo, & Diodorum Siculum libro primo. a ¶ Cui Delta nomen est.) Apud Memphim omnium Aegypti urbium præstantissimam, Nilus in plures partes scissus, formam Deltæ, id est, triangulum efficit: quo fit, ut tanquam in Nili claustro posita, aditum præbeat prohibeatq; ad superiora loca nauigantibus. Inferiorem Aegypti partem, Nilus dextra læuaq; diuisus, amplexu suo determinat Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco, centum septuaginta millium passuum interuallo. Quam ob causam inter insulas quidam Aegyptum retulere, ita se findente Nilo, ut triquetram terræ figuram efficiat: unde & multi Aegyptum Deltam appellauerunt. Et quamuis habeat fluuiorum maximum qui in orbe terrarum inueniuntur, tamen secundum multos eius fluuij origo ignoratur. Diodorus Siculus lib. primo huius rationem esse dicit, quòd ea loca Nilus præterfluat, quæ sunt tum serpentibus tum Cynocephalis, uarijsq; feris syluestribus infestata, ac propterea illius accessus difficiles. Plinius uerò cap. 9. quinti sic scribit: Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta & ardentia, & immenso longitudinis spacio ambulans, famaq; tantum, inermi quæsitu cognitus sine bellis, quæ cæteras

Aegyptus à meridie introrsus recedit, quoad prætendãt Aethiopes. A tergo inferiorem eius partem Nilus circunfluit, qui scissus à loco cui[a] Delta nomen est, ad insulæ faciem spacia amplectitur interna, & incerto penè fonte decurrens prodi tur, ut loquemur. Originem habet à monte inferioris Mauritaniæ, qui oceano propinquat. Hoc affirmant Punici libri, hoc Iubam regem accepimus tradidisse. Igitur protinus lacum efficit, quem Nilidem dicunt. Nilum autem iam inde esse cõiectant, quòd hoc stagnum herbas, pisces, belluas nihilo minus procreet, quàm in Nilo uidemus: ac si quando Mauritania, unde ei origo est, aut niuibus densioribus, aut imbribus largioribus irrigatur, inde incrementa exundationis in Aegypto augeantur: sed effusus hoc lacu arenis sorbetur, & cuniculis cæcis absconditur: deinde in Cæsariensi specu prorum pens amplior, eadẽ indicia præfert, quæ in exortu notauimus: rursusq; subsidit, nec se prius reddit

omnes

reddit, quàm post interualla itineris extenti cõtingat Aethiopas. Vbi exit, Nigrin facit fluuium, quem suprà diximus terminũ esse limitis Africani. Astapum eum indigetes uocant, scilicet aquam è tenebris profluentem. Multas magnasq; ambit insulas, quarum pleræq; sunt tam diffusæ & uastæ magnitudinis, ut uix eas dierum quinq; cursus prætermeet, quãuis concitus ibi feratur. Nobilissima earũ est Meroë, circum quam diuisus dextro alueo Astusapes, læuo Astabores nominantẽ. Tunc quoq; emensus magna longinquaq; loca, cum primum occursantibus scopulis asperatur, tantis agminibus extollitur inter obiecta rupiũ, ut ruere potius quàm manare credatur, demumq; à [b]Cataracte ultimo tutus est. Ita enim quædam claustra eius Aegyptij nuncupant. Relicto tamen hoc pone se nomine, [c]quod Siris uocatur, mox inoffensus meat. [d]Septem ostijs cõditur, in meridiem uersus excipitur Aegyptio mari. Ignari syderũ uel locorum, [e]uarias de excessibus eius causas

omnes terras inuenere, originẽ (ut Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniæ nõ procul oceano habet, lacu protinus stagnante, quem uocant Nilidem: ibi pisces reperiuntur Alabetæ, Coracini, Siluri, Crocodilus quoque. Præterea obseruatum est, prout in Mauritania niues imbresq; satiauerint, ita Nilũ increscere. Aegyptij uerò sacerdotes ab oceano, qui orbem circuit, Nilum habere principium ferunt. De Nilide lacu suprà quoque diximus capite 40. qui putatur à multis caput esse Nili: sed effusus hoc lacu Nilus, indignatur fluere per arenosa & squalentia, in Cæsariensis Mauritaniæ gente Massesylûm erumpit, & hominum cœtus ueluti circunspicit, ijsdem animalium argumentis. Iterum arenis receptus, conditur rursus uigiti dierum desertis ad proximos Aethiopas, atque ubi iterum senserit hominem, prosilit fonte (ut uerisimile est) illo, quem Nigrin uocauere: inde Africam ab Aethiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen & belluis frequens, syluarumq;

opifex, medios Aethiopas secat, cognominatus Astapus, quod illarum gentium lingua significat aquam è tenebris profluentem. Spargit deniq; in suo cursu insulas innumeras, quasdamq; tam uastæ magnitudinis, quanquã rapida celeritate, ut tamen dierum quinq; cursu non breuiore transuolet. Circa clarissimã earum Meroën, Astabores læuo alueo dictus, hoc est, ramus aquæ uenientis è tenebris, dextero uerò Astusapes, quod latentis significationem adijcit, nec antè Nilus, quàm se totum aquis concordibus rursus iunxit &c. Hæc Plinius. Diodorus uerò Siculus libro 1. de ortu Nili sic scribit: Nilus à meridie ad septentrionem fertur, ortus ex fontibus in extremis Aethiopiæ finibus, ad quæ loca propter æstus intemperiem nullus aditus fuit. Maximum omnium flumen, cum per uarias pluresq; feratur regiones, magnos flexus facit, quandoque ad orientem & Arabiam, quandoque ad occidentem & Libyam fluens. Eius decursus ab Aethiopiæ montibus usque ad mare, stadia duodecim fermè millia cum eius flexibus complectitur, facitq; plurimas insulas, maximè unam insignem nomine Meroën, quæ nomen illud habere dicitur à Meroë sorore Cambysis ibi defuncta, quum frater occuparet Aegyptum.

b ¶ A Cataracte.) *Est Cataractes ad medium ferè flumen, petrosum quoddam supercilium in superiore parte planum, ut flumen recipere possit, desinens uerò in præcipitiũ. Sic secundũ Strabonem est in Pamphylia amnis, qui Cataractes appellatur, multus, & torrentis more impetuosus, ab alta petra descendens, adeò ut longissimè strepitus exaudiatur. In Nilo quoque locus quidam est latitudine stadiorum decem accliuis, præceps, in angustum clausus inter conualles, ubi frequentia saxa scopulis similia, aquam magna uertigine mirabiliq; illæsam reflectunt, inq; contrarium cursum spumis agunt redundantibus: quæ res stuporem aspicientibus præbet: est enim ita uelox hoc in loco aquæ decursus, ut sagittæ similis uideatur, cum augetur aquarum incremento Nilus. Vnde nulla est facultas ascendendi, fluminis impetu omne hominum ingenium superante.* *c* ¶ Quod Siris.) *Quasi à Sirio stella nomen habeat, quòd sub ortum canis, per introitum solis in leonem augeatur & crescat. Sunt multa exemplaria Soliniana, quæ pro Siris habent Nigris.* *d* ¶ Septem ostijs.) *De his ostijs Plinius capite decimo libri quinti sic scribit: Sunt in honore atque intra decursum Nili multa oppida, præcipuè quæ nomina dedere ostijs, non omnibus (undecim enim reperiuntur, superq; quatuor, quæ ipsi falsa ora appellant) sed celeberrimis septem, proximo Alexandriæ Canopico, deinde Bolbitino, Sebennitico, Phatnitico, Mendesico, Tanitico, ultimoq; Pelusiaco. Vocantur autem quatuor falsa, quòd ignobilia sint, habentia quidem ingressus, at non aptos magnis nauigijs, sed scaphis.* *e* ¶ Varias de excessibus.) *Excessus uocat Nili incrementum, quod aspicientibus uidetur admirabile, & incredibile audientibus. Solus enim Nilus inter reliqua flumina adeò æstate crescit, cum decrescant cætera, ut inundet Aegyptum: hyeme minuitur, cum reliqua augeantur. Est Aegyptus plana & campestris: & cum urbes, uici, & agricolarum mapalia aggeribus munita, aquæ inundationem deuitent, tanquam Cyclades apparent aspicientibus. Terrestres belluæ omnes quæ in campis remanent, suffocantur aqua: quæ euadunt, ad altiora confugiunt. Pecora inundationis tempore in stabulis reclu-*

sa nutriuntur à colonis, ad id antea præparato pastu. Vulgus uerò remissis operibus rusticis, ociosum epulis indulget ac uoluptati. Hæc Diodorus Siculus. Anaxagoras huius incrementi causam putat esse niues Aethiopiæ, quæ æstatis tempore liquefiũt, hyeme uerò uigent. Eudoxus Aegyptiorũ sacerdos, huius causam in pluuias refert aquas tradit, anniq; temporum circumobsistentiam, id est, antiperistasin. Etenim cum nobis est æstas, qui sub solstitiali circulo, imò extra ipsum agimus, tunc illis hyems est, qui scilicet sub brumali ad perpendiculum incolunt: propterea Nili aqua alueos superans, expatiatur per Aegyptum. Lucanus lib. 10. existimat Nili inundationis non posse aliam rationem reddi, nisi quòd Deus Aegypto, quæ plerunque uacat pluuijs, consulere uoluit. Thaletis Physici sententia fuit, quòd Etesiæ eo tempore ex aduerso flantes, acto mari Nilum in oris retro agerent, atque stagnare cogerent. Pomponius autem Mela dicit, quòd Etesiæ uenienti Nilo obuiæ aduerso spiritu, cursum descendentis impediunt, aut arenis, quas cum fluctibus littori applicant, ostia obducunt. Et sic hi dicunt duas esse causas huius incrementi, scilicet fluminis ingentẽ aquæ copiam, & uentorum Nili cursum præpedientium uiolentiam. Idem sentit Ammianus historicus libro 22. sic scribens: Opinio est celebrior alia, quòd spirantibus Prodromis, perq; dies quadraginta & quinque Etesiarum continuis flatibus repellentibus eius meatum, uelocitate cohibita superfusis fluctibus intumescũt, & reluctante spiritu cõtrouerso adolescens in maius, hinc ui reuerberante uentorũ, inde urgente cursu uenarũ perenniũ, progrediens in sublime tegit omnia, & humo suppressa, per supina camporũ speciem exhibet maris. Timæus uerò mathematicus referente Plinio capite 9. quinti, hanc protulit rationem, nempe Phialam appellari fontem eius, mergiq; in cuniculos, ipsum amnem uapore anhelantem fumidis cautibus ubi conditur. Verùm sole per eos dies cõminus facto, extrahi ardoris ui, & suspensum abundare, ac ne deuoretur abscondi: idq; euenire à canis ortu per introitum solis in Leonem, contra perpendiculũ fontis sydere stante, cum in eo tractu absumantur umbræ. Scribit quoque ibi Plinius, Nilum crescere luna noua, quæcunq; post solstitium est, sensim modiceq; Cancrum sole transeunte, abundantissimè autem Leonem. In Virgine autem residet ijsdem quibus accreuit modis. In totum autem reuocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herodotus, centesimo die.

causas dederũt. Alij affirmant Etesias nubium densitatem illò cogere, unde amnis hic auspicatur, ipsumq; fontem superno humore sublatũ, tantã inundationis habere substantiã, quantũ pabuli ad liquorẽ nubila sumministrauerint. Ferũt alij, quòd uentorũ flatibus repercussus, cum fluorẽ solitæ uelocitatis nõ queat promouere, aquis in arcto luctantibus intumescat, & quanto impensius cõtrouersi spiritus repugnauerint, tanto excelsius sublimari in altitudinis uertices repercussam celeritatẽ, quando nec solitus extenuet cursus alueũ, & stipato iam flumine, uenis originalib. torrentiũ põdera superueniant. Ita cõcordi uiolentia, hinc urgentis elementi, hinc resistentis, undis exultantibus, molem colligi, quę excessus facit. Nõnulli affirmãt fontem eius qui Phiala uocat, syderũ motibus excitari, extractũq; radijs candentibus cœlesti igne suspendi, nõ tamen sine certa legis disciplina, hoc est, lunis cœptantibus: uerũ omnẽ excessus originẽ de sole fieri, primãq; exultantiã tumoris concipi, cum per Cancrũ sol uehatur. Postmodũ trigínta eius partibus euolutis, ubi ingressus Leonẽ, ortus Sirios excitauerit, propulso omni fluore tantã uim amnis erumpere: quod tempus sacerdotes [f] natalem mundi iudicarũt, id est inter tertiumdecimũ Calendas Augustas, & undecimũ diem. Deinde reuocari exitus uniuersos, cum in Virginem transeat, penitusq; intra suas ripas capere, cum Libram sit ingressus. Hoc etiam addũt, pariter eum nocere, [g] siue abundantius exæstuet, siue parcius, quan doquí-

f ¶ Natalem mundi.) Aegyptij sacerdotes opinati sunt ita fuisse factum in primo mundi natali, sicut in Aegypto annis singulis fieri experiebantur. Nam à principio mundi, cum terra, quæ tunc fuerat aquis obducta, arida apparuisset, multiformis in ea rerum facta est generatio. Sic in Aegypto cum aquarum moles recedit, apparet superficies terræ, & quicquid sub aquis delituit.

g ¶ Siue abundantius exæstuet.) Iustum incrementum, inquit Plinius, est cubitorum 16. Minores aquæ non omnia rigant, ampliores detinent, tardius recedendo. Hæ serendi tempora absumunt solo madente, illæ non dant sitiente: utrunque reputat prouincia. In 12. cubitis famem sentit, in 13. etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferunt: quindecim securitatem, 16. delicias. Maximum incrementum ad hoc æui fuit cubitorum octodecim, Claudio principe: minimumq; Pharsalico bello, ueluti necem Magni prodigio quodam flumine auersante. Cum stetere aquæ, apertis molibus admittuntur. Hucusq; Plinius. Et quoniam plurima cura molestiaq; agricolas Nili inundatio urgebat, excogitata est in Memphi quædam incrementi

doquidem exiguitas minimũ fœcunditatis apportet, propensior copia diuturno humore culturam moretur. Maximos eius exitus cubitos duodeuiginti consurgere, iustissimos sedecim temperari. Nec in quindecim abesse prouentus fructuarios, sed quicquid intra sit, famem facere. Dant illi etiam hoc maiestatis, ut portendat futura, argumẽtantes, quandoquidem Pharsalico bello non fuerit egressus quinq; ulnas. Iam illud palàm est, quòd solus ex amnibus uniuersis nullas expiret auras. Ditionis Aegyptiæ esse incipit à Syene, in qua fines Aethiopum, & inde usquedũ mari intimatur, Nili nomen tenet. Inter omnia quæ Aegyptus habet digna memoratu, præcipuè bouem mirantur, [h] Apim uocant. Hunc instar colunt numinis, insignem notæ albæ macula, quæ dextro eius lateri ingenita, corniculantis lunæ refert faciem. Statutũ æui spacium est, quod ut affuit, profundo sacri fontis immersus necat, ne diem longius trahat quàm licebit. Mox alter, nec sine publico luctu requiritur, quem repertũ centum antistites Memphim prosequuntur, ut incipiat sacris ibi initiatus, sacer fieri. Delubra quibus succedit aut incubat, mysticè thalamos nominant. Dat omnia manifestantia de futuris: illud maximum, si de consulentium manu cibum capiat. Denicq; auersatus Germanici Cæsaris dextram, prodidit ingruentia, nec multò pòst Cæsar extinctus est. Pueri Apim gregatim sequũtur, & repentè uelut lymphatici uentura præcinunt. Bos illi fœmina ostenditur in anno semel, & ipsa non absq; certis insignibus, quæ atq; inuenta & oblata est, eadem die statim neci datur. Apis [i] natalem Memphitici celebrant iactu aureæ pateræ, quam proijciunt in Nili gurgitem. Hęc solennitas per dies septem agitur: quibus diebus cum sacerdotibus quasdam Crocodili inducias habent, nec attrectant lauantes: uerũ octauo die ceremonijs iam peractis, uelut reddita sæuiendi licẽtia, solitam resumunt

incrementi & mensurandi à regibus obseruatio. Itaque quibus id negocij demandatũ erat, per epistolas urbibus uicisq; significabant, quot cubitis, quótue digitis fluuius auctus esset, & simul quo tempore cœpisset decrescere, quomodo uacuus reddebatur. Ea solicitudine populus incrementi magnitudine decrementoq; notis, ubertatem futuram euestigio ab inundationis modo, notatis prioribus temporibus, noscebant. Vide Diodorum Siculum libro primo.

h ¶ *Apim uocant.) Cum Aegyptij colerent bouem, quem Apim uocarũt, pro deo, hac superstitione offensus Cambyses Persarum rex, Apim bouem à sacerdotibus ad se iußit duci, eductoq; mox mucrone cachinnansq; ait ad sacerdotes: O capita nequam, hujuscemodi dij existunt sanguine atq; carne præditi & ferrum sentientes, dignus nimirum Aegyptijs hic deus. Qualis autem is Apis fuerit, paucis Mela Pomp. definiuit: Apis, inquit, populorũ omniũ in Aegypto numẽ est: bos niger, certis maculis insignis, & cauda linguaq; dißimilis aliorum. Rarò nascitur, nec coitu pecoris, ut aiunt, sed diuinitus & cœlesti igne conceptus, diesq; quo gignitur genti maximè festus est. Sic quoq; Herodotus scribit: Apis idemq; Epaphus è uacca genitus, quæ nullum dum aliũ potest concipere fœtum, quam Aegyptij aiunt fulgure ictam concipere ex eo Apim. Habet hic uitulus, qui appellatur Apis, hæc signa: Toto corpore est niger, in fronte habens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ, cantharũ in palato, duplices in cauda pilos. Alebatur autem olim in urbe Memphi, ubi templum erat, in septo quodam. Mortuo autẽ Apide, magnificeq; sepulto, quærebant ad id delecti sacerdotes uitulum priori persimilem: quo inuento, populus luctũ finiebat. Sacerdotes quibus ea imminebat solicitudo, primũ in ciuitatẽ Nili uitulum perducebant, in qua eum nutriebant dies 40. Deinde in nauim contectam, habitaculũ aureũ habentẽ, introducentes, & ad Memphim ut deum ducentes, in Vulcani fano locabant. De delubris eius scribit quoq; Plinius sic: Delubra sunt ei gemina, quæ uocant thalamos, auguria populorũ. Alterũ intrasse lætum est, in altero dira portendit. Responsa priuatis dat, è manu consulentium cibum capiendo &c. Vnde cum linxisset palliũ Eudoxi astrologi, cum adhuc in Aegypto moraretur, hoc ostento eum sacerdotes celebrem quidem futurum, sed nõ longæuum responderunt. Sic Germanicus Cæsar Drusi & iunioris Antoniæ filius, accepto ostento à boue, agens annum quartũ & trigesimum, Antiochiæ obijt, nec sine ueneni suspicione. Quæ sequuntur de pueris comitantibus, & carmen in honorem eius canentibus, item de boue fœmina, sumpta sunt ex cap. 46. octaui Plinij.* ● *i* ¶ *Apis natalem.)* Est Memphi locus in Nilo, quem à figura uocant Phialam, ubi omnibus annis auream paterã argenteamq; mergũt, diebus quos habent natales Api. Septẽ hi sunt, mirumq; per eos à Crocodilis neminẽ attingi, octauo post horam diei sextã redire belluæ feritatẽ.

sumunt atrocitatem. [k]Crocodilus malum qua drupes, & in terra & in flumine pariter ualet, linguam non habet, maxillam mouet superiorem. Morsus eius horribili tenacitate conueniunt, stipante se dentium serie pectinatim. Plerunq; ad uiginti ulnas magnitudinis coalescit. Qualia anseres edit oua. Metatur locum nido naturali prouidentia, nec alibi fœtus promit, quàm quò crescentis Nili aquę nō possunt peruenire. In partu fouendo mas & fœmina uices seruant. Pręter hiatū oris, armatus est etiam unguium immanitate. Noctibus in aquis degit, per diem humi acquiescit. Circundatur maxima cutis firmitate, in tantum ut ictus quouis tormento adactos tergore repercutiat. [l]Trochilos auis paruula est, ea dum reduuias escarū affectat, os belluę huiusce paulatim scalpit, & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in usq; fauces facit: quod Enhydrus conspicatus, alterum Ichneumonum genus, penetrat belluam, populatisq; uitalibus, erosa exit aluo. Est & Delphinum genus in Nilo, quorum dorsa serratas habent cristas: hi Delphines Crocodilos studio elicium ad natandū, demersiq; astu fraudulento tenera uentriū subternatantes secant, & interimunt. Præterea habitant [m]in insula Nili homines forma perexigui, sed audacia eousq; præditi, ut Crocodilis se offerant obuios: nam hæc monstra fugientes insequuntur, formidāt resistentes. Ergo capiuntur, subactiq; etiam intra aquas suas seruiunt, & perdomiti metu ita obsequuntur, ut immemores atrocitatis, uictores suos

k ¶ Crocodilus.) Dicitur Crocodilus ἀπὸ τῆς κρόκης καὶ δείλης, id est, à croco & timido, quòd mirum in modum crocum timeat. Aegyptij enim super mel quod conficiunt crocum sternūt, ne à crocodilis absumatur, id maximè expetentibus. Herodotus in Euterpe describit Crocodili naturam his uerbis: Crocodilo talis inest natura, ut quatuor mensibus, maximè hybernis, nihil omnino edat: & cum sit quadrupes, tamen terrestre & aquatile est. Nam oua parit humi, excluditq;: & plerunq; diei in sicco agit, sed totā noctem in flumine, quippe calidiore aqua nocturno, quàm sereno & rosido. Ex omnibus quæ mortalia agnoscimus, hoc maximū existit ex minimo: siquidē oua gignit haud multò maiora anserinis, & proportione oui fœtus excluditur. Excretus, ad decē & septem atq; amplius cubitos peruenit. Oculos habet suillos, dentes magnos proportione corporis, & prominentes atq; serratos: cui ex omnibus feris soli lingua innata non est. Idem inferiorē maxillam solùm nō mouet, sed superiorem inferiori admouet. Vnges quoque robustos habet, pellemq; circa tergū impenetrabilem. Inter aquas cæcus, sub dio perspicacissimus. Diodorus enim longitudine uitæ hominis fermè esse ait: neque solum homines comedere, sed & cætera terrestria animantia flumini appropinquantia unguib. grauiter discerpere. Morsu esse aspero tetroq;, & quod dentibus laceret, nunquā sanari. Eum capi tum hamis, tum ferreis instrumētis, tum deniq; retibus ualidissimis. Crocodilorū tum in Nilo, tum in stagnis flumini proximantibus ingentem multitudinē esse dicit, & quòd suapte natura fœcundū animal: parit enim plurimū oua sexaginta, rarissimeq; capitur. Aristot. cap. 33. quinti nat. animal. dicit eum crescere ad quindecim cubitos, augeriq; quandiu uiuit: id tamen affirmat ex aliorū sententia. Tradunt etiam nōnulli Crocodilos uiso homine emittere lachrymas, at mox eum deuorare qui appropinquarit. Hinc ortū prouerbiū, κροκοδείλου δάκρυα, Crocodili lachrymæ, dicique in eos, qui sub pietatis specie homines fallunt.

l ¶ Trochilos.) Is locus ab Aristot. cap. 6. noni nat. animal. sic tractatur: Crocodilis hiantibus, trochili aues inuolantes depurgant dentes, quo munere & ipsi aluntur: & Crocodilus sentiens secum cōmodè agi, nihil nocet, sed cum egredi auem uult, ceruices mouet, ne cōprimat. Ingreditur autem auis illa fauces belluæ motus affectu reduuiarū, uel, ut alij legendū censent, rediuiorū. Per rediuiū autem intelligenda est sanguisuga, quæ infixo sanguini capite, uiuit & intumescit: cui uni ex omnibus animalibus cibi exitus nō est, sed usqueadeo intumescit satietate, ut ipso alimēto moriatur. Enhydrus uerò anguiū genus in aqua degentiū, Crocodilis perniciem infert, delens eos atq; eorum oua. Nam Crocodilis applicantibus insidiatur, intransq; in oris hiatum, & exesis uisceribus è uentre mortuorū egreditur. Habent deinde & aliū hostem, nempe delphinem, qui interimit Crocodilos nō paribus uiribus, sed astu. Callent enim in hoc cuncta animalia, sciuntq; nō modò sua cōmoda, uerū & hostium aduersa: norūt sua tela, norunt occasiones, partesq; dissidentiū imbelles. In uentre enim Crocodilus mollis est, tenuemq; habet cutem, ideo se ut territi immergunt Delphini, subeunteq; aluum, illam secant spina quæ inest tergo eorum, quam cultellatam uocant pennam.

m ¶ In insula Nili.) Vide, si libet, Plinium cap. 25. octaui, ubi doctè & eleganter tractat hunc locum, quomodo fugientes exiguos homines Crocodili insequantur, & rursum ab audacibus subigantur. In cunctis enim animalibus ferè euenit, ut minora sint maioribus audaciora, proq; sui corporis magnitudine fortiora. Hinc est Papinianum illud: Maior in exiguo regna-

res ſuos inequitantes dorſo uehant. Hanc ergo inſulam & hanc gentem ubicunq; indicio odoris perſenſerint, procul fugiunt. In aqua obtuſius uident, in terra acutiſsimè. Hyeme nullum cibum capiunt, quinetiam quatuor menſes à cœptu brumæ inedia exigunt. [n]Scinci quoque circa Nilum frequentiſsimi, Crocodilis quidē ſimiles, ſed modica forma & anguſta, uerū ad opem ſalutarem non qualibet neceſſarij: medentes quippe ex ipſis pocula inficiunt, quibus & ſtupor neruorum excitetur, & ueneni uis extinguatur. [o]Hippopotamus in eodem flumine ac ſolo naſcitur, equino & dorſo, & iuba, & hinnitu, roſtro †treſupino, ungulis bifidis, aprinis dentibus, cauda tortuoſa. Noctibus ſegetes depaſcitur, ad quas pergit auerſus aſtu doloſo, ut fallente ueſtigio, reuertēti nullæ ei inſidiæ præparentur. Idem cum diſtenditur nimia ſatietate, arundines recens cæſas petit, per quas tandiu obuerſatur, quoad ſtirpium acuta pedes uulnerent, ut profluuio ſanguinis leuetur ſagina. Plagam deinde cœno oblinit, uſquedum uulnus conducatur in cicatricem. Hippopotamos & Crocodilos primus Romam Marcus Scaurus inuexit. Circa eaſdem ripas ales eſt [p]Ibis: ea ſerpentum populatur oua, gratiſsimamq; ex his eſcam nidis ſuis defert: ſic rareſcunt prouentus fœtuum noxiorum. Nec tamen aues iſtæ tantum intra fines Aegyptios proſunt: nam cum Arabicæ paludes pennatorum anguium mittunt examina, quorum tam citum uirus eſt, ut morſum antè mors quàm dolor inſequatur, ſagacitate, qua ad hoc ualēt, aues excitatę, in procinctum eunt uniuerſæ, & prius quàm terminos proprios externum malum uaſtet, in aëre occurſant cateruis peſtilētibus, ibi agmen deuorant uniuerſum: quo meritò ſacræ ſunt, & illæſæ. Ore pariunt. Nigras ſolum Peluſium mittit, reliqua pars cādidas. De arboribus quas ſola fert

treſimo

guo regnabat corpore uirtus. Sed non eſt ſemper in audacibus audacia tuta.

n ¶*Sinci.*) *Sunt qui Scincum uocant terreſtrem Crocodilū, ſed eſt candidiore atq; tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dinoſcitur à Crocodilo aquatico, ſquamarū ſeta à cauda ad caput uerſa: alioquin ſimilis eſt Scincus Crocodilo, niſi quòd eſt minor, & eſt cōtra uenenū præcipuū antidotum. Valet & ad inflammandā uirorū uenerem. Afferūtur autem & Scinci ex Aegypto uenales, et ſunt lacerti magniſimilitudine. Proueniūt quoq; in Vincentino agro, ueris multò minores, quos pro Aegyptijs interdum medici ſubijciūt.* *o* ¶*Hippopotamus.*) *Sonat Latinis græca uox ἱπποπόταμος equū fluuialem, quem Diodorus Siculus lib. 1. ſic deſcribit: Magnitudo eius eſt haud minor cubitis quinq;, quatuor pedibus, ungula more bouis fiſſa. Dentes ex utroque latere tres habet, ultra reliquas feras eminentiores aures, caudā uocemq; equis ſimilem, reliquū corpus haud diſſimile elephanto. Pellis eſt ultra cæteras belluas duriſsima, aquatilis ac terreſtris beſtia. Die quidē in imis aquis latet, noctu in terram egreſſus, tum frumenta depaſcitur, fœnū deſtruens &c. Fœcūdiſſimum prole animal: eſt tam craſſo corio, ut ex eo arefacto fiant pila miſſilia. Scribit & Ammianus Marcellinus de hoc animali in hunc modū: Hippopotami ultra cuncta ratione carentia ſunt ſagaciſsimi: ad ſpeciem equorum bifidas ungulas, caudaſq; breues, quorum ſolertiæ duo oſtendere documenta ſufficiet. Inter arundines cæſas & ſqualentes nimia denſitate, hæc bellua cubilibus poſitis ociū peruigili ſtudio circunſpectat, laxaq; copia ad ſegetes depaſcendas egreditur. Cumq; iam cœperit redire diſtenta, auerſis ueſtigijs diſtinguit tramites multos, ne unius plani itineris lineas inſidiatores ſecuti, repertum ſine difficultate confodiant. Item cum auiditate nimia extuberato uentre pigreſcit, ſuper calamo recens execto femore conuoluit crura, ut pedibus uulneratis cruor egeſtus madeſcentem faciat leuem, & carnes ſaucias cœno oblinit, quandiu in cicatrices conueniant plagæ.* *p* ¶*Ibis.*) *De hac aue ſcribit Cicero lib. ſecundo de natu. Ibes maximam uim ſerpentiū conficiunt, cum ſint aues excelſæ, rigidis cruribus, corneo proceroq; roſtro, auertunt peſtem ab Aegypto. Hæc roſtri aduncitate per ſe partem perluit qua reddi ciborum onera conſueuerunt. Fuit olim ab Aegyptijs lege ſancitū, ut quiſquis ibin necauerit, ſiue uolens ſiue nolens, neceſſariò morte afficiatur: nam uenerati ſunt eam auem pro deo, tanquā utiliſsimam ipſis, quòd deleret ſerpentes, locuſtas et bruchos. Scribit & Ammianus lib. hiſtoriarū 22. de hac aue: Ibis ſacra eſt & anabilis, atq; innocua, ideo quòd nidis ſuis ad cibum ſuggerens oua ſerpentium, efficit ut rareſcant mortiferæ abſumptæ. Occurrūt præterea eædem uolucres pennatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt paludibus uenena malignantes, eoſq; antequam finibus ſuis excedunt, prælijs ſuperatos aërijs, uorant: quas aues per roſtra ædere fœtus accepimus. Ariſtoteles tamen inter errores enumerat, cap. 6. tertij de generatione animaliū, quòd quidam ſint, qui coruos & ibin*

ore coire opinẽtur: inter quadrupedes etiã muſtelam ore parere. Porrò ibes quæ cum ſerpentib. pugnãt uehementer nigræ ſunt, cruribus gruinis & roſtro maxima ex parte adunco, & hæ apud Peluſium tantum inueniuntur. Alia ſpecies Ibium candida eſt, inueniturq; in tota Aegypto. q ¶Ficus Aegyptia.) Hanc quidam ſycomoron, alij ſycaminon appellant. Fructum fert cognomine ſycomorũ, ex argumento guſtus ignaui. Eſt arbor illa moro ſimilis, folio, magnitudine & aſpectu. Pomum fert non ramis, ſed caudice ipſo: idq; ipſum ficus eſt prædulcis ſine granis interioribus, perquã fœcundo prouentu, ſcalpendo tantum ferreis unguibus, aliter nõ matureſcit. Sed cum factum eſt, quarto die demetitur, alio ſubnaſcente, ſepteno ita numeroſa partu, per ſingulas æſtates multo lacte abundante. Subnaſcitur etiã ſi nõ ſcalpatur fœtus quater æſtate, priorẽq; expellit immaturũ. Hæc Theophraſtus ex translatione Plinij. Scribit & de materia ſic: Materies proprij generis inter utiliſſimas: cæſa ſtatim ſtagnis mergitur, hoc eſt eius ſiccari. Et primo ſidit, poſtea fluitare incipit, certoq; eam ſuco alienus humor, qui alia omnia rigat. Cum innatare cœperit, tempeſtiuæ habet ſignum.

r ¶Adipſos.) Ab effectu huic arbori nomen inditum eſt, quòd ea guſtata arceat ſitim: componitur enim nomen ab ἀ ſine, & ἄψος ſitis, quòd guſtus eius ſit ſine ſiti. Plinius cap. 23. duodecimi nat. hiſtoriæ ſic ſcribit: Myrobalano in unguentis ſimilem proximumq; uſum habet palma in Aegypto, quæ uocatur Adipſos, uiridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno: colligitur autem paulò antè quàm incipiat matureſcere. s ¶Ad Lacecaumenen.) Loco huic uidetur nomen inditum à uerbo λάκω, quod reſono, clamo, & oracula do ſignificat, quòd ea animalia in eum lucum cõpulſa, uocis ſono & clamoribus quibus poſſunt, oracula produnt. Cæterũ nihil de hoc loco ſcriptum inuenitur apud autores, niſi quòd ibi ab Aegyptijs ordo & aſtrorũ motus, eorumq; deſcriptio, res multis antea ſeculis ſummo ſtudio obſeruata traduntur. Planetarũ inſuper motus, cõiunctiones, epicyclos, item quæ uires erga animantiũ generationem, quæue bona aut mala importarent hominibus, diligenter ſæpiusq; ſcrutati ſunt, quò melius occurri futuris poſſet. Sterilitatem præterea, fructuum ubertatem, morbos tum hominibus tum pecoribus imminentes, terræmotuum atq; inundationũ tempora, multa deniq; alia cognitu difficillima, diutina obſeruatione nota ſignificabant. Vide Diodorum Siculum lib. 2. t ¶Ad ſtatutum modum.) Senſus eſt, ubi certa cœli figura animalia illa aſpexerit, produnt ſenſus ſuos ſignificationibus. Quod autem ſubditur de occaſu & ortu ſolis, Cicero lib. 2. de natura deorum, id leuitatibus Aegyptiorum annumerat. u ¶Thebæ nobiles.) Stephanus de urbibus, tradit fuiſſe nouem urbes quæ Thebæ dictæ ſunt. Aegypti Theben, Aegyptij nominant Διὸς πόλιν, id eſt, Iouis urbem, quòd Ioui fuerit conſecrata. Græci eam Thebas appellant. Mœnia eius centum quadraginta ſunt ſtadia ambitu complexa. Eam Buſyris magnis ædificijs ac ſpecioſis deorũ templis, alijſq; ornamentis pulcherrimis exornauit. Quidam aſſerũt nõ centũ portas fuiſſe ciuitatis, ſed plures egregiasq; templorũ portas, à quibus Hecatompylon, tanq; plurimarũ portarũ ſit dicta. Hanc inſignem urbem Cambyſes rex diruit, & eius ingentes opes in Aſiam tranſportauit. Cæterũ Abydus ſupra Ptolemaicam ciuitatem eſt, in qua eſt Mennonis regia mirificè conſtructa, tota ex lapide, ſicut Labirynthus conſtructus fuerat. Alexandriã quoq; inſignem urbem plura cõmendant, loci ſalubritas, aër tranquillus ac clemens, & cœli perpetua ſerenitas. Huc accedunt

la fert Aegyptus, præcipua eſt q ficus Aegyptia, folijs moro comparanda, poma nõ ramis tantum geſtitans, ſed & caudice. Vſqueadeo fœcunditatis ſuæ auguſta eſt, ut uno anno ſeptíes fructum ſufficiat. Vnde pomũ decerpſeris, alterũ ſine mora protuberat. Materia eius in aquam miſſa ſubſidit, deinde cum diu deſederit in liquore, leuior facta ſuſtollitur, & uerſa uice, quod natura in alio ligni genere non recipit, fit humore ſicca. Palma quoq; Aegyptia dícenda res eſt, propriè r adipſos uocatur, ut dici oportuit, eaq; guſtata arcet ſitim. Odor eidem qui & malis Cydonijs. Sed demũ ſitim ſedat, ſi prius cẽ maturuerit decerpãt. Nam ſi matura ſumatur, ſenſum intercipit, greſſum præpedit, linguã retardat, obſeſsisq; officijs mentis & corporis, imitatur uitiũ ebrietatis. Aegyptiũ limitem, quà ad s Lacecaumenen cacumen tendit, incolunt populi, qui momentum quo reparari mundũ ad motus ferũt annuos, hoc ſtudio deprehendunt. Eligitur ſacer lucus, in quem cõpellũt animalia diuerſiſsimi generis: ea ubi t ad ſtatutũ modum cœleſtis uertigo prouecta eſt, ſenſus ſuos ſignificationibus produnt quibus poſſunt: alia ululant, alia mugiunt, quædam ſtridunt, quædam rugiunt, nõnulla ſimul confugiunt ad uolutabra. Hoc argumentum illis eſt magiſterium ad indicium temporis deprehendi. Ferunt ijdem populi, à primis ſibi gentis ſuæ auis traditum, ubi nunc occaſus eſt, quondam ibi ortũ ſolis fuiſſe. Inter Aegyptias urbes numero portarum u Thebæ nobiles, ad quas

quas cõmercia Arabes undiq; gentium ſubuehunt. Hic regio Thebaica Abydos, & ipſa nobilis olim Memnonis regia, nũc Oſyridis fano exculta. Alexandriam & operis ipſius magnitudo, & autor Macedo nobilitant: quam metatus Dinocrates architectus, ſecundũ poſt cõditorem inter memorabilia locũ ſortitus eſt. Condita autem Alexandria eſt duodecima centeſimaq; olympiade, L. Papyrio Spurij filio, C. Pætilio Caij filio COSS. Romanis, haud longè ab oſtio Nili fluminis, quod Heracleoticon alij, alij Canopicon appellant. Eſt & [x]Pharos, colonia à Cæſare dictatore deducta, ex qua facibus accenſis nocturna dirigit nauigatio. Nam Alexandria inſidioſo acceſſu aditur, fallacibus uadis, cæco mari, tribusq; tantũ canalib. admittit nauigãtes, Tegamo, Poſidonio, Tauro. Hinc igitur in portubus machinas ad prælucẽdi miniſteriũ fabricatas, Pharos dicunt. [y]Pyramides turres ſunt in Aegypto, faſtigiatæ ultra celſitudinem omnẽ quæ fieri manu poſsit: itaq; menſuram umbrarũ egreſſæ, nullas habẽt umbras. Nunc ab Aegypto promoueamus ſtylum.

accedunt altis ſufflata faſtigijs templa, inter quæ eminet Serapiũ, quo olim poſt Capitolium, nihil orbis terrarũ ambitioſius uidit. Hæc urbs quum antea No uocata fuiſſet, ab Alexandro Macedone, qui eam ampliauit & decorauit, Alexandria uocata eſt. Vide Qu. Curtiũ in quarto uolumine geſtorum Alexandri, & Diodorũ Siculum in geſtis eiuſdem, qui ſcribit hanc urbem ædificatã imperij Alexandri anno quinto. Euſebius uerò & Eutropius dicũt anno ſeptimo, referendo ſcilicet hos ad finem cõſtructæ urbis, & Diodorus ad initiũ. x ¶*Eſt & Pharos.*) *Quemadmodũ Canopus à Canopo Menelai claſsis gubernatore dicta eſt, ſic & à Pharo eiuſdem Menelai nauclero, Pharos inſula nomen habuit, quòd eo loco ab aſpide peremptus, ſepultus fuerit. Ammianus uerò Marcellinus 22. hiſtoriarũ libro, Pharon à loco ipſo cognominatũ tradit. Hoc littus, inquit, cum fallacibus & inſidioſis acceſsibus affligeret antehac nauigantes diſcriminibus plurimis, excogitauit in portu Cleopatra turrim excelſam, quæ Pharos à loco ipſo cognominatur, prælucendi nauibus nocturna ſuggerens miniſteria. Plin. cap. 31. quinti, dicit Pharum quondam diei nauigatione diſsitam ab Aegypto, nunc autem è turri nocturnis ignibus curſum nauium regere. Nam fallacibus uadis Alexãdria tribus omnino aditur alueis, Tegamo, Poſidonio, Tauro.* y ¶*Pyramides.*) *Hæ pyramides ultra omnẽ montium altitudinem, quæ humanis confici poteſt uiribus, erectæ ſunt ueluti turres, ab imo latiſsimè in ſummitates acutiſsimas deſinentes: quæ quidem figura apud Geometras ideò ſic appellatur, quòd ad ignis ſpeciem, ut nos dicimus, extenuatur in conũ: quarũ magnitudo quoniam in celſitudinẽ nimiam cadens, gracileſcit paulatim. Hæc Ammianus libro hiſtoriarũ 22. Menſuram autem altitudinis earum omniumq; ſimilium deprehendere, inuenit Thales Mileſius umbram metiendo, qua hora par eſſe corpori ſolet, id quod tunc cõtingit quando ſol leuatur ſupra horizontem medio quadrante, hoc eſt, 45. partibus quadrantis. Mirum autem eſt, quòd unam harum pyramidum, trecenta ſexaginta millia hominum, annis uiginti conſtruxiſſe produntur. Vide de his, ſi libet, Plinium cap. 12. triceſimi ſexti naturalis hiſtoriæ.*

De Arabia, & in ea thure, & myrrha: de Phœnice, ac Cynamolgo auibus, deq; Arabum moribus, de lapidũ precioſorum generibus. Cap. XLVI.

ULtra Peluſiacum oſtium Arabia eſt, ad Rubrum pertingens mare, quod Erythræum ab Erythro rege, Perſei & Andromedæ filio, non ſolum à colore appellatum Varro dicit, qui affirmat in littore maris iſtius fontem eſſe, quem ſi oues biberint,

SCHOLIA CAP. XLVI.

Abſoluta Africa, tranſit hic Solinus in Aſiam, tertiam orbis partem: & quia Arabia propinqua eſt Aegypto, primùm ad illam pergit prouinciam, ut eam deſcribat: & cum traijciendũ ſit mare rubrum, antea illud quoq; ab eo deſcribitur, quare ſic uocetur, & à quo nomen illud habeat. Quod noſtri uocauerunt mare rubrum, Græci appellant Erythræum, à rege Erythra: aut (ut alij ſentiũt) à ſolis repercuſſu talis ei redditur color. Alij ab arena terraq;, alij à tali aquæ ipſius natura. Qu. Curtius lib. 7. dicit: Mare rubrum nec colore quidem abhorret à cæteris, ab Erythro rege inditũ eſt ei nomen. Sunt qui aiunt mare rubrum uehementer cæruleũ eſſe: denominatur tamen rubrum à rege Erythra, id eſt, rubro, qui ex ſuo nomine mare denominauit. Scribit Procopius lib. 1. belli Perſici, mare rubrum in tenebris non eſſe procelloſum, ſed in luce plerunq; contingit eſſe æſtuoſum. Sic quoq; ſcribit Mela lib. 3. hoc mare procelloſum eſſe, aſperum, profundum, & magnorum animalium magis quàm cætera capax. His quoq; alludunt Hebræi, qui ſcribunt mare illud propterea uocatum Iam ſuph, id eſt, mare tempeſtuoſum, quòd inquietiſsimum ſit. De hoc mari infra quoque

rint, mutent uellerum qualitatem, & antea candidæ, amittant quod fuerint usq; ad hauſtum, ac ſuluo poſtmodum nigreſcant colore. Rubri autem maris [a]Arſinoë oppidum. Verùm [b]hæc Arabia procedit aduſq; illam odoriferam & diuitem terram, quam Catabanes & Scenitæ tenent, Arabes nobiles monte Caſio: qui Scenitæ cauſam nominis inde ducũt, quòd tentoriis ſuccedunt, nec alias domos habent. Ipſa autem tentoria cilicina ſunt: ita nuncupãt uelamenta è caprarum pilis texta. Præterea [c]carnibus ſuillis prorſus abſtinent. Sanè hoc animalis genus, ſi inuectum illò fuerit, moritur ilicò. Hanc Arabiam [d]Græci εὐδαίμονα, noſtri Beatam nominarunt. Habitatur [e]colle manu facto inter flumen Tigrin, & flumen Eulæum, quod ortum à Medis tam puro fluore inclytũ eſt, ut inde omnes reges nõ alias quàm eius aquas bibant. Eu dæmonem nõ fruſtra cognominatam hinc capeſſas, quòd præter odores, quos creat plurimos, ſola thus mittit, nec tamẽ uniuerſa. Nam in medio eius ſunt Atramitę pagus Sabæorũ, à quo octo manſionibus regio thurifera diſterminatur. [f]Arabia appellata eſt, id eſt, ſacra: hoc enim ſignificari interpretantur. [g]Virgulta hæc non ſunt publica, ſed, quod inter barbaros nouum, in ius poſterorum per ſucceſsiones tranſeunt familiarũ. Ergo quicũq; dominatũ iſtius tenent nemoris, arabicè ſacri uocãtur. Idem illi cum lucos iſtos uel metunt, uel incidunt, nõ funeribus interſunt, non congreſsionibus fœminarũ polluunt. Hanc arborem prius quàm penitus

ſiet mentio, cap. 68. *a* ¶ *Arſinoë oppidum.) Scribit Plinius cap. 11. quinti, Arſinoën rubri maris oppidum à Peluſio per deſerta diſtare 125. millia paſſuum.*

b ¶ *Hæc Arabia.) Ptolemæus in ſua Coſmographia triplicem ponit Arabiã, uidelicet Petræam, Deſertam & Felicẽ. De Deſerta loquitur hic Solinus, quòd pertingat uſque ad odoriferam illam Arabiam, complectaturq; Catabanes, Esbonitas & Scenitas, homines uagos, & nullam certam manſionem habentes: unde & quidam eorum à tabernaculis quæ circunferunt, uocantur Scenitæ: eſt enim σκηνὴ Græcis tabernaculum. Cæterum Caſium montem quidam putant eſſe montem Sinai, quem Iuſtinus 36. uolumine appellat Sinæum, à uepribus ſcilicet & dumetis quibus ſeptus eſt ſic uocatus: eſt enim Hebræis* סנה *arbor ſpinoſa.*

c ¶ *Carnibus ſuillis abſtinent.) Non igitur ſoli Iudæi à porcorum carnibus alieni fuerunt, ſed & multi gentiles, ſicut etiam Herodotus de Aegyptijs ſcribit in Melpomene, quòd à ſuibus abſtinuerint.* *d* ¶ *Græci εὐδαίμονα.) Vocant Græci εὐδαίμονα felicem & fortunatum. De hac Arabia ſcribit Plinius cap. 19. duodecimi, & Herodotus lib. 3. quòd ad meridiem ultima è regionibus quæ habitantur, Arabia eſt, in qua ſola omnium naſcuntur thus, myrrha, caſia, cinnamomũ, & ladanum. Et Diodorus Siculus lib. 3. Ab Arabia deſerta aridaq;, prima uicina Arabia adeò differt, ut multitudine fructuum, cæterarumq; rerum quæ in ea naſcuntur, felix nominetur.* *e* ¶ *Colle manu facto.) Plinius cap. 27. libri ſexti: Charax oppidum Perſici ſinus intimum, à quo Arabia εὐδαίμων cognominata excurrit. Habitatur in colle manu facto inter cõfluentes, dextra Tigrin, læua Eulæum, trium millium paſſuũ laxitate. In medio eius ſunt ferè Atramitæ pago Sabæorum capite regni Sabota, in monte excelſo, à quo octo manſionibus diſtat regio eorum thurifera: Saba appellatur, quod ſignificare Græci myſterium dicunt, ſpectans ortus ſolis æſtiui, undiq; rupibus inuia, & à dextra maris ſcopulis inacceſſa. Id ſolum è rubro lacteum traditur.* *f* ¶ *Arabia appellata.) Sunt qui Arabiam dictam putant ἀπὸ τῦ ἄρασθαι καὶ βίᾳ, id eſt, à uitæ mollitiæ: cui interpretationi nõ abludit Hebraica uox Arab, ſic enim Eſaiæ 21. uocatur Arabia, & ſignificat amœnitatem: licet in alia ſignificatione capiatur quoq; pro campeſtri loco.* *g* ¶ *Virgulta hæc non ſunt publica.) Scribit Plinius cap. 14. duodecimi in hunc modum: Nec præterea Arabum alij thuris arborem uident, ac ne horum quidem omnes: feruntq; trecentarũ non amplius eſſe familiarum, quæ ius per ſucceſsiones id ſibi uendicent. Sacros uocari ob id, nec ullo congreſſu fœminarum funerumq; cum incidant eas arbores aut metant pollui, atque ita religione merces augeri: nec arboris ipſius quæ ſit facies conſtat. Res in Arabia geſsimus, & Romana arma in magnam partem eius penetrauere. Caius etiam Cæſar Auguſti filius inde gloriam petijt, nec tamen ab ullo Latino arborum earum tradita eſt facies. Græcorum exempla uariant. Alij folio pyri minore duntaxat & herbidi coloris prodidere: alij lentiſco ſimilem ſubrutilo folio: quidam terebinthum eſſe, & hoc uiſum Antigono rẽgi allato frutice. Tales in Carmania apparere, & in Aegypto ſatas ſtudio Ptolemæorum regnantium. Cortice Lauri eſſe conſtat: quidam & folium ſimile dixere. Prior atque naturalis uindemia circa Canis ortum flagrantiſſimo æſtu, incidentibus quàm maximè uideatur eſſe prægnans, tenuiſſimusq; tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur, inde proſilit ſpuma pinguis, hæc concreta denſatur. Cæterum Seruius primo Georg. docet thus dici ἀπὸ θύω, quod eſt ſacrifico, quoniam*

penitus fides proderetur, alij lentiſco, alij mage terebintho comparabant, uſquedum libris quos Iuba rex ſcripſit ad Cæſarem Auguſti filium, palàm fieret, intorto eam eſſe uimine, ramis ad aceris qualitatem, amygdalæ modò ſuccum fundere, incîdi ortu Canis flagrantiſsimis ſolibus. In ijſdem ſaltibus [h] myrrha prouenit, cuius radices ut uitium raſtris proficiunt, [i] abla queationibus gaudent. Nudatę, pinguiore fluunt lachryma. Sponte manans precioſior ex ea ſudor eſt: elicitus corticis uulnere, uilior iudicatur. Cortex in uertiginẽ flexus, & ſpinis hiſpidus: folium licet criſpius, oliuæ tamen ſimile. Maxima altitudine extollitur ad quinq; cubita proceritatis. Arabes ſarmentis eius ignes fouent, quorum fumo ſatis noxio, niſi odore cremati ſtoracis occurrant, plerunq; inſanabiles morbos contrahunt. Apud eoſdem naſcitur [k] auis Phœnix, aquilæ magnitudine, capite honorato, in conum plumis extantibus, criſtatis faucibus, circa colla fulgore aureo, poſtera parte purpureus, abſcq; cauda, in qua roſeis pennis cæruleus interſcribit nitor. Probatum eſt quadraginta & quingentis eum durare annis. Rogos ſuos ſtruit [l] Cinnamis, quos prope Panchaiam concinnat, [m] in ſolis urbem ſtrue altaribus ſuperpoſita. Cum huius uita magni anni fieri conuerſionem, rata fides eſt inter autores, quamuis plurimi eorum [n] magnũ annum non quingentis & quadraginta, ſed duodecim millibus noningentis quinquaginta quatuor annis cõſtare dicãt. [o] Quinto itaq; Plautio, & Sextio Papinio COSS. Aegyptũ Phœnix inuolauit, captuſq; anno octingenteſimo urbis cõditæ, iuſſu Claudij principis in comitio publicatus eſt.

Quod

niam eo dijs ſacrificatur. Latini à tundendo dici uolunt, à glebis tuſis &c. Scribit Theophraſtus thuris arborem non magnã eſſe, ſed quinis ferè cubitis attolli.

h ¶*Myrrha.*) *Theophraſtus cap. 4. noni de hiſtoria plantarum ſic ſcribit de myrrha: Myrrham minorem etiam altitudine, fruticoſioremq; narrant: caudice duro contortoq; iuxta terrã, craſſioreq; ſura hominis, cortice leui ſimiliq; portulacæ. Alij uerò qui ſe uidiſſe affirmant, de magnitudine fermè conſentiunt. Neutram earum arborum magnam referunt, & minorem myrrhæ humilioremq;. Myrrhæ folium aculeatum, nõ leue, ulmeo ſimile, criſpum tamen, extremo ſpina horridulum, ilignei modo. Et poſt multa: Myrrhæ autem arborem terebintho ſimilem reddidere, ſed ſcabro iorem, ſpinoſioremq;, folium paulùm rotundius, guſtatu proximum terebintho.*

i ¶*Ablaqueationibus.*) *Eſt ablaqueare, circa arboris codicem dolabra terram diligenter aperire, & radices ſuperiores recidere, ut ſolis teporibus & imbribus prouocentur.* *k* ¶*Auis Phœnix.*) *De hac aue autores multa ſcribunt, & diuerſa quidem. Sunt qui negant illam inueniri in rerũ natura: alij aiunt illi nomen inditum à colore phœniceo. Plinius quoq; eam ubiq; coloris purpurei aſſerit eſſe, præterquã in cauda, quam cæruleam eſſe dicit, diſtinguentibus roſeis pennis. De forma conuenit ferè inter ſcriptores, eam eſſe aquilæ magnitudine, auri fulgore circa colla. De ætate uerò non conuenit inter eos. Nam Plinius ait eam uiuere annis 660. Herodotus & Mela ferè cum Solino conueniunt. Poëtæ plerunq; annis eam mille uiuere canunt. Et Auſonius in Grippo ternarij numeri dicit, Phœnicẽ uiuere nouẽ corui ætates.* *l* ¶*Cinnamis.*)

Putant cinnamũ & cinnamomũ unam & eandem eſſe arborem.

m ¶*In ſolis urbem.*) *Hæc græco uocabulo appellatur Heliopolis, de qua uide Diodorũ Siculum lib. ſecundo.* *n* ¶*Magnum annum.*) *Per annũ intellige reuolutionem alicuius orbis cœleſtis, ut eſt annus lunaris, annus ſolaris, annus Saturni, annus Platonis, id eſt, nonæ ſphæræ, etiamſi in ſacris libris annus lunaris nõ accipiatur pro una orbis lunaris reuolutione, ſed pro duodecim reuolutionibus & motu undecim dierum, hoc enim tempore ſol & luna coiunguntur in eodem cœleſti ſigno & gradu: de quo ſuprà quoq; nõnihil ſcripſimus cap. 3. Hic autem per annum magnũ quidam intelligunt tempus, in quo omnes planetæ in eundem recurrũt locum, quod ſecũdum Ciceronis Hortenſium fit poſt annos duodecim mille, nongentos & quinquaginta ſolſtitiales. Continet autẽ annus ſolſtitialis duodecim menſes.*

o ¶*Quinto itaq; Plautio.*) *Cornelius Tacitus libro 5. hiſtoriarũ de hac aue ſic ſcribit: Paulo Fabio, L. Vitellio COSS. poſt longum ſeculorũ ambitum auis Phœnix in Aegyptũ uenit, præbuit materiem doctiſsimis indigenarum & Græcorũ multa ſuper eo miraculo diſſerendi: de quibus congruunt, & plura ambigua, ſed cognitu nõ abſurda, promere libet. Sacrũ ſoli id animal, & ore ac diſtinctu pinnarũ à cæteris auibus diuerſum, conſentiũt qui formam eius definiere. Et infrà: Soſide primũ, poſt Amaſide dominantibus, dein Ptolemæo, qui ex Macedonibus tertius regnauit, in ciuitatem cui Heliopolis nomen, aduolaſſe multo cæterarũ uolucrum comitatu nouam faciem mirantium: ſed antiquitas quidem obſcura. Inter Ptolemæum ac Tiberium minus ducenti quinquaginta*

anni fuerunt: unde nonnulli falsum hunc Phœnicem, nec Arabum è terris credidere. Et post multa subdit: Hæc incerta, inquit, & fabulosis aucta. p ¶Cinnamolgus.) Volunt hanc auem sic dictam, quòd sibi ex Cinnamo in altissimis arboribus nidum paret. Aristot. cap. 13. noni nat. animal. hanc auem κινάμωλγον uocat: In Arabia, inquit, Cinamomus auis appellatur, quam furculos cinnamomi portare, ac nidũ ex ijs conficere aiunt. Nidificat excelsis arboribus et ramis: sed incolæ sagittis plumbatis nidum petunt, atq; ita discusso in terram, cinamomum legunt. q ¶Arabes longè diffusi.) Plinius cap. 28. sexti sic scribit: Arabia gentiũ nullis postferenda, amplitudine longissima à monte Amano à regione Ciliciæ, Comagenesq; descendit, multis gentibus eorum deductis illò à Tigrane magno, sponte uerò ad mare nostrũ littusq; Aegyptiacũ, necnon & in medio Syriæ ad Libanũ montem penetrãtibus Nubeis, quibus iuncti Ramisi &c. Degunt præterea Arabes mitrati aut intonso crine, barba abraditur, præterquam in superiore labro: alijs & hæc intonsa: mirũq; dictu, ex innumeris populis pars coæqua in cõmercijs aut latrocinijs delegit. In uniuersum gẽtes ditissimæ, ut apud quas maximè opes Romanorum, Parthorumq; subsistant, uendentib. quæ è mari aut syluis capiãt, nihil inuicẽ redimentib. r ¶Vmbræ quæ nobis dextræ.) Iste locus Solini nõ est intelligendus de omni Arabia, nec omni tempore, sed potissimũ illo tempore quando sol est in Cancro: tunc enim cum Arabes Felices, sole cõstituto in meridie, sint australiores sole ipso, necesse est ut umbra rerum erectarũ proijciatur in austrum, quæ apud nos, qui sumus extra tropicũ Cancri in septentrionẽ expositi, proijcitur in aquilonem. Tunc inquam si faciem uerteris ad occidentẽ, cadet umbra tua in septentrionem, quæ Arabibus declinat ad austrum, id quod facilè noctu deprehendere poteris, si lumen aliquod statueris in partem aquilonarem, cadet umbra corporis tui in austrum, & contrà. s ¶ ὀφιοφάγοι.) Dictio est composita, nam ὄφις Græcis est serpens, & φάγω uorax. Plinius uocat illos serpentum deuoratores, Candeos, suntq; Arabes interiores.

Quod gestum, præter censuram quæ manet, actis etiam urbis cõtinetur. p Cinnamolgus perinde Arabiæ auis in excellentissimis lucis texit nidos è fruticibus Cinnamorum, ad quos quoniam non est peruenire propter ramorum altitudinem & fragilitatem, accolæ illas congeries plumbatis petũt iaculis, deiectasq; precijs uendunt amplioribus, quòd hoc Cinnamum magis quàm aliud mercatores probent. q Arabes longe lateq; diffusi, diuersis moribus uiuunt & cultibus. Plurimis crines intonsi, mitrata capita, redimitu pari, pars rasa in cutem barba. Cõmercijs student, aliena nõ emũt, uendunt sua: quippe & syluis, & mari diuites. r Vmbræ quæ nobis dextræ, sunt illis sinistræ. Pars eorũ, quibus asper est uictus, angues edũt: nulla illis uel animi uel corporis cura, ac propterea s ὀφιοφάγοι nominantur. Ex istius littoris sinu, t Polycrati regi aduecta Sardonyx gemma, prima in orbe nostro luxuriæ excitauit facem. Nec multũ de ea differendum puto, adeò Sardonyx in omniũ uenit notitiã. Superficies eius probatur, si meracius rubeat: arguitur, si fuerit fęculentior: me dietas circuitur limite candicante. Optima est, si nec colorem suum spargat in proximũ, nec ipse ex altero mutuetur. Reliqua nigro finiuntur. Quòd si transluceat, uitio uertitur: si perspicuitatẽ arceat, proficit ad decorem. Et u Molochiten Arabs inuenit, uirentẽ crassius quàm Smaragdus, contra infantum pericula ingenita ui resistentem. Inuenit & x Iridem in mari rubro, sicut Crystallum sexangulatam, quę radijs icta solis, rutilo aëris repercussu, cœlestis arcus ex se iacit speciem. y Androdamantem ijdem legunt Arabes, nitoris argentei, lateribus æqualiter

t ¶Polycrati regi.) Fuit hic Polycrates Acaci filius, qui ui occupata Samo insula, breui tandem usqueadeo profecit, ut per Ioniam totamq; Græciam celebraretur. Hic deniq; cum gemmam signatoriam proiecisset in mare, & de hoc multùm tristaretur, quinto die piscator quidam cepit piscem, qui gemmam eius casu absorbuerat: uenienśq; piscator, dono detulit Polycrati piscem, in cuius euiscerati aluo ea gemma est reperta. Herodotus tamen negat gemmam illam fuisse Sardonycen, sed Smaragdum. Est autem Sardonyx lapis rubei coloris.

u ¶Et Molochiten.) Lapis hic à malua, cuius floribus absimilis est, nomen habet: maluam enim Græci μαλάχην dicunt. x ¶Iridem.) Plinius cap. 9. tricesimiseptimi de hac gemma sic scribit: Effoditur in quadam insula rubri maris, quæ distat à Berenice urbe 60. millia passuũ, cætera sui parte crystallus, itaq; quidam radicem crystalli esse dixerunt. Vocatur ex argumento Iris. Nam sub tecto percussa sole, species & colores arcus cœlestis in proximos parietes eiaculatur, subinde mutans, magnaq; uarietate admirationem sui augens. Sexangulum esse ut crystallum constat. y ¶Androdamantem.) De hoc Plinius cap. 10. lib. ult. sic scribit: Androdamas argenti

liter quadris, quem de Adamante nonnihil mutuatũ putes. Datum illi nomen ex eo censent, quòd animorum calentium mollit impetus, & tumentes refrenat iras. [z]Pæderotem etiam Arabicum inde sumimus. Arabica aspectu eburnea est, radi abnuit. Contra neruorum molestias prodest habentibus. In Pæderote cõgruit quicquid eximium est, quadam decoris prærogatiua: crystallinum lucet, rubet purpuram, in orarum extimis corona crocea uelut è liquido renitente. Hac suauitate oculos afficit, uisum illicit, detinet intuentes, hac etiam gratia Indis placet. Hoc Arabiæ sat est, hinc ad Pelusium repatriemus.

De Casio monte, de Pompeij Magni sepulchro, deq; Ioppe oppido. Cap. XLVII.

A Pelusio Casius mons est, & delubrũ Iouis Casij, atq; ita Ostracinæ locus Pompeij Magni sepulchro inclytus. [a]Idumæa inde incipit, palmis opima. Deinde [b]Ioppe oppidum antiquissimum orbe toto, utpote ante inundationem terrarũ conditum. Id oppidum saxum ostentat, quod uinculorum Andromedæ uestigia adhuc retinet, quam expositam belluæ non irritus rumor circuntulit, quippe ossa monstri illius M. Scaurus inter alia miracula in ædilitate sua [c]Romæ publicauit. Annalibus nota res est. Mensuræ quoque ueracibus libris continentur, scilicet quod costarũ longitudo excesserit pedes quadraginta, excelsitas elephantis fuerit Indicis eminentior. Porrò uerticuli spinæ ipsius, latitudine semipedem sunt supergressi.

argenti nitorem habet ut Adamas, quadrata, & semper tessellis similis magnis, putantq; nomẽ impositũ ab eo, quòd impetus hominum & iracundias domet. Est enim ἀνὴρ, & in genitiuo ἀνδρὸς uir, & δαμάζω domo, unde hoc nomen componitur.

z ¶Pæderotem.) *Proprium nomen huius lapidis est* Opalius, *sed ob eximiam pulchritudinem & gratiam cognominatur* Pæderos, *ἀπὸ τῶ παιδὸς καὶ τῶ ἔρω, id est, à puero & amore, quòd pueri pulchritudinẽ referat. Est in eo, autore Plinio cap. 6. trigestimiseptimi, carbunculi tenuior ignis, est Amethysti fulgens purpura, est Smaragdi uirens mare, & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia.*

SCHOLIA CAP. XLVII.

Casius mons, de quo hic Solinus loquitur, disterminat Aegyptum Syriamq;, factus celeber à tumulo Magni Pompeij: unde Plinius capite 12. libri quinti: A Pelusio Gabriæ castra, Casius mons, Delubrum Iouis Casij, tumulus Magni Pompeij Ostracine. Arabia finitur à Pelusio 65. millibus passuum. Infra cap. 49. fit mentio de alio monte Casio, qui scilicet est in Seleucia.

a ¶Idumæa.) *Est Idumæa Syriæ prouincia, sic dicta ab Aedom Iacobi patriarchæ fratre, qui proprio nomine uocatus fuit Esau, sed quia totus erat rufus cum ex materno egrederetur utero, uocatus fuit Aedom, quod in hebraica lingua significat rufum: de quo habes Genes. 25. historiam natiuitatis & causam nominis, & 2. Paralip. 2. cap.* *b* ¶Ioppe.) *Hoc oppidum hebraica lingua uocat Iapho, Ionæ primo, locus antiquissimus Palæstinæ in tribu Dan, ubi & portus est maris mediterranei ad Iudæam. Quòd autem hic Solinus scribit hoc oppidum conditum ante inundationem terrarum, incertum est quod significare uoluerit diluuium, particulare (qualia multa fuerunt in mundo) aut uniuersale quod sub Noha contigit. Et quidem de uniuersali illo mundi naufragio gentiles nihil nouerunt, nec in scriptis aliquid de eo reliquerunt, præter paucos astrologos, qui æram calculi statuerunt in illud tempus: & inter historicos extat Berosus Chaldæus, qui scribit post inundationem relictas quasdam ciuitatum ruinas in terris: & fieri potest quòd Solinus hunc locum acceperit ex Beroso aut alio uetusto scriptore. In eo itaq; loco usq; hodie saxa monstrantur in littore, in quibus Andromeda religata, Persei quondam fuit liberata præsidio, ne à bellua marina deuoraretur, cuius belluæ ossa illic adhuc ostenduntur. Strabo tamen libro 16. putat fabulosam esse illius Andromedæ expositionem. Ouidius uerò 4. Metamorphoseos multis carminibus refert illam fabulam.* *c* ¶Romæ publicauit.) *Plinius capite quinto noni sic scribit de his ossibus: Belluæ cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romæ apportata ex oppido Iudææ Ioppe, ostendit inter reliqua miracula in ædilitate sua M. Scaurus, longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinæ crassitudine sesquipedali.*

SCHOLIA CAP. XLVIII.

Hæc quæ Solinus in hoc capite ſcribit, clariora habentur apud nos, tam ex ueteri quàm nouo inſtrumẽto, quàm apud ullum gentilem. Meminit Iuſtinus lib. hiſtoriarum 36. Iudæorum, dicitq; Moſen & Abraham fuiſſe reges in Iſraël, & regionẽ illam propter decem filios in decem regna diuiſam. Cornel. Tacitus lib. 21. refert Iudæos Creta inſula profugos, nouiſſima Libyæ inſedisſe, qua tẽpeſtate Saturnus ui Iouis pulſus ceſſerit regnis: ſcribitq; eos uocatos Iudæos ab Ida monte Cretæ, cuius accolæ uocati ſunt Idæi. Sed quàm uanum illud ſit, nemo eſt qui ignoret. a ¶ *Peneade fonte.) Sic quoque uocat hunc fontem Plinius, alij uerò uocant eum Paneadem. Diuus Hieronymus ſcribit Iordanem duos habere fontes, unum nomine Ior, & alterũ nomine Dan, qui ſimul iuncti Iordanis nomen efficiunt. Cui uidetur refragari hebraiſmus, qui perpetuò uocat fluuium illum Iarden.*

De Iudæa, & de fluminibus in ea, lacubusq; de Balſamo, de Sodomo & Gomorrho, de Eſſænis gentibus. Cap. XLVIII.

IVdæa illuſtris eſt aquis, ſed natura non eadem aquarum omnium. Iordanis amnis eximiæ ſuauitatis [a] Peneade fonte demiſſus, regiones præterfluit amœniſsimas, mox [b] in Aſphaltiten lacum merſus, ſtagno corrumpitur: qui Aſphaltites gignit bitumen. Animal non habet, nihil in eo immergi poteſt. Tauri etiam Camelíq; impunè ibi fluitant. Eſt & [c] lacus Geneſara extenſus paſſuũ ſedecim millibus, circunſeptus urbibus plurimis & celebribus, ipſe par optimis. Sed lacus Tiberiadis his omnibus anteponitur, ſalubris ingenuo hauſtu, & ad ſanitatem uſu efficaci. [d] Iudææ caput fuit Hieroſolyma, ſed exci-

b ¶ *In Aſphaltiten.) Eſt Græcis ἄσφαλτος bitumen, quod plurimum colligitur ex hoc lacu, in quem deſinit Iordanis, de quo Tacitus ſic ſcribit: Nec Iordanis pelago accipitur, ſed unum atque alterum lacum integer perfluit, tertio retinetur. Lacus immenſo ambitu, ſpecie maris, ſapore corruptior, grauitate odoris accolis peſtifer: neque uento impellitur, neque piſces aut ſuetas aquis uolucres patitur, incertũ unde. Superiacta ut ſolido ferun tur. Periti imperitiq; nandi perinde attolluntur. Certo enim tempore bitumen egerit, cuius legendi uſum, ut cæteras artes, experientia docuit. Ater ſuapte natura liquor, & ſparſo aceto concretus innatat: hunc manu captũ, quibus ea cura, in ſumma nauis trahunt, inde nullo iuuante influat, oneratq; donec abſcindas: nec abſcindere ære ferróue poſsis. Fugit cruorem, ueſtemq; infectam ſanguine, quo fœminæ per menſes exoluuntur. Sic ueteres autores. Sed gnari locorum tradunt undantes bitumine moles pelli, manuq; trahi ad littus, mox ubi uapore terræ ui ſolis inaruerint, ſecuribus cuneisq;, ut trabes aut ſaxa diſcindi. Hucuſq; Tacitus. Eſt & in Babylonia lacus qui mittit aſphaltum, quo bitumine & latere teſtaceo conſtructo muro, Semiramis Babylonem dicitur circundaſſe. Cauſam huius ſcaturientis bituminis, putant eſſe lapidicinas bituminoſas.* c ¶ *Lacus Geneſara.) Habet hic lacus in ſacra ſcriptura uaria nomina. Nam uocatur mare Cinæreth, mare Ginoſar, fretum Girgeſæorum, & Gadarenorũ lacus. Vide Matthæi octauo, & Iehoſuæ undecimo in Hebraiſmo & Chaldaiſmo.* d ¶ *Iudææ caput Hieroſolyma.) Apud Hebræos hæc urbs Hieruſchalaim ſcribitur & legitur, caput ſcilicet nedum Iudææ, uerùm & totius orbis. Hæc enim princeps eſt prouinciarum, poſſeßio Patriarcharum, Prophetarũ & Apoſtolorum mater, initiatrix fidei, gloria populi Chriſtiani, terra promißionis, quæ olim fluens lac & mel ſuis habitatoribus, nunc uniuerſo orbi remedia ſalutis, & uitæ porrigit alimenta: terra optima, quæ in fœcundo ſinu ex paterno corde cœleſte granũ ſuſcepit, & tantas ex ſuperno ſemine martyrũ ſegetes protulit. Hæc à Tito capitur & ſubuertitur anno incarnationis Chriſti 73. fame & gladio multis millibus hominũ occiſis, & multis millibus captiuatis. Poſtea anno Chriſti 136. Elius Adrianus Alexandriam & Hieroſolymam dudum ſubuerſas reſtaurauit, Hieruſalem Eliam ſuo nomine uocans. Tempore Henrici quarti Imperatoris rurſum capta fuit à Saracenis & Sultanis Hieroſolyma, & omnia ſacra prophanata, niſi quòd ſepulchrum Domini, quæſtus duntaxat gratia, intemeratũ relictum fuit. Paulò pòſt, anno ſcilicet Chriſti 1097. deſignata fuit militia centum millium uirorũ ex Gallis, Hiſpanis, Scotis, Anglis, Hybernis, Flandris & Lotharingis, qui cõmuni expeditione ſub Ducibus Gotfrido, Baldeuino & Euſtachio Lotharingenſibus, Ruperto Flandrenſi, Ruperto Nortmanno & Hugone fratre Philippi regis Galliæ, per Germaniam, Vngariam & Bulgariam uenerunt Conſtantinopolim ad Imperatorem eius urbis Alexium: motiſq; inde caſtris, primùm expugnauerunt Nicæam, & fugarunt Solymannum principem infidelium, deinde obſederũt Antiochiam, urbem humanis uiribus inexpugnabilem, & auxilio Chriſti in nouem menſibus obtinuerunt: mox Syriam intrantes, aliquot oppida occupauerunt, & feſtinantes contra Hieruſalem, recuperauerunt eam anno Chriſti 1099. multo effuſo Saracenorum ſanguine. Obtenta itaque iterum terra ſancta, magna multitudo ad patriam remeare contendit. Cæteri qui manſerunt, terram incoluerũt, & Gotfridus Chriſticolis illis ut pater præfuit per unum annũ, immatura ſubtractus morte: cui ſucceßit*

Baldeuuinus

ſed exciſa eſt. Succeſsit [e] Hiericus, & hæc deſijt caput eſſe, Artaxerxis bello ſubacta. [f] Callirhoë Hieroſolymis proximus fons, calore medico probatiſsimus, & ex ipſo aquarum præconio ſic uocatus eſt. In hac terra tantùm [g] Balſamũ naſcitur, quę ſylua intra terminos xx. iugerũ uſq; ad uictoriã noſtrã claudebat. At cum Iudæa potiti ſumus, ita luci illi propagati ſunt, ut iam nobis latiſſimi colles ſudent balſama. Similes uitibus ſtirpes habent, malleolis digerun
10 tur, raſtris niteſcunt, aquis gaudent, amant amputari, tenacibus folijs ſempiternò inumbrantur. Lignũ caudicis attrectatũ ferro, ſine mora moritur: eapropter aut uitro, aut cultellis oſſeis, ſed in ſolo cortice artifici plaga uulneratur, ex qua eximiæ ſuauitatis gutta manat. Poſt lachrymam ſecundum in precijs locum poma obtinent, cortex tertiũ, ultimus honos ligno. Longo ab Hieroſolymis receſſu triſtis ſinus pandi-
20 tur, quem [h] de cœlo tactum teſtatur humus nigra, & in cinerem ſoluta. Duo ibi oppida, [i] Sodomum nominatum alterum, alterũ Gomorrhum: apud quæ [k] pomum gignitur, quod habeat ſpeciẽ licet maturitatis, mandi tamen non poteſt. Nam fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ uel leui tactu preſſa, fumum exhalat, & fathiſcit in uagum puluerem. Interiora Iudææ quæ occidentem cõtuentur, [l] Eſſæni tenent, qui præditi
30 memo-

Baldeuuinus frater eius, creatus in regem. Tęnuerũt itaq; Chriſtiani terram ſanctam 88. annis, ueniensq; Saladinus rex Perſarũ, cepit Hieruſalem, et facta eſt magna cædes Chriſtianorum, totaq; terra rurſum ſubacta eſt à Saracenis præter Tyrum: ad cuius famam mox undiq; principes, marchiones, comites, epiſcopi, reges atq; populi ſurgũt ad liberandũ terram. Sed et Imperator ipſe Fridericus primus cum prædictis principibus traiectis Vngaria & Bulgaria, uenit in Lycaoniam, recuperatisq; multis ciuitatib. tandem uenit in Armeniã, & cum lauandi gratia in fluuiũ deſcendiſſet, abſorptus & extinctus eſt ab aquis, magno totius exercitus mœrore et dolore. Recuperata eſt tamẽ Cyprus inſula, Acon ciuitas, Ioppe & Hieruſalem, & factus eſt dominus terræ Conradus Marchio de Monteferrato. Rurſum anno Chriſti 1217. capta eſt ciuitas Hieroſolymitana à Saracenis, et deinde anno 1229. cum adiacẽtibus locis Chriſtianis reſtituta, factis ſcilicet treugis inter Chriſtianos & Sultanos per decem annos ſub Friderico ſecundo. Deinde uerò circa annum Chriſti 1248. iterũ Hieruſalem expugnatur à Saracenis, & multi trucidantur Chriſtiani. Sequenti anno Damiata Aegypti à Chriſtianis capitur, ſed ſuperueniente Sultani filio & exercitũ Chriſtianorũ cõculcante, reddere Damiatam coguntur. Demũ circa annũ domini 1290. tota ferè terra ſancta amiſſa eſt, & noſtro æuo, anno ſcilicet Chriſti 1517.

expulſis atq; deletis Sultanis, à Turcis occupata eſt. e ¶ *Hiericus.*) *Hæc eſt Iericho quam olim Ioſue dux domini expugnauit, combuſsit & deleuit, atq; ſub maledictione uetuit ne à quoquam in poſterũ reædificaretur. Scribit Strabo lib. 16. Hiericuntem campum eſſe feracem atque palmis abundantem, ſpacio ſtadiorũ centum, & totum irriguum atque habitationibus plenum.* f ¶ *Callirhoë.*) *Fons iſte ſic uocatus eſt ob aquarum eius præconiũ. Interpretatur autem Callirhoë, ſi rectè uertas, pulchrè fluens: eſt enim καλλος pulchritudo, & ῥοος fluxus.* g ¶ *Balſamum.*) *De hac planta ſcribit Theophraſtus cap. 6. noni de hiſtoria plantarum: Balſamum in ualle Syriæ prouenit. Eius arbuſta duo tantum affirmant, alterum uiginti iugerum, alterum multò minus. Arboris magnitudo quæ mâlo punicæ magnæ, rami multi. Folium rutæ ſimile, candidum tamen, perpetuò uirens: fructus ſimiles terebintho, tam magnitudine quàm colore: is quoq; admodum odoratus eſt, & magis*
40 *quàm lachryma. Colligi lachrymam in caudice & parte ſuperna tradunt, facta inciſura unguibus ferreis, ſub ſydere, cum æſtas maximè angit &c. Creſcit & in Aegypto balſamum, nec alijs terris quàm Iudææ & Aegypto hanc plantam conceſſam, aſſerunt Plinius & Dioſcorides. Dauid Kimhi Hebræus in ſuis radicibus poſt Ioſephum ſcribit olim creuiſſe balſamum circa Iericho: & quidam ex noſtris putant illud per reginam Auſtri illatũ inter cætera aromata quæ Salomoni regi attulit, de quo tertio Regum cap. 10.* h ¶ *De cœlo tactum.*) *Licet gentiles hiſtorici mentionem faciant ſubuerſionis Sodomæ & Gomorrhæ, nemo tamen id explicatius & uerius facit quàm Moſes legislator Geneſis 19. ubi cauſam quoque deſcribit cœleſtis illius incendij. Scribit quoq; quàm amœna & frugifera fuerit terra illa, & in quantam ſterilitatem ob hominum peccata degenerarit.*

i ¶ *Sodomum & Gomorrhum.*) *Hæ urbes fuerunt principaliores, quibus in Geneſi annumerantur aliæ tres, nempe Adama, Zeboim & Zoar.* k ¶ *Pomum gignitur.*) *Scribit quoque Egeſippus capite 18. libri*
50 *quarti de his pomis in hunc modum: Spectes illic ſpeciem, poma uiridantia, formatos uuarũ racemos, ut edendi generent ſpectantibus cupiditatem. Si capias, fathiſcunt ac reſoluuntur in cinerem, fumumq; excitant quaſi adhuc ardeant.* l ¶ *Eſſæni.*) *Euangelium duntaxat duarum ſectarum mentionem facit quæ tempore Chriſti*

Septentrio.



Meridies.

fuerunt in Iudæa, nempe Phariſæorum & Zaducæorum: Eſſænorum uerò nunquam meminit, & tamen Ioſephus, Philo, Hieronymus, Euſebius, & multi gentiles, puta Plinius, Porphyrius, & hic Solinus, multa de illis prædicant, nempe quòd omnia habuerint cõmunia, charitatem mutuam, & abſtinentiam patientiãq; ante omnia coluerint, cultui diuino aſſiduè intenti, tam forti ani-

memorabili diſciplina, receſſerũt à ritu gentiũ uniuerſarum, maieſtatis (ut reor) prouidentia ad hunc morem deſtinati. Nullæ ibi fœminæ. Venere ſe penitus abdicarunt. Pecuniam neſciunt. Palmis uictitãt. Nemo ibi naſcitur, nec tamen deficit hominũ multitudo. Locus ipſe addictus pudicitiæ eſt: ad quẽ plurimi licet undiq; gentium properent, nullus admittitur, niſi quem caſtitatis fides, & innocentiæ meritum proſe-

prosequatur. Nam quí reus est uel leuis culpę, quamuis summa ope adipiscí ingressum uelit, diuinitus summouetur. Ita per immensum spacium seculorũ (incredibile dictu) æterna gens est cessantibus puerperijs. Engadda oppidum infra Essænos fuit, sed excisum est: uerũ inclytis nemorib. adhuc durat decus, lucisq; palmarum eminẽtissimis nihil uel æuo uel bello derogatum. Iudææ terminus Massada castellum,

mo prædíti, ut necari se prælegerint quàm Deum negare: cruciatus ita spernere sueti, ut in his ridere soliti fuerint: unde alacres, cum cruciarentur, animã emittebant, quòd animas indubiè crederẽt immortales, casq; à tenuissimo æthere descendentes corporibus applicari, φύσει, hoc est, naturali impetu & instinctu tractas ad corpora. At postquam è corporeo carcere migrarint, ueluti è longa iam liberati seruitute, sese attollere

10 *ad sublimia, ac eò unde descenderint remigrare. Hi præterea abstinebant tum animalibus multis, tum deniq; ab uxoribus & uino, ut quotidianũ ieiuniũ uerterint in naturam. Hinc factũ esse ait Porphyrius, ut multi inter eos futura prædicerent, quapropter prophetæ nominabantur. Quòd autẽ Solinus hic dicit Essænos tenere interiora Iudææ, quæ occidentẽ contuentur, & in fine dicit Engadda oppidum fuisse infra Essænos, haud quadrare uidentur, ob id quòd Engaddi situ sit ultra mortuũ mare uersus mõtem Phasga, mediũ autem Iudææ est Samaria, & extremitates Dan prope Sidonem ad aquilonem, & Bersabee ad meridiem. Vbi uerò situm habuerit Massada castellum, quod Solinus hic asserit fuisse terminũ Iudææ, nõ constat. Termini Iudææ olim fuerunt mare mediterraneum ad occidentem, Iordanis ad orientem, Libanus ad septentrionem, Arabia Petræa ad meridiem: licet tribus Gad, tribus Ruben, & dimidia tribus Manasse habuerint possessionem suam ultra Iordanem, occupantes scilicet regnum Seon & regnũ Og, atq; ob id quidam Iudææ terminũ ob oriente extendunt usq; ad Euphraten.*

20 ## De Scythopoli oppido, & monte Casio. Cap. XLIX.

TRanseo Damascum, Philadelphiã, Raphanam. Scythopolis primos incolas, & autorem dabo. Liber pater cum humo nutricem tradidisset, cõdidit hoc oppidum, ut sepulturę titulum etiam urbis mœnibus ampliaret. Incolæ deerant: è comitibus suis Scythas delegit, quos ut animo firmaret ad promptam resistendi uiolentiã, præmium loci nomen dedit. In Seleucia alter [a] Casius mons est Antiochiæ proximus, cuius è uertice uigilia adhuc quarta conspicitur globus solis, & breui corporis circumactu radijs caliginẽ dissipantibus, illinc nox, hinc dies cernitur. Talis è Casio specula est, ut lucem prius uideas, quàm auspicetur dies.

SCHOLIA CAP. XLIX.

Damascus, quam hic præterit Solinus, Syriæ urbs prima et Asiæ uetustissima, quæ Abrahæ temporibus fuit, distat itinere sex dierum à Hierusalem, ubi diuus Paulus baptismũ suscepit. Hinc si ultra ad aquilonem pergas, occurrũt multæ nobiles urbes, nempe Raphan, Philadelphia, Epiphania, Seleucus, iuxta quam est Casius mons, Laodicea, Antiochia &c. quæ omnes è regione Cypri in Syria ponuntur. Vide Ptolemæũ quarta Asiæ tabula. Solinus tamen hic solũ describere cõtendit Scythopolim, quæ prius dicta fuit Nysa, à nutrice Bacchi ibi sepulta: sed deductis illuc à Baccho Scythis, nomen urbis fuit mutatũ. a ¶ *Casius mons.*) *Plinius cap. 22. libri quinti de Antiochia Syriæ sic loquitur: Super eam mons eodem quo alius nomine Casius, cuius excelsa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras solem aspicit, breui circumactu corporis diem noctemq; pariter ostendens. Ambitus ad cacumen 19. mil-*

40 *lium passuum est, altitudo per directum quatuor. De alio Casio monte suprà diximus cap. 47.*

De Euphrate & Tigride fluminibus, deq; uarijs gemmarum generibus. Cap. L.

EVphraten maior fundit Armenia, ortum supra Zimaram sub radicibus montis, quem Capoten accolæ nominant, Scythis proximum. Hic receptis in se aliquot amnibus conualescit, & stipatus cõuenis aquis, luctatur cum Tauri montis obiectu, quẽ apud Eligeam scindit, resistat licet duodecim millibus passuũ latitudine: lon

SCHOLIA CAP. L.

Euphrates, ut D. Hieron. interpretatur, nomen habet à fructificatione & fertilitate, nasciturq; in Armenia maiori, ex monte originem ducens, quẽ Ptolemæus uocat Periarden, ex quo & Araxes ortum sumit. Solinus autem hic asserit mõtem illum uocari Capoten, receptisq; multis amnibus, ueluti sunt Lycus, Arsania, Arsanus, Singas &c. plurimas prælabitur gentes, potissimũ Armenos, Cappadocas, Syros, Arabes, & Chaldæos, & tandem in Persicum labitur mare, & non in mare rubrum, ut Quintus

Curtius, Herodotus, & Diodorus Siculus tradiderunt. Sunt tamen qui Euphratem in nullũ effluere pelagus autumẽt, sed in paludem quandã eius partẽ maximã dilabi, rursusq; in terra sui finem recipere. Hæc Philostratus lib. 1. a ¶ Ad instar Aegyptij amnis.) Verba Plinij sic habent capite 18. lib. 18. Similis ratio, sed felicitas maior Babyloniæ, Seleuciæ, Euphrate atq; Tigri restagnantibus, quoniam ibi rigandi modus manu temperatur. Et cap. 17. eiusdem uoluminis sic inquit: Limum nõ inuehunt Euphrates Tigrisq;, sicut in Aegypto Nilus, nec terra ipsa herbas gignit: ubertatis tamen tantæ sunt, ut sequenti anno sponte restibilis fiat seges, impressis uestigio seminibus. Fertilitatis causam Curtius affert humorem qui ex utroq; amne manat, toto ferè solo per uenas aquarũ resudante. Arrianus lib. 7. scribit Euphratẽ per altiora excurrere, ubiq; ripis æqualem: multas fossas ab eo deriuari, alias quidẽ perennes, ex quibus accolæ utrinq; cãpos irrigant, alias temporarias esse: raros in his locis imbres cadere: quapropter, inquit, & uadosus est, & haud magnam uim aquarum uehit.

b ¶ Gnomonici.) Loquitur hic Solin. ex aliorũ sententia: nõ enim fuit tam indoctus, ut putarit Nilum & Euphraten sub eisdem parallelis sitos. Nec uerum est, horũ uel aliorum fluminũ augmentũ, semper in ipsorum fontibus quærendũ esse. Fieri enim potest, quòd tam Nili quàm Euphratis causa augmenti sit, quam Thales & secum plures reddiderũt, quòd uidelicet uenienti flumini obuij quidam uenti, aduerso spiritu cursum descendentis aquæ impediant, aut arenis, quas cum fluctibus littori applicant, ut Mela inquit, ostia obducant. Ephorus Nili augmenti causam tradit, quòd Aegyptus tota æstate laxetur, et ueluti undarũ uim quandam exudet. Et hæc in Euphrate quoq; inueniri poterũt, haud secus quàm in Nilo.

c ¶ De Tigride.) Scribit Plin. cap. 27. Tigri flumini à uelocitate nomen inditum: ita enim, inquit, appellãt Medi sagittã. Quidã aiũt illi nomẽ datũ propter uelocitatẽ suã, instar bestiæ tigridis nimia pernicitate currentis. Nascitur autẽ in regione Armeniæ maioris, fonte cõspicuo, in planicie: loco nomen Elongosine est &c. Hæc Plin. ca. 27. libri 6. Cum ergo Plin. dicat eum oriri in planicie, uidetur hic in Solino legendũ, in loco haud edito. d ¶ In Arethusam.) Plin. uocat hũc lacũ Arethissam, Strabo Arsenem & Thopitin. Ptolemæus in Armenia maiori tria ponit stagna, Lychnitin, cuius exitus in Araxem deriuatur, Arissam & Thospitin, unde Tigris augetur. Vide proximè sequentem Asiæ tabulam. e ¶ Zmilaces.) De lapide Zmilace, de Sagda, Myrrhite & Mitridace, uel, ut Plinius habet, Mitrace, inuenies apud Plin. cap. 10. libri ultimi. Smilaces similis est Proconnesio marmori, medio colore glauco. Myrrhites colorem habet myrrhæ. Mitridax uerò uel Mitrax nuncupatur à mitra.

gisq; excursibus dextra Comagenem, Arabiã læua relinquit. Deinde prælabẽs plurimas gentes, Babyloniam quondam Chaldæorum caput diuidit. Mesopotamiam opimat annuę inundationis excessibus, a ad instar Aegyptij amnis terris superfusus, inuecta soli fœcunditate, lisdem fermè temporibus, quibus Nilus, exit, sole scilicet in parte Cancri uicesima cõstituto. Tenuatur cum iam Leone decurso, ad extima Virginis curricula facit transitum: quod b Gnomonici similib. parallelis accidere contendunt, quos pares, & cœli & terrarũ positione æqualitas normalis efficit lineæ. Vnde apparet ista duo flumina ad modulum eiusdem perpendiculi cõstituta, licet è diuersis manẽt plagis, easdem incrementi causas habere. De c Tigride quoq; hoc loco dicere par est. In Armeniæ maioris regione caput tollit mirè quàm lucido cõspicuoq; fonte in loco edito, qui Elongosine nominatur: nec tamẽ ab exordio statim totus est. Primũ pigrè fluit, nõ cum suo nomine: at cum fines Medorum inuectus est, Tigris statim dicitur: ita enim Medi nominant sagittam. Influit d in Arethusam lacũ omnia pondera sustinentem: cuius pisces nunq; se alueo Tigridis immiscent, sicut nec amnici pisces in stagnũ transeũt Arethusæ, per quem dissimilis colore, & uolucri meat cursu. Mox Tauro resistente in profundum specũ mergitur, quem subterlabens, in altero eius latere apud Zoroandam emicat, uluas & purgamenta plurima secum trahens: deinde identidem absconditur, rursusq; redditur. Adiabenos, Arabasq; prætерfluit. Mesopotamiam amplectit. Amnem nobilissimũ Choaspem accipit, Euphratem defert in sinum Persicum. Quæcunq; Euphratem bibunt gentes, diuerso nitent lapide. e Zmilaces in ipso Euphratis alueo legitur, gemma ad imaginem marmoris Proconnesi, nisi quod in medio umbilico lapidis istius glaucum uelut oculi pupilla internitet. Sagda à Chaldæis ad nos usque profluit, haud facilis repertu, ni (ut perhibẽt) ipsa capessendam se daret. Nanq; ingenita spiritus efficacia, su-

cia, ſupermeantes naues è profundo petit, & carinis ita tenaciter adcorporatur, ut niſi abraſa parte ligni, ægrè ſeparetur. Ea Sagda apud Chaldæos propter effectus quos ex ea ſciunt, habetur loco principe: cæteris propter gratiã magis placet iucundiſsimè uirens. Myrrhites Parthis familiaris eſt. Hunc ſi uiſu æſtimes, myrrhæ color eſt, & nõ habet quod afficiat aſpectũ. Si penitus explores, & attritu incites ad calorem, ſpirat nardi ſuauitatem. In Perſide lapidum tanta copia eſt, tantaq; diuerſitas, ut longum penè ſit ipſis uocabulis immorari. Mithridax ſole percuſſa, coloribus micat uariis. [f] Tecolithos nucleo oliuę ſimilis, ſpernitur cum uidetur, ſed remediis bonus, uincit aliorũ pulchritudinẽ: ſolutus quippe & hauſtus, pulſis calculis, renum dolores ac ueſicæ leuat. [g] Ammochryſos arenis auro intermixtis, nunc bracteatũ, nunc puluerís habet quadrulas. [h] Aëtites & fuluus eſt, & tereti poſitione, alterũ lapidem intrinſecus cohíbens, cuius crepitu ſonorus eſt, cum mouetur: quamlibet tinnitũ illum nõ internũ ſcrupulũ facere, ſed ſpiritũ, ſcientiſsimi dicãt. Hunc Aëtitem Zoroaſtres prę fert omnibus, maximamq; illi tribuit poteſtatem. Inuenitur aut in nidis aquilæ, aut in littoribus Oceani, in Perſide tamẽ plurimus. Subnexus ſpem uteri defendit à fluxíbus abortiuis. [i] Pyrrhites fuluus eſt, teneríq; ſe uehemẽtius nõ ſinit, ac ſi quãdo arctiore manu premitur digitos adurit. [k] Chalazias grandinis & candorem præfert & figuram, duritia robuſtiſsima, & inuicta. [l] Echites uipereas habet maculas. Dionyſias fuſcus eſt, rubentibus notis ſparſus. Idem ſi aquæ mixtus conteratur, uinum fragrat, & quod in illo odore mirificũ eſt, ebrietati reſiſtit. [m] Gloſſopetra deficientibus lunís cœlo cadit, linguæ ſimilis humanæ, nõ modicæ (ut Magi ferunt) poteſtatis, qui ex ea lunares motus excitari putãt. [n] Solis gemma percandida eſt ad ſpeciem fulgidi ſyderis, rutilosq; ex ſe iacit radios. [o] Veneris crinis nitet nigro, internis ductibus oſtentans ruforũ criniũ ſimilitudinem.

à mitra, id eſt, à ſole. Vnde Plinius: Mitrax Perſis accepta eſt, & rubri maris montibus multicolor, contra ſolem uariè refulgens.

f ¶ Tecolithos.) *Significat hæc uox calculare lapidem, nam τίκω eſt calculus, & λίθος lapis. Dioſcorides lib. 5. uocat eum Iudaicũ lapidem, aitq; eum eſſe effigie candidum ſpecioſumq;, reſpondentibus ordine quodam lineis tam exactè, ut manu & torno ductæ uideri poſsint. Si cum aquæ calidæ cyathis ternis bibatur, urinæ difficultatibus auxilium præſtat, calculosq; in ueſica frangit.* *g* ¶ Ammochryſos.) *Eſt Græcis ἄμμος arena, & χρυσὸς aurum: & lapidi huic datum eſt hoc nomen, quòd arenarum aurearum ſpeciem præ ſe ferat.*

h ¶ Aëtites.) *Nomen habet hic lapis ab aquila, quam Græci ἀετὸν uocant, quòd in aquilarum nidis reperiatur. De hoc Dioſcorides lib. 5. ſic ſcribit: Aëtites lapis ceu prægnans, intusq; uelut in aluo alterum lapidem habens, ſonum ſi quatias remittit. Grauidis, quibus uteri prolabantur, læuo brachio ſuſpenſus, partum continet. Sed quum in eo ſunt ut pariant, trãslato eo ad femur, citra dolorẽ ſoluentur. Deprehendi & furta illo prædicant. Nam panis in quo lapis ille fuerit, porrectus fiet, cõmanducatusq;, tranſmitti non poterit. Hunc lapidem quidam Gagiten nominant, Strabo Gangiten, inq; Armenia repertum tradit, quo ſerpentes fugantur. Refert & Philoſtratus ſecundo uitæ Apollonij: Aues quoq;, inquit, quis nõ uideat pullorum cauſa multa facientes, uelut aquilas ac ciconias? quæ nunquam nidos extruunt, quin lapides illis imponant, propterea quòd facem adhibent ut oua fœtum producãt, & ſerpentes nidis nõ appropinquent.* *i* ¶ Pyrrhites.) *Ab effectu nomen inditũ eſt huic gemmæ, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id eſt, ab igne, quòd premi ſine aduſtione manus nõ poſsit.* *k* ¶ Chalazias.) *Sunt qui falſo Chalaxias ſcribũt, ſed ἀπὸ τῆς χαλάζης, id eſt, à grãdine ſumptũ nomẽ eſt, quòd grandinis candorẽ figuramq; plurimũ imitetur. Plinius cap. 11. lib. 37. ſcribit eum eſſe adamãtinæ duritiæ.* *l* ¶ Echites.) *A uipera nomen habet hæc gemma, eſt enim Græcis ἔχις uipera. Dionyſias uerò à Dionyſio uini repertore nomen habet. Plinius capite 10. lib. ult. Dionyſias, inquit, nigra ac dura, mixtis rubentibus maculis, quæ ex aqua trita ſaporem uini facit, & ebrietati reſiſtere putatur.* *m* ¶ Gloſſopetra.) *A linguæ ſimilitudine nomen habet, ἀπὸ τῆς γλώσσης, id eſt, à lingua. Plinius capite undecimo, libro 37.* ¶ Gloſſopetra *linguæ ſimilis humanæ: in terra non naſcitur, ſed deficiente luna cœlo decidere, & lenocinanti neceſſaria creditur: quod ne credamus, promiſsi quoque uanitas facit, uentos enim ea comprimi narrant.* *n* ¶ Solis gemma.) *Eò quòd hæc gemma candida eſt, & ad ſpeciem ſyderis in orbem fulgentes ſpargit radios, ſolis habet nomen.* *o* ¶ Veneris crinis.) *Plinius ubi ſuprà: Veneris crines, inquit, nigerrimi nitoris, continent in ſe ſpeciem rufi crinis.*

nem. P Selenites translucet fulgore candido, melleoq; continens lunæ imaginem, quem iuxta cursum astri ipsius perhibent diebus singulis uel minui, uel augeri. q Meconites papauera exprimit. r Myrmecites reptantis formicæ effigie notatur. s Chalcophthongos resonat ut pulsata æra. Pudicè habitus, seruat uocis claritatẽ. t Siderites à cõtemplatione ferri nihil dissonat, uerũ maleficus, quoquo inferatur, discordias excitat. u Phlogites ostentat intra se quasi flammas æstuantes. x Anthracias coruscat uelut scintillantibus stellis. y Enydros exudat, ut clausam in eo putes fontanam scaturiginem.

p ¶Selenites.) A luna illi nomen inditũ, est enim σελήνη luna. Dioscorides ait eũ nasci in Arabia, translucereq; ex cãdido, ponderis exigui. q ¶Meconites.) Dictus Meconites, quòd papaueri plurimum assimiletur: Græci enim μήκωνα papauer nominant. r ¶Myrmecites.) A formica nomen habet, quæ græcè μύρμηξ dicitur. Plinius uerò sic scribit: Habet Myrmecias eminentias similes uerrucis: uerrucas autem Græci μυρμηκίας, ὃ μυρμηκίας uocitant. s ¶Chalcophthongos.) Ab ære & sono compactum nomen habet, quod latinè ærisonũ dicere possumus. Nam Græci χαλκὸν æs, & φθόγγον sonũ nuncupant. Apud Plin. Chalcophonos passim legitur. Est ea gemma nigra, illisaq; reddit tinnitũ æris. t ¶Siderites.) A ferro, cui plurimũ similis est, nomen habet hic lapis: græcè enim ferrũ σίδηρος dicitur. Hic litigio illatus, discordias facit, ut scribit Plin. cap. 10. lib. 37. u ¶Phlogites.) A flãma nomẽ hic lapis sortitus est: nam φλὸξ Græcis est flamma. Ostentat enim intra se, inquit Solinus, quasi flammas æstuantes. Plinius uidetur eum uocare Phlegontidem, à uerbo φλέγω, id est, ardeo, sic uocatum. x ¶Anthracias.) Plinius: In Anthracitide scintillæ discurrere aliquando uidentur, à pruna nomine sumpto: nam uocant Græci ἄνθρακα prunam. Potest & à carbone, id est, ἀπὸ τοῦ ἄνθρακος nomen habere. y ¶Enydros.) Est ἔνυδρος aquosus. Vnde Plinius: Enydros semper rotunditatis absolutæ, in candore est leuis, sed ad motum fluctuat intus in ea ueluti in ouis liquor.

SCHOLIA CAP. LI.

Ostendit Solinus à principio huius capitis, uarijs temporibus uarias factas regionũ diuisiones, id quod in Germania nostra quoque factum nõ ignoramus, quando quidam Galliam extendunt usque ad Rhenum: alij uerò Alsatiam, & totũ tractum Rheni qui est inter Lotharingiam & Rhenum, annumerant Germaniæ. Sic quidam Numidiam secernunt ab Africa minori, alij uerò inter terminos eius coartãt. Idem accidit Ciliciæ, quando ueteres alios statuerint terminos q̃ recentiores. Quintus Curt. 3. gestorũ Alexandri libro Ciliciam eleganter his describit uerbis: Perpetuo iugo montis asperi ac prærupti Cilicia includitur: quod quum à mari surgat uelut sinu quodam fluxúque curuatum, rursus altero cornu in diuersum littus excurrit. Per hoc dorsum, quæ maximè introrsum mari cedit, asperi tres aditus & peranguſti sunt, quorum uno Cilicia intranda est. Campestris eadem qua uergit ad mare, planiciem eius crebris distinguentibus riuis &c. a ¶Sub imperio Cilicum.) Quando omnes hic enumeratæ regiones paruerint Cilicibus, non constat, nec Solinus explicat. Inuenitur quidem Ninum primum regem Assyriorum suo imperio subiecisse omnes maritimas ac propinquas gentes, Aegyptios, Phœnices, interiorem Syriam, Ciliciam, Pamphyliam, Lyciam, Cariam, Phrygiam, Mysiam, Lydiam, Troada &c. sed quòd Cilicibus hæ regiones fuerint subditæ, nemo extat qui hoc scribit, quod ego sciam. Termini Ciliciæ ex tabula Asiæ, quam huic libro inseruimus, facilè deprehendi poterũt. b ¶A Cilice.) Legitur Genesis decimo, Iaphet filiũ Iohæ genuisse Gomer, Magog, Madai, Iauan &c. Iauan autem qui Græciæ nomen dedit, genuit Elisam, & Tarsis. A Tarsis Cilicia olim & metropolis eius denominata fuit Tarsus. Herodotus uerò lib. 7. scribit Cilices à Cilice Phœnice Agenoris filio cognominatos esse, cum antea Hypatei dicerentur. Cæterũ fabulæ tradunt hunc Cilicem Cadmi fratrem missum à patre ad Europam sororẽ à Ioue raptam inuestigandam, qui ueritus patrem Agenorem, quòd eam non repererit, hanc ipsam regionem occupauit, quam

De Cilicia, & antro Corycio, deq; monte Tauro. Cap. LI.

CIliciam, de qua agitur, si ut nunc est, loquamur, derogasse uidebimur fidei uetustatis: si terminos sequimur quos habuit olim, absonũ est à contemplatione rerũ præsentiũ. Ergo inter utranque culpam factu optimũ est, amborũ temporũ statũ persequi. Cilicia antea usq; ad Pelusium Aegypti pertinebat, Lydijs, Medis, Armenijs, Pamphylia, Cappadocia a sub imperio Cilicũ cõstitutis. Mox ab Assyrijs subacta, in breuiorẽ modũ scripta est. Plurima iacet campo, sinu lato recipiens Isicum mare, à tergo montiũ Tauri & Amani iugis clausa. b A Cilice nomen trahit, quem ætas pristina penè ultra æuũ memoriæ abscondit. Hunc aiunt Phœnice ortũ, qui anti-

antiquior Ioue de primis terræ alumnis habeẽ. [c]Matrem urbiũ habet Tarſon, quam [d]Danaës proles nobiliſsima Perſeus locauit. Hanc urbẽ interſecat Cydnus amnis. [e]Hunc Cydnum aliĳ præcipitari Tauro, aliĳ deriuari ex alueo Choaſpis tradiderunt: qui Choaſpes ita dulcis eſt, ut [f]Perſici reges quãdiu intra ripas Perſidis fluit, ſolis ſibi ex eo pocula uendicarint, & cum eundum foret peregrè, aquas eius ſecũ uectitarint. Ex illo igitur parente Cydnus mirã trahit ſuauitatem. Quicquid candidũ eſt, Cydnum gentili lingua Syri dicũt, unde amni huic nomẽ datum. Tumet uere cum niues ſoluũtur, reliqua parte anni tenuis eſt & quietus. [g]Circa Corycũ Ciliciæ crocum plurimũ, optimumq; : det licet Sicilia, det Syrena, det & Lycia, hoc primũ eſt: ſpirat fragrantius, colore plus aureo eſt, ſucci ope citius proficit ad medelam. Ibi Corycus oppidum eſt, & [h]ſpecus, qui montem impoſitum mari à ſummo cauat uertice, patulus hiatu amplisſimo. Nam deiectis lateribus in terræ profundum, nemoroſo orbe amplectitur mediam inanitatem, uirens introrſus lucis pendentib. Deſcenſus in eum [i]per duo millia & quingentos paſſus, nõ ſine largo die, hinc inde fontium aſſidua ſcaturigine. Vbi peruentũ ad ima primi ſinus, alter rurſum ſpecus panditur: quod antrum latis primùm patet faucibus, poſtmodum in proceſſu per anguſtias obſcuratur. In eo ſacrum eſt [k]Iouis fanum, in cuius receſſu intimo Typhonis gigantis cubile poſitũ accolæ credunt.

quam tandem de ſuo nomine Ciliciã nominauit. Patet ergo eodem cum Ioue tempore floruiſſe. Potuit & annoſior eſſe Ioue.

c ¶ Matrem urbium.) Fuit olim urbs iſta inſignis ob philoſophiæ ſtudiũ. Vnde Strabo: Tarſenſibus ſtudium circa philoſophiã fuit & alias diſciplinas quæ in corona uerſantur, ut Athenas & Alexandriam ſuperarent, et ſi quis alius locus dici poteſt, in quo ſcholæ & philoſophiæ exercitationes fuerint &c. Viri ex ea urbe illuſtres fuere, Antipater Stoicus, Archelaus & Neſtor, & duo Antenodori, quorum alter Catonis familiaris, alter Cæſaris dictatoris præceptor fuit. His omnibus multò excellentior fuit diuus Apoſtolus Paulus Tarſenſis.

d ¶ Quam Danaës.) Quidam ſcribunt Sardanapalum ultimũ Aſſyriorũ regem una die hanc condidiſſe urbem. Aliorũ ſententia eſt, ut refert Strabo, Argiuos eam extruxiſſe: tertij aſſerunt eam à Perſeo conditam. Et fieri poteſt, ut quoſdã de prima urbis fundatione, reliquos de inſtauratione uel ampliatione locutos fuiſſe putemus.

e ¶ Hunc Cydnum.) Strabo lib. 14. ſic ſcribit: Tarſon Cydnus mediam perfluit, iuxta gymnaſium iuniorũ. Eius ortus nõ procul eſt, alueus uerò per profundam uallem illatus rectà in urbem ingreditur. Aqua eſt rapidiſsima & frigida, quapropter hominibus ac beſtijs auxiliatur quæ neruos craſſiores habẽt. Et Quintus Curtius lib. 3. inquit: Cydnus inclytus amnis, nõ ſpacio aquarũ, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro ſolo excipitur: nec torrentes incurrunt, qui placidè manantem alueum turbent: itaque incorruptibilis, idemq; frigidiſsimus: quippe multa riparum amœnitate inumbratus, ubique fontibus ſuis ſimilis in mare euadit. Ex Tauro monte eum oriri tradit Arrianus ſecundo geſtorum Alexandri libro. Nec legitur apud inſignem aliquem autorem, Cydnum ex Choaſpis alueo deriuari.

f ¶ Perſici reges.) Herodotus lib. primo inquit: Ducit rex Cyrus magnum exercitum probè domi comparata re frumentaria atque pecuaria. Portatur item aqua ex flumine Choaſpe, Suſam præterfluente, quo uno ex omnibus fluminibus rex potat: cuius Choaſpis aquam decoctam, & in argentea uaſa diffuſam ferentes, permultæ carrucæ quatuor rotarũ mulis trahentibus aſſiduè comitantur quocunq; ille profiſcitur.

g ¶ Circa Corycum.) Corycos autore Plinio cap. 27. lib. quinti, eſt nomen tum oppidi, tum portus, tum deniq; ſpecus Ciliciæ. Sunt & alia loca nominis eiuſdem: in hoc itaq; loco nobiliſsimum creſcit crocum. Vnde Plinius cap. 6. lib. 21. Prima nobilitas Cilicio croco, & ibi Coryco monte, deinde Lycio monte Olympo, mox Centuripino Siciliæ: aliqui Phlegræo ſecundum locum dedere.

h ¶ Specus.) De hoc ſpecu ſic dicit Strabo lib. 14. Corycum promontorium, ultra quod ad ſtadia 20. eſt Corycum antrum, in quo crocus optimus naſcitur: id autem eſt ingens quædam concauitas in orbem deducta, cui labrum petroſum ac ſatis altũ circumiacet: cum deſcenderis, ſolum eſt inæquale, & magna ex parte petroſum, & fruticoſa & ſemper uirenti ac domeſtica materie plenum. Deſcribit & Mela Pompon. hunc ſpecum multis uerbis libro primo.

i ¶ Per duo millia.) Pomponius habet, quingentorum & mille paſſuum.

k ¶ Iouis fanum.) Pomponius ſic ſcribit: Specus totus anguſtus & uerè ſacer, habitariq; à deo dignus creditus eſt, nihil non uenerabile, & quaſi cum aliquo numine ſe oſtentans. Eſt & alius ſpecus ultra, quem Typhoneum uocant, ore anguſto & multũ (ut experti tradidere) preſſus, & ob id aſſidua nocte ſuffuſus, neq; unquã perſpici facilis: ſed quia aliquando cubile Typhonis fuit, & quia nunc demiſſa in ſe cõfeſtim exanimat, natura, fabulaq; memorandus. Intelligit fortaſsis Typho-

nem Aegyptium, Osiridis, Isidis, Apollinis & Veneris fratrem, qui Osiridem in Aegypto iustè regnantem, omnibus Gigantibus conscijs, peremit, ac in 26. partes dissecuit, cuiq; eorũ qui secum tanti sceleris participes fuerãt, partẽ tribuit, ueluti eius facinoris conscios, & simul ut ipsos defensores custodesq; haberet regni fidos. l ¶Soloë.) Multa exemplaria habent hic Heliospolim, quod solis urbs interpretatur: sed error est, cum hæc urbs nõ à sole nomẽ habeat, sed à Solone uno ex septẽ sapientibus, qui Pistrati tyrannidem perosus, ad Crœsum Lydiæ regẽ nauigauit, à quo deinde in Ciliciã profectus, urbem condidit, atq; ex suo nomine Solos appellauit, in qua paucos Athenienses statuit, qui tractu temporis quum patriam uocem corrupissent, Solœcizare dicti sunt: postmodum à Magno Pompeio, quòd illuc piratas quosdã transtulisset, Pompeiopolis appellata est. m ¶Patria Chrysippi.) Quidam scribũt Chrysippum fuisse Tarsensem. Strabo uerò aliter sentit, nempe quòd ex Solis urbe fuerint uiri memoratu digni, Chrysippus philosophus Stoicus ex patre Tarsensi ortus, qui inde migrauit. n ¶Mons Taurus.) Sic dictum putant hunc montẽ, quòd tauri exprimat formam. Plin. cap. 27. libri 5. de hoc monte sic scribit: Taurus mons ab Eois ueniens littoribus, Chelidonio promontorio disterminatur. Immensus ipse & innumerarũ gentiũ arbiter. Dextero latere septentrionalis, ubi

Tabula hæc multarum regionũ situm, quas quidem Solinus præsenti hoc capite & nonnullis sequentibus describit, exprimet.



credunt.[l] Soloë antiquũ oppidum Ciliciæ fuit, [m]patria Chrysippi Stoicæ sapientiæ potentissimi, quod à Tigrane Armenio subactum, & diu post Pompeiopolim deuictis Cilicibus Cneus Magnus cognominauit. [n]Mons Taurus ab Indico primũ mari surgit, deinde à scopulis Chelidoniis inter Aegyptiũ & Pamphylium pelagus obiectus, septentrioni dextero latere, læuo meridianæ plagæ, occidenti obuersus fronte profusa. Palàm est terras eum continuare uoluisse penetrato mari, nisi profundis resistentibus extendere radices suas uetaret. Denicq; qui ratiocinãtur de naturis locorum, tentasse eum omnes exitus promõtoriis probant. Nam quo quouersum mari alluitur, procedit in prominentias: sed modò intercluditur Phœnicio, modò Pontico sinu, interdũ Caspio uel Hyrcano, quibus renitentibus subinde fractus, contra Mæoticum lacum flectitur, multisq; difficultatibus fatigatus, Rhipheis se iugis annectit. Progentium ac linguarum uarietate plurifariam nominatus: apud Indos Imaus, mox Paropamisus, Choatras apud Parthos, pòst Niphates, inde Taurus, ac ubi in excellentissimã cõsurgit sublimitatem, Caucasus. Interea etiam à populis appellationem trahit. A dextro latere Caspius dicitur uel Hyrcanus, à læuo Amazonicus, Moschicus, Scythicus. Ad hæc uocabula habet alia multa. Vbi dehiscit hiulcis iugis, facit portas, quarum primæ sunt Armeniæ, tum Caspiæ,

Caſpiæ, poſt [o] Ciliciæ. In Græciam uerticem exerit, ubi Ceraunius prædicatur. A Ciliciæ finibus † Africum limitem [p] deſpicit. Quantum meridiē uidet, ſole inæſtuat. Quicquid ſeptentrioni oppoſitū eſt, uento tunditur & pruina. Quod ſylueſtre eſt, efferatur plurimis beſtijs, & leonibus immaniſsimis.

† Aſiaticū

primū ab Indico mari ſurgit: læuo meridianus & ad occaſum tendens, mediamq; diſtrahens Aſiam, niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad ſeptentriones, flexusq; immenſum iter quærit uelut de induſtria, rerū natura ſubinde æquora opponente, hinc Phœnicum & Ponticum, illinc Caſpium & Hyrcaniū, cōtra Mæoticū lacū torquetur: itaq; colliſus inter hæc clauſtra, & tamen uictor, flexuoſus euadit uſq; ad cognata Rhiphæorū montium iuga, numeroſis nominibus & nouis quocunq; incedit inſignis, Imaus prima parte dictus, mox Edigis, Paropaniſus, Circius, Chambades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Orates, Niphates, Taurus, atq; ubi ſe quoque exuperat, Caucaſus, ubi brachia emittit ſubinde tentāti maria ſimilis, Sarpedon, Coraceſius, Cragus, iterūq; Taurus, etiam ubi dehiſcit ſeq; populis aperit. Tauri huius initium, inquit Strabo lib. 14. montes quidam dicuntur qui ſupra Chelidonias ſunt, quæ inſulæ in Pamphyliæ ac Lyciæ cōfinio iacent: hinc enim iam Taurus in altum conſurgit. o ¶*Ciliciæ.*) *Ciliciæ portæ hæ uidentur eſſe, quas ab Amano monte Ptolemæus Amanicas uocat, iuxta ſinum Iſsicum, Pylas quidam eas nuncuparunt. Has Alexander Macedo quondam ingreſſus, contemplatus locorum ſitus, non alias magis dicitur eſſe admiratus, felicitatem ſuam obrui potuiſſe uel ſaxis confite batur, ſi fuiſſent qui ſubeuntes propellerent. Iter uix, inquit Curtius, quaternos capit armatos. Dorſum montis imminet uiæ non anguſtæ modò, ſed plerunq; præruptæ, crebris oberrantibus riuis, qui ex radicibus montium manant.* p ¶*Deſpicit.*) *Quædam exemplaria habent diſpicit, alia diſpeſcit, rurſus alia diſpartit.*

De Lycia, & Chimæræ monſtri fabula. Cap. LII.

QVod in Campania Veſuuius, in Sicilia Aetna, hoc in Lycia [a] mons Chimæra eſt. Hic mons nocturnis æſtibus fumidum exhalat. Vnde fabula triformis monſtri in uulgū data eſt, quod Chimæram animal putauerunt. Et quoniam natura ibidem ſubeſt ignea, Vulcano urbem proximam Lycij dicarunt, quam de uocabulo ſui nominis [b] Hephæſtiam uocāt. [c] Olympus quoq; inter alia ibi oppidū fuit nobile, ſed intercidit: nunc caſtellum eſt, infra quod aquæ regiæ ob inſigne fluoris ſpectaculo ſunt uiſentibus.

SCHOLIA CAP. LII.

Sunt qui Lyciam ſic dictam putant ἀπὸ λύκε τῦ παλλάντος, id eſt, à Lyco Pandionis filio. Scribit & Herodotus: Cum Lycij quondam Termilæ uocarentur, à Lyco uiro Athenienſi Pandionis filio, Lycij cognominati ſunt. De incorruptis Lyciorum moribus habes apud Strabonem libro 14. Geographiæ. a ¶ *Mons Chimæra.*) *Mons iſte eſt in Lycia, cuius etiam hodie ardet cacumen, iuxta quod ſunt leones: media autem montis paſcua ſunt, & inde ſerpentibus plena. Hinc fabula triformis monſtri in uulgum data eſt, ut ſcilicet Chimæra ore ſit leo, poſtremis partibus draco, media capra. Hunc montem Bellerophon habitabilem fecit, unde & Chimæram dicitur occidiſſe.* b ¶*Hephæſtiam.*) *Ab eo deo nomen indūtū, cui & urbs ſacrata eſt. Græci enim Vulcaniam ἡφαιςίαν dicunt. Eſt & alia eius nominis urbs in Lemno inſula, quæ conſimili ratione Vulcano quoq; dicata eſt. Sunt & in freto Siculo ἡφαιςίαι inſulæ, id eſt, Vulcaniæ.* c ¶*Olympus.*) *Artemidorus, ut Strabo refert, autor eſt, ſex eſſe in Lycia urbes maximas, Xanthum, Patara, Pinara, Olympum, Myra, Tlon.*

De Aſia minori, de Epheſiæ Dianæ templo, de Alexandri Magni ortu, de inclytis Aſiæ ſcriptoribus, de Phrygia, de Bonaſo quadrupede, de Homeri & Heſiodi temporibus, de Memnonijs auibus, de Chamæleonte fera, de Ciconijs, deq; Galatarū origine. Cap. LIII.

SEquitur Aſia: ſed non eam Aſiam loquor, quæ in tertio orbis diuortio terminos amnes habet, ab Aegyptio mari Nilū, à Mæotico lacu Tanaim: uerum eam quæ à Telmeſſo Lyciæ incipit, unde etiam Carpathius auſpicatur ſinus. Eam igi

SCHOLIA CAP. LIII.

Eſt duplex Aſia, generalis una, quæ orbium ſcilicet orbis partiū una eſt, alijs duabus partibus ſimul ſumptis ferè æqualis. Eſt deinde Aſia quæ propria dicitur, quòd ſit maioris Aſiæ pars ſeu prouincia quædam. Et hanc rurſus in duas partes Agrippa di-

uidit: unam dicit includi ab oriente Phrygia & Lycaonia, ab occidente Aegæo mari, à meridie Aegyptio, à septentrione Paphlagonia. Alteram determinauit ab oriente Armenia minore, ab occidente Phrygia, Lycaonia, Pamphylia, à septentrione prouincia Pontica, à meridie mari Pamphylio.

tur Asiam ab oriente Lycia includit & Phrygia, ab occidente Aegæa littora, à meridie mare Aegyptium, Paphlagonia à septentrione. [a]Ephesus in ea urbs clarissima est. Epheso decus [b]templum Dianæ, Amazonũ fabrica, adeò magnificum, ut [c]Xerxes cum omnia Asiatica templa igni daret, huic uni pepercerit. Sed hæc Xerxis clementia sacras ædes non diu à malo uindicauit. Nanq; Herostratus, ut nomen memoria sceleris extenderet, incendiũ nobilis fabricę manu sua struxit, sicut ipse fassus est, uoto adipiscendæ famæ latioris. Notatur ergo eadẽ die conflagrauisse templũ Ephesi, qua Alexander Magnus Pellæ natus est, qui oritur, ut Nepos edidit, Marco Fabio Ambusto, Tito Quintio Capitolino consulibus, post Romam conditam anno trecentesimo octogesimoquinto. Id templũ cum postmodũ ad cultum augustiorem Ephesij reformarent, faber operi Dinocrates prefuit, quem Dinocratem Alexandri iussu Alexandriã in Aegypto metatũ suprà exposui mus. Nusquã orbe toto tam assiduos terræmotus, & tam crebras urbiũ demersiones, quàm in Asia esse, cladibus Asiaticis patuit, cum Tiberio principe [d]urbes duodecim simul una ruina cecide-

a ¶Ephesus.) Plin. hanc urbem alterum Asiæ lumen uocat, dicitq; eam Amazonum opus esse. Strab. uerò in principio libri 14. uult Ephesum ab Androclo Codri Athenien sium regis legitimo filio cõditam. Hunc Eusebius in temporibus Androcũ uel Andronicum nominat, dicitq; Ephesum cõditam anno 28. Dauidis, id est, anno ferè 4150. ab orbe condito, iuxta computum eius. Secundum calculum uerò Iudæorũ multò minor erit hæc supputatio, qui hodie cũ hæc scribo, anno scilicet Christi 1537. numerant à creatione mũdi 5298. Ea itaq; urbs successu temporis uaria sortita est cognomina. Nam Alopes quum pugnatũ apud Troiam est, mox Ortygia & Morges uocata est, & Smyrna cognomine Trachea, & Samornion, & Ptelea. Attollitur monte Pione, ut ait Plinius, alluitur Caystro flumine in Cylbianis iugis orto, multos amnes deferente.

b ¶Templũ Dianæ.) Hoc templum tam celebre & excellens fuit, ut inter septem orbis miracula annumerari meruerit. Vnde Plin. cap. 14. lib. 36. Græcæ magnificentiæ uera admiratio extat templum Ephesiæ Dianæ, ducentis uiginti annis factum à tota Asia. In solo id palustri fecere, ne terræmotus aut hiatus timeret: rursus ne in lubrico atq; instabili fundamenta tantæ molis locarentur, antè calcatis ea substrauere carbonibus, dein uelleribus lanæ. Vniuerso templo longitudo est 425. pedum, latitudo 220. Columnæ 127. à singulis regibus factæ, sexaginta pedum latitudine. Ex ijs 36. cælatæ &c. Cõuenit & inter autores, templi eius tectum fuisse è cedrinis trabibus, ualuas è cupresso. Idipsum templũ 400. propè annis ante Plinij ætatẽ fuisse constructum, idem refert cap. 41. lib. 16. Dicit quoq; architectũ eius fuisse Ctesiphontem, Strabo autem Archiphronem. c ¶Xerxes.) Xerxes hic Persico fastu ad tantam insolentiam uenerat, ut non cum hominibus tantũ, sed cum dijs immortalibus bellum gereret. Cumq; ille pepercisset templo, Herostratus cupiens ex re nefaria famam quærere, illud incendit, idq; ea die qua natus est Alexander Magnus: tunc enim quum Diana partui Olympiadis adesse uoluisset, abfuit templo suo, incendioq; perire passa est. Sic gentiles loquũtur. Sunt alij qui scribunt Alexandrum fuisse Ephesi, cum magnificentißimum templum summa celebraretur religione: sed fieri potest quòd tunc restauratum fuerit, præsertim quum apud Strabonem lib. 14. sic legamus: Cum Herostratus quidam Ephesiæ Dianæ templum incendio consumpsisset, aliud præstantius construxerunt, mulierum ornamentis & multis opibus ad id collatis, refectisq; prioribus columnis. Addit idem, Alexandrum impensas omnes pro eo templo restituendo fuisse pollicitum, dummodo ipse titulum haberet, illos autem noluisse. Porrò Dinocratem ipse nuncupat Chinocratem. Fuit deinde rursum à Gothis exustum sub Galieno scilicet Imperatore, à quibus & Troia, quæ uix ab antiquo bello respirauerat, subuersa est. d ¶Vrbes duodecim.) Dicit quoq; Plinius cap. 84. lib. 2. quòd maximus terræ memoria mortalium extiterit motus Tiberij Cæsaris principatu, duodecim urbibus Asiæ una nocte prostratis, quarum nomina sunt, Ephesus, Magnesia, Sardis, Moschene, Megara, Cæsarea, Philadelphia, Hymolus, Themis, Cyme, Myrrhina, Apollonia, Dicæarchia. Scribit autem Aristoteles 2. Meteororum libro, fortißimos fieri terræmotus circa ea loca ubi mare fluxibile sit, aut regio spongiosa subantrosaq;: propter quod circa Hellespontum, Achaiam, Siciliamq;, circa etiam Eubœæ loca, terræmotus fiunt maximi propter angustiam. Spiritus enim factus uehemens, & propter multitudinem maris allati repellitur iterum in terram, quod natum erat efflare ex terra. Regiones quoq; quæcunq; habent maria, & quæ subtus loca multum susc ipientes spiritum, concutiuntur magis. Seneca item ait, omnem oram maris obnoxiam esse motibus.

ceciderint, [c]Ingenia Asiatica inclyta per gentes fuere. Poëtæ Anacreon, inde Mimnermus & Antimachus, deinde Hipponax, deinde Alcæus, inter quos etiam Sappho mulier. At historiæ conditores Xanthus, Hecataeus, Herodotus, cum quibus Ephorus & Theopompus. Nam de [f]septem sapientia præditis, Bias, Thales, Pittacus, Cleanthes Stoicæ eminētissimus, Anaxagoras naturæ indagator. [g]Heraclitus etiam subtilioris doctrinæ arcanis immoratus. [h]Asiam excipit Phrygia, in qua Celenæ, quæ antiquato priori nomine in Apamæam transiere, oppidum à rege Seleuco postmodum constitutum. Istic Marsyas ortus, istic & sepultus. Vnde qui proximat fluuius, Marsyas dicitur. Nam sacrilegi certaminis factum, & [i]audaces in deum tibias, testatur non procul cum fonte uallis, quę euentum gestæ rei signat, & ab Apamæa decem millibus passuum separata, Aulocrene usque adhuc dicitur. Ex arce huiusce oppidi Mæander amnis caput tollit, qui recurrentibus

motibus. e ¶*Ingenia Asiatica.*) *Comprehenduntur & hi qui fuerunt ex insulis quæ Asiæ adiacent. Anacreon quidem Teius fuit, & dicitur scripsisse carmina amatoria. Mimnermus uerò Colophonius, elegiarum scriptor nõ incelebris. Antimachus & ipse Colophonius: hic cum carmen perobscurum recitaret in auditorio, omnesq; egrederentur auditores præter unum Platonem, ait, Plato mihi pro omnibus. Hipponax Ephesius Iambicorũ scriptor, à tyrannis pulsus est patria. Alcæos duos fuisse Suidas autor est, Lyrinem unũ, Athenis oriundum, Mitylenæũ alterũ, priscæ comœdiæ scriptorem insignem. Sappho ob sexum nõ minus quàm ob poëticam celebrata. Xanthus è Sardibus urbe oriundus. Hic Lydorũ historiam quatuor uoluminibus complexus est. Hecataeus Milesius natione, Protagorã habuit præceptorẽ, floruitq; Darij temporibus. Herodotus ob styli elegantiam inter Græcos historicos primatũ tenuit, fuit autẽ Halicarnaseus. Ephorus Cumæus, & Theopompus Chius, uterque Isocratis discipulus, quorum alter freno, alter calcaribus indigebat.* f ¶*De septem sapientia præditis.*) *De eorum numero & nominibus, qui ob peculiarem quandam excellentiam, sapientiæ nomen adepti sunt, plurimum sunt autores diuersi. Lactantius Firmianus à principio quarti Diuinarum instit. ait, quòd hi septem primi de rebus naturalibus quærere ac disputare sunt ausi, sapientes haberi, appellariq; meruerunt. O miserum, inquit, calamitosumq; seculum, quo per orbem totum septem soli fuerunt qui hominum uocabulo cierentur. Nemo enim potest iurè dici homo, nisi qui sapiens est. Sed si cæteri omnes præter istos stulti fuerũt, ne illi quidem sapiẽtes, quia nemo sapiens esse uerè iudicio stultorum potest &c. Bias cum rogaretur, quod prudentis opus? Respondit: Cum posit, nolle nocere. Quid stulti proprium? Non posse, & uelle nocere. Thaletis plurima sapienter dicta, præsertim hæc: Turpe quod ausurus, te sine teste time. Et, Vita perit, mortis gloria non moritur. Et illud: Quod facturus eris dicere sustuleris. Et, Crux est si metuas, uincere quod nequeas. Pittaci autem sunt hæc: Loqui ignorabit, qui tacere nescit. Bono probari malo, quàm multis malis. Pareto legi quisquis legem tuleris. Plures amicos re secunda compares, paucos amicos rebus aduersis proba. De Cleanthe habes apud Laërtium lib. 7. Anaxagoras non modò generis gloria & opibus, uerùm animi quoque magnitudine clarissimus fuit. Omne enim patrimonium, ut liberius studijs incumberet, suis sponte concessit. Indignanti cuidam ac molestè ferenti quod in alieno solo moreretur, Bono, inquit, esto animo, idem enim undiq; in infernum descensus est. Rogatus cuius rei causa natus esset, Inspiciendi, inquit, cœli & solis atq; lunæ. Fuit enim ipse naturæ singularis indicator, uel, ut alij legendum censent, indagator.* g ¶*Heraclitus.*) *Inter cætera fuit Heraclito peculiaris in uerbis obscuritas, & hinc factum est ut cognomento σκοτεινὸς diceretur. Hic ex igne omnia credidit esse nata.* h ¶*Asiam excipit Phrygia.*) *Phryges in extremitate Asiæ minoris habent confines accolas Bithyniæ, & Apamæa urbs, quæ olim Celenæ, in altera Phrygia est, iuxta fontem scilicet Mæandri. Lactantius super 4. Thebaidos dicit Celenas esse Lydiæ ciuitatem, in cuius antro Marsyam ab Apolline uictum, quum certaret cum eo tibiarum cantu, ac supplicio affectum fuisse à tortoribus, de cuius sanguine fluuium eiusdem nominis natum fabulantur. De hoc flumine scribit Quintus Curtius lib. tertio: Illa tempestate media mœnia interfluebat Marsyas amnis, fabulosis Græcorum carminibus inclytus. Fons eius ex summo montis cacumine excurrens in subiectam petram, magno strepitu aquarum cadit, inde diffusus circumiectos rigat campos: liquidus, & suas duntaxat undas trahens. Itaque color eius placido mari similis, locum poëtarum mendacio fecit: quippe traditum est, Nymphas amore amnis retentas, in illa rupe considere. Cæterum quandiu intra muros fluit, nomen suum retinet: at cum extra munimenta se euoluit, matore ui ac mole agentem undas, Lycum appellant.* i ¶*Audaces in deum.*) *Pallas inuenta à se tibia, cum buccis tumidis ex aquis se conspexisset, eam tibiam in Tritonem Libyæ paludem abiecisse fertur. Eam cum Marsyas Satyrus reperisset, tractareq; didicisset, Phœbũ prouocare ausus est, à quo cum uictus fuisset detracta eius pelle, & in alta platano suspensa, in flumen sui nominis cõuersus est: unde & uallis illa Aulocrene*

tibus ripis flexuosus inter Cariam & Ioniã præcipitat in sinum, qui Miletum diuidit & Prienem. Ipsa[k] Phrygia Troadi superiecta est, aquilonia parte Galatię collimitata, à meridiana Lycaonię, Pisidiæ, Mygdoniæq; contermina. Eadem ab oriente uicina Lydiæ, à septentrione Mysiæ, Cariæ: à parte qua dies medius est, mõs Lydiæ Tmolus croco florentissimus, amnis Pactolus, quem aurato fluore incitum, aliter χρυσορόαν uocant. In [l]his locis animal nascitur quod Bonasum dicunt, cui taurinum caput, ac deinceps corpus omne, tantum iuba equina: cornua autẽ ita multiplici flexu in se recurrentia, ut si quis in ea offendat, nõ uulneretur. Sed quicquid præsidij monstro illi frons negat, aluus sufficit. Nam cũ in fugam uertit, proluuie citi uentris fimũ egerit per longitudinẽ trium iugerum, cuius ardor quicquid attigerit, adurit: ita egerie noxia summouet insequentes. [m]Miletos Ioniæ caput, Cadmi olim domus, sed eius qui primus inuenit prosæ orationis disciplinam. Non longè Ephesо Colophon ciuitas, nobilis oraculo Clarij Apollinis. Vnde haud procul Minas mons surgit, cuius uertices de nubibus superuolantibus futuræ tempestatis significant qualitatem. Caput Mæoniæ Sypilus excipit, Tantalis antea dicta, & in illam uocabuli memoriam orbitatibus data Niobe. Smyrnã Melas circunfluit, inter flumina Asiatica facile præcipuus amnis. Smyrnæos uerò campos fluuius Hermus secat, qui ortus Dorylao Phrygiæ, Phrygiam scindit à Caria. Hunc quoq; Hermum fluctibus aureis æstuasse antiquitas credidit. Smyrna, unde præcipuè nitet, [n]Homero uati patria extitit, qui post Ilium captum anno ducentesimo septuagesimo secundo, humanis rebus excessit, Agrippa Syluio Tyberini filio Albæ regnãte, anno ante urbem cõditam centesimo sexagesimo. Inter quem & Hesiodũ poëtam, qui in auspicijs Olympiadis primæ obijt, centũ trigintaocto anni interfuerunt. [o]In Rhetæo littore Athenienses & Mitylenæi ad tumulum ducis Thessali Achilleon oppidum

uocata est, ab αὐλὸς, id est, tibia, & ῥεῖθρος, id est, fonte, in quem isidem cõuersus dicitur.

k ¶ Phrygia Troadi superiecta.) Hæc nõ per omnia quadrant cum Ptolemæi prima Asiæ tabula, quippe qui Phrygiam unã describit iuxta Troadem maritimã urbem è regione Chersonesi. In monte uerò Lydiæ Tmolo, & fluuio Pactolo, nulla est discrepantia. Pactolum Græci alio nomine uocãt χρυσορόαν, id est, aurifluum: χρυσὸς enim aurum, & ῥέω fluo significat. Poëtæ fabulantur Midam Lydorũ regem in aurũ uersum, iubente Libero patre in Pactolo se flumine lauisse, uimq; aureã tinxisse flumen, ut scilicet de corpore eius uis aurea manarit in flumen. Plin. cap. 4. lib. 33. asserit aurum apud nos tribus modis reperiri: fluminũ ramentis, ut in Tago Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Asiæ, Gange Indiæ, nec ullum absolutius, inquit, aurũ est, ut cursu ipso trituq; politũ. Alio modo puteorũ scrobibus effodi, & tertio ruina montium.

l ¶ In his locis animal nascitur.) Sunt qui asserunt Solinũ hic errasse, & Plinium nõ rectè legisse, qui hoc animal dicit inueniri in Pæonia Thraciæ uel Macedoniæ regione, & nõ in Mæonia Asiæ, ut Plinius ipse uidetur legisse. Vide Plinium de hoc animali cap. 15. lib. octaui. m ¶ Miletos.) Inuenies omnes istas urbes, Miletum, Prienam, Colophonem &c. quæ hic commemorantur, in Ptolemæi tabula Asiæ prima. Miletus genuit ciuem Cadmũ, qui primũ prosaicam orationẽ condere instituit, fuitq; alius ab eo Cadmo qui ex Phœnice oraculo monitus in Bœotia Thebanæ urbis extitit primus autor. Vide de hac urbe Melam Pomp. lib. 1. ubi & originẽ oraculi Clarij Apollinis explicat. Meminit & Plin. cap. 103. lib. 2. Colophone, inquiens, in Apollinis Clarij specu lacuna est, cuius potu mira redduntur oracula, bibentiũ breuiori uita. De Sipylo monte, qui antea Tantalis dicebatur, scribit Plinius cap. 29. quinti. Habetur & in Ptolemæo. De orbitatib. Niobes multa fabulatur Ouid. Metamor. lib. 6. n ¶ Homero uati.) Autore Archilocho in libello suo de temporibus, floruerũt uarijs temporibus ac locis octo Homeri: & hinc esse uidetur quòd de Homeri poëtæ tempore nõ cõuenit inter autores. Quidam enim eum ante descensum Heraclidarum ponunt, ut est Crates. Eratosthenes dicit eum fuisse post centesimum annum Troianæ captiuitatis. Aristarchus Ionica emigratione, hoc est, post annum centesimum. Philochorus post captam Troiam anno 180. Apollodorus Athenien. post 240. annum euersionis Ilij. Alij aliter senserunt. Sic quidam uolunt Homerum & Hesiodum poëtam eodem tempore uixisse: alij asserunt Homerum fuisse multis antè seculis quàm Hesiodus fuerit. o ¶ In Rhetæo littore.) Plinius capite 30. libri quinti sic inquit: Extra sinum sunt Rhetæa littora, Rhetæo & Dardanio & Arisbe oppidis habitata. Fuit & Achilleon oppidum iuxta tumulum

oppidum condiderũt, quod propémodum interijt. Deinde interpositis quadraginta fermè stadijs, in altero cornu eiusdẽ littoris ob honorem Salaminij Aiacis alterum oppidum, cui Aeantio datũ nomen, Rhodij extruxerunt. At iuxta Ilium [p] Memnonis stat sepulchrum, ad quod sempiternò ex Aethiopia cateruatim aues aduolant, quas Ilienses Memnonias uocãt. Cremutius autor est, has easdem anno quinto in Aethiopia cateruatim coire, & undiqueuersum quousquã gentium sint, ad regiam Memnonis cõuenire. Mediterranea, quę sunt supra Troadis partem, Teutrania tenet regio, quæ prima Mysorũ fuit patria. Perfunditur Teutrania Caico flumine. Per omnẽ Asiam [q] Chamæleon plurimus, animal quadrupes, facie qua lacertæ, nisi crura recta & longiora uentri iungerentur, prolixa cauda, eademq; in uertiginem torta, hamati ungues subtili aduncitate, incessus piger, & ferè idem qui testudinum motus: corpus asperum, cutem qualem in Crocodilis deprehendimus, subducti oculi, & recessu concauo introrsum recepti, quos nunq; nictatione obnubit. Visum deniq; non circunlatis pupillis, sed obtutu rigidi orbis intentat. Hiatus eius æternus, ac sine ullius usus ministerio, quippe cum neq; cibum capiat, neq; potu alatur, nec alimento alio quàm haustu aeris uiuat. Color uarius, & in momento mutabilis, ita ut cuicunq; rei se cõiunxerit, concolor ei fiat. Colores duo sunt quos fingere nõ ualet, rubrus & cãdidus: cæteros facilè mentit. Corpus penè sine carne, uitalia sine liene, nec nisi in corculo pauxillum sanguinis deprehenditur. Latet hyeme, producitur uere. Impetibilis est Coraci, à quo cum interfectus est, uictorem suum perimit interemptus. Nam si uel modicum ales ex eo ederit, ili cò moritur. Sed [r] Corax habet præsidium, ad medelam natura manũ porrigente. Nam cum afflictum se intelligit, sumpta fronde laurea recuperat sanitatem. [s] Pythonis Come est in Asia, locus in campis patentibus, ubi primo aduentus sui tempore Ciconiæ aduolant, & eam quę ultima aduenerit, laniant uniuersæ. Aues istas ferunt linguas non habere, uerùm sonum quo crepitant, oris potius quàm uocis esse. Eximia illis [t] inest pietas: etenim quantũ temporis impenderint

tumulum Achillis, conditum à Mitylenæis & mox Athenienſibus, ubi claſsis eius ſtetterat. De ſepulchro Achillis & Aiacis in his locis, meminit etiam Diodorus Siculus in Alexandro, hoc eſt, 17. hiſtoriarum libro.

p ¶ *Memnonis ſtat ſepulchrum.*) *Memnon Titani & Auroræ filius, Priamo cum uiginti peditum millibus, ducentis curribus auxilium ferens, ab Achille peremptus eſt. Huius exuſti corporis fauillæ, Auroræ matris precibus in uolucres uerſæ ſunt, & ob id Memnonides nuncupatæ. Hæ Memnonis memores, annis ſingulis ſepulchrum eius adeuntes, manibus ipſius frequenter parentant. Fabulam refert Ouidius 13. Metamorphoſeos.* *q* ¶ *Chamæleon.*) *Græci* χαμαὶ *humile & paruum dicũt, inde chamæleon, quaſi paruus leo: de quo Plin. ſcribit capite 33. octaui: Figura & magnitudo erat lacerti, niſi crura eſſent recta & excelſiora. Latera uentri iunguntur, ut piſcibus, & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum, ut in paruo ſit haud abſimile ſuillo. Cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe uiperinis orbibus: ungues aduncimotus tardior ut teſtudini: corpus aſperũ ut Crocodilo: oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine, prægrandes & corpori cõcolores: nunquam eos aperit, nec pupillæ motu, ſed totius oculi uerſatione circunſpicit. Ipſe celſus hianti ſemper ore. Solus animalium nec cibo nec potu ſemper alitur, nec alio quàm aeris alimento. Circa caprificos ferus, innoxius alioquin. Et coloris natura mirabilior: mutat nanq; cum ſubinde, & oculis & cauda & toto corpore, redditq; ſemper quencunque proximè attingit, præter rubrum candidũq;. Defuncto pallor eſt: caro in capite & maxillis & ad cõmiſſurã caudæ admodum exigua, nec alibi toto corpore. Sanguis in corde & circa oculos tantùm: uiſcera ſine ſplene. Hybernis menſibus latet ut lacerta. Ab hoc animãti natum adagiũ apud Græcos,* χαμαιλέοντος συμπαθέστερος, *id eſt, Chamæleonte mutabilior, de homine omnino inconſtanti & uario.* *r* ¶ *Corax.*) *Græci* κόρακα *coruum dicunt. Plinius cap. 27. octaui inquit: Coruus occiſo chamæleonte, qui etiam uictori nocet, lauro interfectum uirus extinguit.* *s* ¶ *Pythonis Come eſt.*) *Plinius cap. 23. decimi: Pythonis comen uocant in Aſia patentibus campis, ubi ciconiæ congregatæ inter ſe cõmurmurant: eam deniq; quæ nouiſsimè aduenit, lacerant, atq; ita abeunt. Honos his ſerpentiũ exitio tantus, ut in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe ciconiam.* *t* ¶ *Ineſt pietas.*) *Ciconias genitorũ ſenectutẽ inuicem educare inuul-*

Contrà teſtatur Joh. Jacobus Bruningius Itinerario Transnavigationis marinæ ſecundæ cap. 17.

gatum est. Sed sunt qui Meropes idem facere confirment, uicemq; reddi, ut parentes non modò senescentes, uerumetiam statim, cum iam datur facultas, alantur opera liberorum: nec patrem aut matrẽ exire, sed in cubili manentes, pasci labore eorum quos ipsi genuere, enutrierũt, educarũt. Hinc in parentũ pietatem sumptũ adagium, ἀντιπελαργᾶν, id est, mutuã beneficiorũ uicem rependere, subaudi, conuenit. u ¶Galatiam.) Plin. cap. 32. quinti sic scribit: Dicendum simul uidetur & de Galatia, quæ superposita agros maiori ex parte Phrygiæ tenet, caputq; quondam eius Gordiũ. Qui

penderint fœtibus educandis, tantum & ipsæ à pullis suis inuicem aluntur. Ita enim impense nidos fouent, ut incubitus assiduitate plumas exuant. Noceri eis, omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia uel maximè, ubi serpentum immanis copia est, quos dum escandi gratia insectantur, regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt. u Galatiam primis seculis priscæ Gallorum gentes occupauerunt, Tolistobogi, & Voturi, & Ambiani, quæ uocabula adhuc permanent: quamuis Galatia unde dicta sit, ipso sonat nomine.

partem eam insidere Gallorum, Tolistobogi & Voturi & Ambiani uocantur. Hæc Galatia, uel, ut alij uocant, Gallogræcia, olim fuit occupata à Gallis duce Brennone, habetq; montem magnum Olympum. Alius est in Mysia minoris Asiæ, & tertius altissimus in Græcia, inter Thessaliam & Macedoniam, qui nubes transcendit, unde & pro cœlo aliquando capitur.

SCHOLIA CAP. LIIII.

Bithynia olim Bebrycia dicta fuit, sed cum incolæ eius tempore belli ex ea fugerent & consedissent iuxta flumen Bithym, cogente fame reuersi sunt in Bebrycià, uocatiq; Bithyni. Alij uerò Bithym Iouis & Thracis filium, eorũ regem primũ extitisse affirmant, à quo regio ipsa Bithyniæ nomen sortita putatur. Sũt alij qui scribũt ex Europa transisse Mysas, Phrygos & Thynos, à quibus appellantur Mysi, Phryges & Bithyni. a ¶Hylam puerum.) Hylas iste regis Dryopum filius, patre interfecto secutus est Herculem, studio uirtutis eius ardens. Quumq; Hercules ex comitatu Argonautarum in Mysia receßisset ad materiam quærendam remi, quem fractum uolebat reficere, & Hylas ad hauriendam aquam Ascanij fluminis urnam extulisset, dum accedit ad ripã, adamatus est à Nymphis: cumq; eum in fonte periisse cognitum esset, sacra sunt ei instituta, quibus mos fuerat ut eius nomen clamaretur in fontibus. Strabo lib. 12. ait eum apud Arganthonium montem raptum fuisse: quo loco adhuc, inquit, festa quædam apud Prusienses celebrantur, in quibus per montes uagi ac saltantes, Hylam uocant, quasi in syluas ad illum inquirendum egrediantur. b ¶ Nymphis rapinam.) Quidam scribunt Hylam ab omnibus Nymphis eius loci raptum, alij ab una tantum Nympha, quidam eum in mare lapsum mersumq; perisse. c ¶Hylam uoce clamant.) Quia isto clamore nihil efficitur, hinc natũ est prouerbiũ, ὕλαν πρωγάσαι, id est, Hylan inclamare: diciturq; in eos qui clamore suo nihil proficiunt. d ¶ Libyssa.) Est Libyssa nomen gentile à Libya deductum: unde locus in quo Hannibal Libyssius fuit sepultus, dictus est Libyssa. Profugit autem in Asiam re male gesta apud Carthaginenses, metuens ne petenti Scipioni dederetur.

De Bithynia, & Hylæ raptu, deq; Annibalis exitu ac sepulchro. Cap. LIIII.

Bithynia in Ponti exordio ad partem solis orientis, aduersa Thraciæ, opulenta, ac diues urbiũ, à fontibus Sangarij fluminis primos fines habet, ante Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, mox à Bithyno rege Bithynia. In ea Prusiadem urbem prætermeat Hylas flumẽ, & alluit Hylas lacus, in quo resedisse credunt delitias Herculis [a] Hylam puerum [b] Nymphis rapinam, in cuius memoriam usq; adhuc solenni cursitatione lacum populus circuit, & [c] Hylam uoce clamant. In Bithynio quoq; agro [d] Libyssa locus Nicomediæ proximus, sepulchro Annibalis famæ datus, qui post Carthaginense iudiciũ transfuga ad regem Antiochum, deinde post Antiochi apud Thermopylas pugnam tam malam, fractumq; regem fortunæ uicibus, in hospitium [e] Prusię deuolutus, ne traderetur Tito Quintio ob hanc causam in Bithyniã missо, captiuusq; Romã ueniret, uenení mali poculo animã expulit, & à Romanis se uinculis morte defendit.

c ¶ Prusiæ.) Post uictum apud Thermopylas Antiochum, Hannibal ad Prusiam Bithyniæ regem confugit: cumq; Prusiæ leuitatem expertus esset, & Romanorũ inexplicabile odium in se cerneret, curauit ut iter aliquod præparatum fugæ haberet, & ob id septem exitus è domo fecit, quosdam etiam occultos, ne custodia sentiretur. Sed imperio regis effectum est, ut tota domus custodijs uallaretur, ne quisquam inde elabi posset. Hannibal

nibal postquam est ei denunciatum, milites regis etiam deuios & occultos obseruare exitus, ut effugere non posset, uenenum, quod multò antè præparatum ad tales habebat casus, popposcit: Liberemus, inquit, diuturna cura populum Romanum, quandò mortem senis expectare longum censent: nec magnam nec memorabilem ex inermi, proditor Flaminius (qui scilicet regem Prusiam corruperat) uictoriam feret. Mores quidem populus Rom. quantum mutauerit, uel hic dies argumento erit. Patres eorum Pyrrho regi hosti armato exercitum in Italia habenti, ut à ueneno caueret, prædixerunt: hi legatum consularem Flaminium miserunt, qui Prusiam induceret ad scelus occidendi hospitis. Execratus deinde in caput regnumq; Prusiæ & hospitales, deos uiolatæ ab eo fidei testes inuocans, poculum exhausit. Vide Liuium lib. 39. ab urbe condita.

De ora Pontica. Cap. LV.

IN ora Pontica post Bosphori fauces & Rhesum amnem, portumq; Calpas, Sangaris fluuius ortus in Phrygia, dictusq; à plerisq; † Coralius, exordium facit Mariandini sinus, in quo oppidum Heraclea, oppositum [a] Lyco flumini: & [b] Acone portus, qui prouectu malorum gramini num usq; eò celebris est, ut noxias herbas aconita illinc nominemus. Proximus inde [c] Acherusius specus, quem foraminis cæci profundo aduscq; inferna aiunt patêre.

† al's, Sangarius

SCHOLIA CAP. LV.

Sunt qui Pontum dicunt esse id mare, quod inter Mæotidem paludem & Tenedon insulam interiacet, dictum Pontus à ποντίζω, mergo, quòd in eo plurima mergi soleant. Iuxta fauces Bosphori est amnis Rheba quem alij Rhesum dixerunt, deinde Psillis & Calpe. Est & Sangarius inclytus fluuius, originem habens in Phrygia, accipiēs uastos amnes, inter quos Tembrogius numeratur & Gallus. Sunt qui Sangarium uocant Coralium, à quo incipiunt Mariandini sinus. Solinus eum fluuium uocat Sangarium, nisi mendum sit in codice eius. a ¶ *Lyco flumini.*) *Quædam exemplaria habent hic, oppidumq; Heraclea Celeceno appositum, sicut & Hermolaus cap. 1. sexti castigationū Plinianarū cōtendit, nō Lyco flumini legi oportere, qui per Heracleensem agrum meat, sed fluuius ille sit Celex. Apud Ptolemæū nec Celex nec Lycus in Bithynia inuenitur.*

b ¶ *Acone.*) *Ab hoc loco denominata est herba illa noxia aconitū, etiamsi Græci ἀκόνιτον cotem dicant, quòd in dura caute aconitū crescat. Poëtæ scribunt aconitum prius fuisse innoxium, sed contactum spuma Cerberi, uim contraxisse ueneni. Accipitur etiam nonnunquam aconitum pro quocunq; præsentissimo ueneno. De aconito plura Plinius cap. 2. & 3. lib. 27.* a ¶ *Acherusius specus.*) *Nomen sumptum ab α sine, & χαρὰ lætitia, quòd locus is careat omni lætitia. Scribit Pomp. Mela lib. 1. Iuxta specus, inquit, est Acherusia, ad manes, ut aiūt, peruius, atq; inde extractum Cerberum existimant. Est & in Italia palus Acherusia prope Puteolos & Cumas, ex quo loco mortui transmittuntur, persoluto prius Charonti numo pro Stygiæ paludis transnatatione.*

De Paphlagonia, & Venetorum origine. Cap. LVI.

PAphlagoniam limes à tergo Galaticus amplectit. Ea Paphlagonia Carambi promontorio spectat Tauricam, consurgit Cytoro monte, porrecto in spacium trium & sexaginta millium, insignis [a] loco Heneto: à quo (ut Cornelius Nepos perhibet) Paphlagones in Italiam transuecti, mox Veneti sunt nominati. Plurimas in ea regione urbes Milesij condiderunt. [b] Eupatoriam Mithridates, quę subacta à Pompeio Pōpeiopolis est dicta.

SCHOLIA CAP. LVI.

Ptolemæus includit Paphlagoniam regioni Galatiæ, ut scilicet oram maris Pontici occupet: at Cytori montis non meminit, sed oppidi haud procul ab Amastri arce, quam & Ptolemæus ponit, distātis. Scribit Plinius cap. 17. lib. 16. Cytorum montem plurimam habere buxum. a ¶ *Loco Heneto.*) *Ab Henetis Paphlagoniæ populis, quidam putant emersisse Venetos Italiæ populos. Sunt autem qui oppidum Henetorum in Paphlagonia haud multum distare aiunt ab Amastri. Alij aiunt Henetiam nationem quondam fuisse Cappadocibus finitimā, quæ militauerit cum Cimmerijs, & postea Adriam peruenerit. Id semel constat apud omnes scriptores, Henetos olim clarissimam fuisse nationē Paphlagonum, ex qua Pylemon fuit, cum quo plurimi ex illis militarunt. Amisso autem duce, post captam Troiam in Thraciam traiecerunt, errantesq; in eam regionem deuenere quæ nunc Henetia seu Venetia appellatur.* b ¶ *Eupatoriam.*) *De hac Plinius sic scribit cap. 2. lib. 6. Amysso iunctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum: uicto autem eo, Pompeiopolis utrunque appellatum est.*

SCHOLIA CAP. LVII.

Cappadociam Plinius putat cap. 3. lib. sexti, à Cappadoce amne dictam, cum antè Leucosyria diceretur. Sunt qui eam sic dictam uelint à Cappadoce Nini filio. Regio ipsa est aspera, ut incolæ uesci cogantur cibis non quibus uolunt, sed quos habent. Potu nõ uini utuntur, sed aquæ. Non ficus ad comedendum, nec aliud quicquam boni habent. Fuisse Cappadoces malis moribus affectos, illud iactatum uulgò indicio est, τρία κάππα κάκιστα, id est, tria cappa pessima. Id Suidas de Cretensibus, Cilicibus & Cappadocibus dictum refert. a ¶*Halys.*) *Herodotus scribit hunc fluuiũ interfluere Syros, Cappadoces, Paphlagonesq; : Ptolemæus uerò originem & exitum eius describit in Paphlagonia. Et quando Solinus dicit Neocæsaream sitam iuxta fluuium Lycum, à Ptolemæo is fluuius nominatur Iris.*

b ¶*Mazacham.*) *Semper, inquit Sex. Rufus, in auxilio Romanorũ fuerũt Cappadoces, & ita maiestatem coluere Romanã, ut in honorem Augusti Cæsaris Mazacha ciuitas Cappadociæ maxima, Cæsarea nuncuparetur. Sita autẽ est sub Argæo monte omnium altissimo, qui semper in summo niues habet.* c ¶*Bucephalus.*) *Dictio composita ἀπὸ τῦ βοὸς καὶ κεφαλῆς, quòd equus ille haberet caput bubulo capiti persimile. Vnde Plinius: Eidem Alexãdro & equi magna raritas contigit, Bucephalon eum uocarunt, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo impressi. Sedecim talentis ferunt ex Philonici Pharsali grege emptum, etiam tum puero capto eius decore. Neminem hic alium quàm Alexandrum regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reiciens. Ex multis periculis in prælio regem eripuit, multaq; alia egregia fecit hic equus, propter quæ rex defuncto ei duxit exequias, urbem tumulo circundedit nomine eius. Finiuit autem uitam trigesimum iam nactus annum, non ullo uulnere, sed ætate simul & labore æger factus in castris. Strabo libro 15. scribit, à latitudine frontis hunc equum dictum Bucephalum, cecidisseq; eum in prælio, quo ab Alexandro Porus uictus fuerat: quo loco Bucephalam & Niceam urbes condidit, primã ab equo, alteram à uictoria appellauit.*

d ¶*Equus C. Cæsaris.*) *Suetonius libro primo: Vtebatur autẽ, inquit, equo insigni, pedibus propè humanis, & in modum digitorum unguibus scissis, quem natum apud se*

De Cappadocia, & in ea equorum natura. Cap. LVII.

CAppadocia gentiũ uniuersarũ quæ Pontũ accolunt, præcipuè introrsus recedit. Latere læuo utraq; Armenias, & Comagenẽ simul transit, dextro plurimis Asiæ populis circunfusa: attollit ad Tauri iuga, & solis ortũ. Præterit Lycaoniã, Pisidiam, Ciliciam. Vadit super tractũ Syriæ Antiochię, parte regionis alterius in Scythiam pertendens, ab Armenia maiore diuisa Euphrate amne: quæ Armenia, unde Pariedri montes sunt, auspicat. Multæ in Cappadocia urbes inclytæ. Verũ ut ab alijs referamus pedem, coloniam Archelaidem, quam deduxit Claud. Cæsar, [a]Halys pręterfluit. Neocæsareã fluuius Lycus alluit. Melitam Semiramis cõdidit. [b]Mazacham sub Argæo sitam, Cappadoces matrẽ urbium numerãt: qui Argæus niualibus iugis arduus, ne æstiuo quidem torrente pruinis caret, quemq; indigenę populi habitari deo credunt. Terra illa ante alias altrix equorũ, & prouentui equino accõmodatissima est, quorũ hoc in loco ingeniũ reor prosequendũ. Nam equis inesse iudiciũ, documentis plurimis patefactũ est, cum iam aliquot inuenti sint, qui non nisi primos dominos agnoscerent, obliti mansuetudinis, si quãdo mutassent cõsueta seruitia. Inimicos partis suæ norunt, adeò ut inter prælia hostes morsu petant. Sed illud maius est, quòd rectoribus perditis quos diligebant, accersunt fame mortẽ. Verùm hi mores in genere equorũ præstantissimo reperiunt. Nam qui infra nobilitatẽ sunt sati, nulla documẽta sui præbuerũt. Sed ne quid uideamur dicendi licentia cõtra fidem arrogasse, exemplũ frequens dabimus. Alexãdri Magni equus [c]Bucephalus dictus, siue de aspectus toruitate, seu ab insigni, quod tauri num caput armo inustũ gerebat, uel quod de fronte eius quædam extantiũ corniculorũ mina protuberabãt, cum ab equario suo aliàs etiã molliter sederet, accepto regio stratu neminem unquam alium præter dominũ uehere dignatus est. Documẽta eius in prælijs plurima sunt, quibus Alexandrũ è durissimis certaminib. sospitem opera sua extulit: quo merito effectum, ut defuncto in India, exequias rex duceret, & supremis sepulchrũ daret: urbem etiam conderet, quam in nominis memoriam Bucephalam nominauit. [d]Equus C. Cæsaris nullum præter Cæsarem

Cæsarem dorso recepit: cuius primores pedes facie uestigij humani tradunt fuisse, sicut antè Veneris genitricis simulacrum eadem hac effigie locatus est. [e] Regem Scytharum cum singulari certamine interemptũ, aduersarius uictor spoliare uellet, ab equo eius calcibus morsuq; laniatus est. [f] Agrigentina etiã regio frequens est equorum sepulchris, quod supremorũ munus meritis datum creditur. Voluptatem his ineſſe, [g] Circi spectacula prodiderũt. Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum uarietate, nõnulli etiam accensis facibus ad cursus prouocantur. Affectum equinũ lachrymæ probant. Denicq; interfecto Nicomede rege, equus eius inedia uitam expulit. [h] Quum prælio Antiochus Galatas subegisset, Centaretrij nomine ducis, qui in acie ceciderat, equum ouaturus insiluit, isq; adeò spreuit lupatos, ut de industria †curuatus, ruina & se & equitem pariter affligeret. Ingenia equorum & Claudij Cæsaris [i] Circenses probarunt, cum effuso rectore quadrigæ, cursus æmulos non minus astu quàm uelocitate præuerterent, & post decursa legitima spacia, ad locum palmæ sponte consisterent, uelut uictoriæ præmium postularent. Excusso quoq; auriga, quem Ratumenã nominabant, relicto certamine ad Capitolium quadriga prosiluit, nec antè subtitit, quamlibet obuijs occursibus impedita, q; Tarpeium Iouem trina dextratione lustrasset. In huiusce animalis genere [k] ætas longior maribus. Legimus sanè equum aduscq; annos septuaginta uixisse. Iam illud non uenit in ambiguum, quòd in annum tertium & tricesimum generant, utpote qui etiam post uicesimum mittantur ad sobolem reficiendam. Notatum etiam aduertimus, [l] Opuntem nomine equum ad gregariam uenerem durasse in annos quadraginta. Equarum libido extinguitur iubis tonsis: in quarum partu amoris nascitur ueneficium, quod in frontibus pręferũt recens editi,

† cernuatus

quum aruspices imperiũ orbis terræ significare domino pronũciassent, magna cura aluit. Nec patientem sessoris alterius primus ascendit, cuius etiã instar pro æde Veneris genitricis postea dedicauit. e ¶ *Regem Scytharũ.*) *Ex Plin. hæc sunt transsumpta, qui sic habet: Scythæ quidem equitatus & equorũ gloria strepunt. Occiso denique ipsorũ regulo ex prouocatione dimicante, hostem cum ad spoliandũ uictor uenisset, ab equo eius ictibus morsuq; confectum.*

f ¶ *Agrigentina regio.*) *Est Agrigentum urbs in Sicilia: an uerò Solinus eam hic uelit significare regionem, nõ constat. Scribit Plinius cap. 42. octaui sic: Agrigenti complurium equorũ tumuli pyramides habent.*

g ¶ *Circi spectacula.*) *In circo, ait Plinius, ad currus iuncti equi, non dubiè intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Item docilitas tanta est, ut uniuersus Sybaritani exercitus equitatus ad symphoniæ cantum saltatione quadam moueri solitus inueniatur. Idem præsagiunt pugnam, & amissos lugent dominos, lachrymasq; interdum desiderio fundunt. Interfecto Nicomede rege, equus eius inedia uitam finuit.*

h ¶ *Cum prælio Antiochus.*) *Plinius habet hoc loco sententiam aliam à Solino: nam Solinus dicit Antiochum à Centaretrij occisi equo peremptum, Plinius autem è contrario Antiochi occisi Centaretrium conscendisse equum, sicq; Centaretrium exanimatum unà: nam spreuit equus ille lupatos & tyrannicos sessores, cernuatusq; ruina, seu in præcipitiũ se dans, se & insessorem peremit.* i ¶ *Circenses.*) *Describit quoque Plinius hunc ludum cap. 42. libri octaui.*

k ¶ *Aetas longior.*) *Refert Plinius ex Aristotele talia de ætatibus equorum: Viuunt quidem annis quinquagenis, fœminæ minore spacio. Eædem quinquennio finem crescendi capiunt, mares anno addito. Generat mas ad annos trigintatres, adiutus modò in attollenda priore parte corporis. Sed ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de causa per interualla admissuræ dantur, nec tamen quindecim initus eiusdem anni ualet tolerare. Gignunt annis omnibus ad quadragesimum. Aristot. cap. 22. sexti naturæ animalium sic habet: Vita equorũ plurimis ad decimum octauũ & etiam uicesimum annum, sed nonnulli etiam 25. & 30. egerunt, & si cura diligenter adhibeatur, uel ad quinquaginta protrahitur ætas. Longissima tamen uita in pluribus ad tricesimum annũ, quod magna ex parte fieri nouimus. Fœmina magna quidem parte 25. annos uiuere potest, sed iam nonnullæ etiam quadraginta uixere. Minus temporis mares uiuunt quàm fœminæ, propter coitum, & qui domi aluntur, minus quàm gregarij.* l ¶ *Opuntem nomine.*) *Est Opus oppidum Euboææ, à quo Opuntius sinus dictus est. Habet ista Solinus ex 22. cap. sexti nat. animal. ubi Aristoteles sic ait: Equum apud Opuntem gregarium fuisse accepimus, qui annos 40. natus posset coire, sed adiumentum quoad sui pedes priores attollerentur desiderabat. Vnde uidetur sic legendum in*

Solino: Notatum etiam apud Opuntem nomine, equum ad gregariam uenerem &c.

m ¶ ἱππομανὲς.) Dictio cõpositа: est enim ἵππος equus, & μανία furia, quasi equina furia. unde Aristot. cap. 22. sexti nat. anim. Cum equa, inquit, peperit, statim secundas deuorat, atq; etiã quod pulli nascenti fronti adhæret, hippomanes dictum, magnitudine minus carica parua, specie latiusculum, orbiculatum nigrum. Hoc si quis prærepto odorem moueat, equa excitatur, furitq; agnito eo odore. Quapropter id à ueneficis petitur & præripitur mulierculis. Et cap. 24. idem dicit: Quod hippomanes uocant, hæret quidem fronti nascentis pulli, ut narratur, sed equæ perlambentes abstergentesq; id abrodunt. n ¶ Quo quis acrior.) Cum natus est equinus pullus, confestim licet indolem existimare. Si hilaris, si intrepidus, si neque conspectu nouæq; rei auditu terretur, si ante gregem procurrit, si lasciuia & alacritate, interdum & cursu certaminis æqualis exuperat, si fossam sine cunctatione transilit, pontem flumenq; transcendit, hæc erunt honesti animi documenta. o ¶ Edunt equæ.) Suprà cap. 36. eadem narrantur.

editi, fuluo colore, caricis simile, [m] ἱππομανὲς nominatum: quod si præreptum statim fuerit, nequaquam mater pullo ubera præbet uellicãda. [n] Quo quis acrior fuerit, speiq; maioris, eo profundius nares mersitat in bibendo. Mas ad bella nunquã producitur apud Scythas, eò quòd fœminæ leuare uesicas etiam in fuga possint. [o] Edunt equæ ex uentis conceptos, sed hi nunquam ultra triennium ævum trahunt.

SCHOLIA CAP. LVIII.

Assyria unde habeat nomen illud, ostendit Moses in Genesi cap. 10. ubi scribitur, quòd de terra illa, nempe Sinehar, prodierit Assur, ædificaueritq; Nineuen &c. Non igitur rectè dicunt qui Assyriam dictam putant à Syria, addita à fronte una syllaba, cũ primũ regnum in orbe terrarum post diluuium apud Assyrios sub Nino surrexerit: cuius relicta uxor Semiramis, regni tenens gubernacula, extruxit Babyloniæ urbem ad Euphraten, amplitudine 300. stadiorũ, eri gens in ea 300. turres, atq; pontẽ supra Euphraten faciens quinque stadiorum nobili materia, sed arte nobiliore. Ptolemæus tradit lib. 6. Assyriam terminari à septentrione Armeniæ parte iuxta Niphatem montem, ab occasu Mesopotamia, à meridie Susiana, ab oriente parte Mediæ. A Mesopotamia initium Assyriæ est Adiabene, in qua regione est urbs Arbella, quæ celebris facta est ob pugnam illam in qua Alexander Darium secundò uicit, iuxta uicum Gausamelam, atque iuxta flumen Bumelum. Huius Assyriæ ultimus rex fuit Sardanapalus, homo mollissimus & effœminatus, qui quum à Medis anno ante Christum natum 818. obsideretur, ne uiuus in hostium potestatem ueniret, pyram in regia ingentem struxit, in Nino scilicet metropoli, & auro huc argentoq; & omni ueste preciosa congestis, uxoribus ad hæc & eunuchis omnibusq; charissimis adductis, subacta face incendit. a ¶ Romana luxuria.) Scribit Florus cap. 12. tertij, quod Syria prima uicta, Romanos corruperit mores, id quod longè post deuictum Darium contigit. Darius enim primus inuexit luxuriam illam: nam quum expugnata essent castra eius, in reliquo eius apparatu Alexander cepit scrinium unguentorum, postea uoluptas eius, dicit Plinius, à nostris quoque inter laudatissima atque etiam honestissima uitæ bona admissa est. b ¶ In censuram.) Plinius capite 3. lib. 13. scribit: Quando id primùm ad Romanos penetrauerit, non facile dixerim. Certum est Antiocho rege Asiaq; deuictis, urbis anno 565. P. Liciniũ Crassum, L. Iulium Cæsarem censores edixisse, ne quis uenderet unguenta exotica: & cum L. Plotij bis consulis censorisq; frater id nõ obseruasset, proscriptus est à triumuiris in Salernitana latebra.

De Assyria, deq; unguentorum origine. Cap. LVIII.

ASsyriorum initium Adiabene facit: in cuius parte Arbelitis regio est, quem locũ uictoria Alexandri Magni non sinit præteriri. Nam ibi copias Darij fudit, ipsumque subegit, expugnatisq; eius castris, in reliquo apparatu regis scrinium unguentis refertum reperit, unde primũ [a] Romana luxuria fecit ingressum ad odores peregrinos. Aliquantisper tamen uirtute ueterum ab hac uitiorum illecebra defensi sumus, atqueadeo in [b] censuram Publij Crassi, & Iulij Cæsaris, qui edixerũt anno urbis conditę quingentesimo sexagesimoquinto, ne quis unguenta inueheret peregrina. Postmodum uicerunt nostra uitia, & senatui adeò placuit odorũ delitia, ut ea etiam in penetralibus teneb̃ris uteretur: sicut L. Plotium fratrem L. Plotij bis consulis proscriptum à triumuiris, in Salernitana latebra unguenti odor prodidit.

De Medica arbore. Cap. LIX.

IN Medos terrarum ductus excipit Media, cuius arbor inclaruit etiã carminibus Mantuanis. Ingens ipsa, & cui tale fermè quale Vnedonibus folium est: tantum eo differt, quòd aculeatũ spinosis fastigijs hispidatur. Gestat mâlũ inimicũ uenenis, sapore aspero, & amaritudinis miræ: odoris autem fragrantia plusquam iucundũ, longeq; sensibile. Verũ pomorũ illi tanta ubertas inest, ut onere prouẽtus semper grauetur. Nam protinus atq; poma eius ceciderint maturitate, alia protuberant, eaq; tantum est opimitati mora, ut fœtus decidant antè nati. Vsurpare sibi nemora ista optauerũt & aliæ nationes, per industriam translati germinis & inserti, sed beneficium soli Mediæ datum, natura resistente terra alia non potuit mutuari.

SCHOLIA CAP. LIX.

Arbor Medica, cuius hic meminit Solinus, quam & Maro Mantuanus celebrauit secundo Georgicorum libro, à Plinio uocatur mâlus Assyria, & multi Latinorum putant esse Citreum, medeturq; uenenis. Folium eius est Vnedonis, intercurrẽtibus spinis. Pomum ipsum aliàs non manditur. Odore præcellit foliorum quoque, qui transit in uestes unà conditus, arcetq; animalium noxia. Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, alijs cadentibus, alijs matureſcentibus, alijs uerò subnascentibus. Naturam, formam, effectusq; huius arboris multis uerbis describit Theophrastus cap. 4. quarti libri de historia plantarum, additq; etiam Persicam uocari. Scribit Dioscorides cap. 167. lib. 1. pomum huius arboris esse oblongum, caperatumq; rugis, colore in aurũ inclinato, suaui odore, alioquin graui: semen habet pyro simile. Contra uenenum in uino bibuntur, aluum laxant, oris halitum & suauitatem cõmendant. Scribit Plinius cap. 3. lib. 12. in hæc uerba: Tentauere gentes transferre ad se propter remedij præstantiam fictilibus in uasis, dato per cauernas radicibus spiramento, sed nisi apud Medos & in Perside nasci noluit. Hæc est cuius grana Parthorum proceres incoquunt esculentis cõmendandi halitus gratia: nec alia arbor laudatur in Medis.

De Caspijs portis. Cap. LX.

CAspiæ portæ panduntur itinere manu facto, longo octo millibus passuum: nam latitudo uix est plaustro permeabilis. In his angustijs etiam illud inter alia difficile, quòd præcisorũ laterũ saxa liquẽtibus inter se salis uenis, exudant humorem affluentissimũ, qui mox ui caloris constrictus, uelut in glaciem coit. Ita labes inuia accessum negat. Præterea octo & uiginti millium passuum tractus omnis quoquò inde pergitur, nullis puteis uel fontibus, humo arida, sine præsidio sitit. Tum serpentes undique gentium conuenæ, à uerno statim die illuc confluunt. Ita periculi ac difficultatis cõcordia, ad Caspios, nisi hyeme, accessus negatur.

SCHOLIA CAP. LX.

De Caspijs portis autores passim multa scribunt, sed quæ sibi non ubiq; consonare uidentur. Nam quum hæ portæ in Caucaso monte apud Iberos inueniantur, quædam transmittunt ad campos equis pascendis aptos, & aquis multis absq; arte refertos, ubi Vnnorum gentes ferè omnes habitant usq; ad paludem Mæotidem pertingentes. Hæc Procopius lib. 1. belli Persici. Alij dicunt per eas portas aperiri ianuam ad Hyrcanos & Persas, itemq; fores eas esse Asiæ. Alij uerò sic scribunt: Ascendenti Iberorum montes, semita quædam in angustia multa stadijs supra quinquaginta producitur: ea siquidem uia in abrupto quodam ac penitus inuio desinit loco. Exitus autẽ nunquam apparet, præterquã porta quædam à natura inuenta, quæ Caspia antiquitus dicebatur. De his portis Plinius cap. decimoquarto, lib. 6. sic scribit: Causa portarum nominis eadem quæ suprà, interruptis angusto transitu iugis, ita ut uix singula meent plaustra. Longitudine octo M. passuum, toto opere manu facto. Dextra læuaq; ambustis similes impendent scopuli, sitiente tractu per 38 M. passus. Angustias impedit corriuatus salis è cautibus liquor, atq; eadem emissus. Præterea serpentiũ multitudo, nisi hyeme, transitum non sinit. Martianus cap. 37. libri sexti sic scribit: Caucasus portas habet quas Caspias dicunt, cautium præcisiones etiam ferreis trabibus obseratas, ad externorum transitum cohibendum. Quamuis uerno etiam serpentibus occludantur, à quibus ad Pontum ducenta millia passuum esse non dubium est. De Caspiorũ moribus Strabo 11. lib. Geographiæ sic scribit: Caspij parentes inclusos fame necant cum iam septuagesimũ annum excesserint: quibus in solitudine expositis, euentum eminus speculantur. Nam quos ab auibus è lectulis distrahi uiderint, felices putant: si à feris uel canibus, nequaquam: si à nullo, ducunt infelices. Sed & Hyrcani, qui, ut quibusdam placet, non alij à Caspijs sunt, suorum regum defunctorum corpora canibus obijciunt.

SCHOLIA CAP. LXI.

Plin. cap. 16. lib. 6. de hoc loco ita disserit: A Caspijs ad orientem uersus regio est Zapauortene, uel, ut alij habent, Zapaorte dicta, & in ea fertilitatis inclytæ locus Darieum mons, gentes Tapyri, Anariaci &c.

a ¶Direum.) In quibusdam exemplaribus scribitur Clarcium, alij habent Dareiũ. Ptolemæus cap. 2. sexti sic ait: Daritis in his locis regio nominatur. Idem Tapyros uocat Tapuros. b ¶Margiana regio.) De hac Plinius sic scribit cap. 16. lib. 6. Sequitur regio Margiana apricitatis inclytæ, sola in eo tractu uitifera, hinc inde inclusa montibus amœnis, ambitu stadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenosas solitudines per centum uiginti millia passuum: & ipsa contra Parthium tractum sita, in qua Alexander Alexandriam condiderat, qua diruta à barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit Seleuciam, quam alij Antiochiam uocãt. Strabo in secundo Geographiæ sic scribit de Margiana: In Margiana uitem sæpius inueniri asserunt, cuius stipitem duorum uix hominum ulnæ complectantur, racemũ duorum cubitorũ longitudinem implere &c. Huius regionis uinum quidam asserunt in uasis nõ picatis ad generationes tres, id est, ad annos nonaginta perdurare.

SCHOLIA CAP. LXII.

Transit in hoc capite Solinus de Margiana in Bactrianam, & primùm mentionem facit de Oxo fluuio, & lacu unde is fluuius deriuatur, qui ab alijs Oaxis, à quibusdã Oaxus, à Ptolemæo uerò Oxia nuncupatur. Verba Plinij, quæ Solinus hoc loco in suum transtulit librũ, ex cap. 16. libri sexti hæc sunt: Derbices, quorum medios fines secat Oxus amnis, ortus in lacu Oxo: Syrmatæ, Oxij, Tagæ, Heniochi, Bateni, Saraparæ, Bactri, quorũ oppidum Zariaspe, quod postea Bactrum à flumine appellatum est. Gens hæc obtinet aduersa montis Paropamisi &c. Vltra Sogdiani sunt, oppidum Panda, & in ultimis eorum finibus Alexandria ab Alexandro Magno conditum oppidum. Aræ ibi sunt ab Hercule & Libero patre constitutæ, item Cyro & Semiramide atq; Alexandro. Finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum includente flumine Iaxarte, quod Scythæ Silyn uocant. Alexander militesq; eius Tanain putauere esse. Transcendit eum amnẽ Dæmodamas Seleuci & Antiochi regum dux,

De Direo & Margiana regione. Cap. LXI.

A Caspijs ad orientem uersus locus est quod [a]Direum appellat, cuius ubertati non est quod uspiam comparari queat: quem locum circunsidunt Tapyri, Anariaci, & Hyrcani. Ei proximat [b]Margiana regio inclyta cœli ac soli cõmodis, adeò ut in toto illo latifundio uitibus sola gaudeat. Inest theatralem montibus claudit, ambitu stadiorũ mille quingentorũ, inaccessa penè ob incõmodum arenosæ solitudinis, quæ per centũ & uiginti millia passuũ undiqueuersum circũfusa est. Regionis huius amœnitatẽ Alexãder Magnus usqueadeo miratus est, ut ibi primũ Alexandriã conderet, quã mox à barbaris excisam, Antiochus Seleuci filius reformauit, & denuncupatione domus suæ dixit Seleuciam: cuius urbis circuitus diffunditur in stadia septuagintaquinq;. In hãc Orodes Romanos captos Crassiana clade deduxit. Et aliud in Caspijs Alexander oppidũ excitauit, idq; Heraclea dictũ dum manebat: sed hoc quoq; ab ijsdẽ euersum gentibus, deinde ab Antiocho restitutũ, ut ille maluit, Achais postmodum nominatum est.

De Oxo amne, & circa eum gentibus: de itinere Liberi patris, Herculis, Semiramidis, & Syri regis termino, deq; Camelorum natura. Cap. LXII.

OXus amnis de lacu Oxo orit, cuius oras Heniochi, Bateni, Oxystagæ accolunt, sed præcipuã partẽ Bactri tenẽt. Bactris præterea est proprius amnis Bactros, unde & oppidũ quod incolũt, Bactrũ. Gentes huiusce quæ ponè sunt, Paropamisi iugis ambiunt, quę aduersa Indi fontib. terminant. Reliqua includit Oxus flumen. Vltra hos Panda oppidũ Sogdianorũ, in quorũ finibus Alexander Magnus tertiam Alexandriam condidit, ad contestandos itineris sui terminos. Hic enim locus est in quo primùm à Libero patre, pòst ab Hercule, deinde à Semiramide, postremò etiam à Cyro aræ sunt constitutæ, quod proximum glorię omnes duxerũt, illò usq; promouisse itineris sui metas. Vniuersi eius ductus duntaxat ab illa terrarum parte Iaxartes fluuius secat fines, quem tamen Iaxarten soli uocant Bactri: nam Scythæ Silyn nominant. Hunc eundem esse Tanain exercitus Alexan-

Alexandri Magni crediderunt. Verùm Dæmodamas dux Seleuci & Antiochi, satis idoneus uero autor, transuectus amnem istum, titulos omnium supergressus est, aliumq; esse eq; Tanain deprehendit: ob cuius gloriæ insigne, dedit nomini suo ut altaria ibi statueret Apollini Didymæo. [a] Hoc est colliminium, in quo limes Persicus Scythis iungitur, quos Scythas Persæ lingua sua Sacas dicunt, & inuicem Scythæ Persas Chorsaros nominant, montemq; Caucasum Graucasum, id est, niuib. candicantem. Densissima hic populorũ frequentia, cum Parthis legẽ placiti ab exordio moris incorrupta custodit disciplina. E quibus celeberrimi sunt Massagetæ, Essedones, Ariacæ, Sacæ, Dahæ, & Assæi. Post quos, immanissimis barbaris interiacentibus, de ritu aliarũ nationũ penè inconstanter definitum aduertimus. Bactri [b] Camelos fortissimos mittunt, licet & Arabia plurimos gignat. Verùm hoc differunt, quòd Arabici bina tubera in dorso habent, singula Bactriani. Hi nunquam pedes atterũt: sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis uestigia carnulenta: unde & contraria est labes ambulantibus, nullo fauente præsidio ad nisum in sistendi. Habentur in duplex ministeriũ. Sunt alij oneri ferendo accõmodati, alij leues ad pernicitatem: sed nec illi ultra iustum pondera recipiunt, nec isti amplius quàm solita spacia uolunt egredi. Genituræ cupidine efferanť adeò, ut sæuiant cum uenerem requirunt. [c] Oderunt equinum genus. Sitim etiam in quatriduũ tolerant.

quẽ maximè sequimur in his, arasq; Apollini Didymæo statuit. Hæc Plinius. Sunt qui aras Alexandri scribunt habuisse huiusmodi inscriptionẽ: Patri Ammoni, & Herculi fratri, & Mineruæ Palladiæ, & Ioui Olympo, & Samothracibus Cabyris, & Indico Soli, atq; Apollini Delphico. Aeneam quoq; columnam eodem loco erectam tradunt ijs uerbis: Alexander hic stetit.

a ¶Hoc est colliminium.) Plinius capite 17. libri sexti: Vltra sunt, inquit, Scytharũ populi. Persæ illos Sacas uniuersos appellauere à proxima gente, antiqui Aramæos. Scythæ ipsi Persas Chorsaros, & Caucasum montem Graucasum, hoc est, niue candidum. Multitudo populorum innumera, & quæ cum Parthis ex æquo degat. Celeberrimi eorum Sacæ, Massagetæ, Dahæ, Essedones, Ariacæ, Rhymnici, Assæi &c. Et subdit ibidem: Nec in alia parte maiorẽ autorum inconstantiam credo, propter innumeras uagasq; gentes. b ¶Camelos.) Vtuntur & Græci hac uoce κάμηλος, sed tam ipsi quàm Latini receperũt uocem ipsam ab hebraico gamal. Plinius cap. 18. octaui de camelis sic scribit: Camelos inter armenta pascit oriens, quorũ duo genera, Bactriæ & Arabiæ: differunt, quòd illi bina habent tubera in dorso, hi singula, & in pectore alterum cui incumbant. Dentium superiore ordine, ut boues, carent in utroq; genere. Omnes autem iumentorũ his terris dorso funguntur, atq; etiam equitatu in prælijs. Velocitas inter equos, sed sua cuiq; mensura, sicuti ures: nec ultra assuetũ procedit spacium, nec plus instituto onere reci

pit. Odium aduersus equos gerunt naturale. Sitim quatriduo tolerant. Implentur cum bibendi occasio est, & in præteritũ & in futurũ, obturbata cõculcatione prius aqua, aliter potu nõ gaudent. Viuũt quinquagenis annis, quidam & centenis. Vtcunq; rabiem & ipsi sentiunt. Castrandi genus etiam fœminas, quæ bello præparentur, inuentum est. Fortiores ita fiunt coitu negato. Aristoteles cap. 1. nat. animal. de camelis sic scribit: Camelus proprium inter cæteras quadrupedes habet in dorso, quod tuber appellant, sed ita ut Bactrianæ ab Arabijs differant: alteris enim bina, alteris singula tubera habentur. Sunt etiam omnibus singula parte ima quale in dorso tubera, quibus incumbat reliquum corpus & firmetur, quoties in genua inclinantur. Papillas quatuor modò uaccæ habet camelus, caudam asino similem, genitale retro. Genua singula in singulis cruribus sunt & flexus artuum, non ut quidam perhibent plures, sed propter alui interuallum plures esse uidentur. Habet etiam talum similem bubulo. Clunes proportione magnitudinis paruos. Bisulcum id animal est, nec utrinq; dentatum: sed bisulcum sic est, ut pes parte posteriore scissus paululum sit ad flexum digiti secũdum, parte autem priore summa quadripartito findatur discrimine paruo, quantum primotenus digiti inflexu, & quiddam inter fissuras, perinde ut in anserum pedibus, adiectum contexat. Pes uestigio est carnosus ut ursæ: qua de causa eas quæ per exercitum longiore itinere fatiscunt, calceant carbasinis. c ¶Oderunt equinum genus.) Id cum sciret Cyrus Persarum rex, camelos quos in usu belli plurimos habebat, contra Crœsi equitatũ immitti iussit: sicq; equitatũ Crœsi, quo ille se præualiturum sperabat, inutilem omnino reddidit. Nam simulatq; in pugnam itum est, equi olfactis protinus conspectisq; camelis, retro se auertũt, unde omnis Crœsi spes frustrata interijt. Diodorus Siculus in 3. ubi de Arabia scribit, meminit & camelorũ in hæc uerba: Sunt cameli ferendis oneribus aptissimi, qui supra decem frumẽti minas, homines uerò quinq; in lecto iacentes uehant. Et lib. 4. de his populis sic scribit: Hi camelos

ad omnẽ uitæ uſum paratos habent: nam in his bellantur, his uaria ferunt onera, horũ lac potant, his uitam ducũt, ſuper his diuerſa perambulant loca. Sunt etiã qui ſcribũt, camelos pro coitu nunq̃ matres ſuas appetere, etiã ſi quis cogat, id ipſos nõ pati. Iam enim cum aliquãdo admiſſarius nõ haberetur, curator pullum matri opertæ admiſit: qui dum coiret, delapſo operimento, agnouit matrem, & quãuis coitũ abſoluerit, memor tamen cõmiſſi ſceleris, paulò pòſt camelarium illum morſu defixo interemit.

SCHOLIA CAP. LXIII.

Hoc caput aliquanto dilucidius deſcribit Plinius cap. 17. lib. 6. per hæc uerba: A Caſpio mari Scythicoq; oceano in Eoum (id eſt, orientem, ab ἠὼς, quod eſt mane & aurora, & inde ἑωσφόρος lucifer) curſus inflectitur, ad orientem conuerſa littorum fronte. Inhabitabilis eius prima pars à Scythico promontorio, ob niues. Proxima inculta ſæuitia gentium, Anthropophagi Scythæ inſident humanis corporibus ueſcentes: ideoq; iuxtà uaſtæ ſolitudines, ferarumq; multitudo haud diſſimilem hominum immanitatem obſidens. Iterum deinde Scythæ, iterumq; deſerta cum belluis uſq; ad iugum incumbens mari, quod uocant Tabin. Nec ante dimidiam fermè longitudinẽ eius oræ quæ ſpectat æſtiuũ orientẽ, inhabitatur illa regio. a *¶ Seres cognoſcimus.) Plinius: Primi ſunt hominum, inquit, qui noſcantur Seres, lanitio ſyluarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondiũ canitiem. Vnde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumq; texendi, tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur ut in publico matrona transluceat. Sunt tamen qui aſſerunt ſericum nõ ab arboribus produci, nam lana arborea ubiq; procreatur, ſed apud Indos & Seres ſunt quidam in arboribus uermes qui bombyces appellantur, qui aranearum more fila tenuiſſima deducunt, unde fit ſericum. Hic uermiculus à Pauſania Ser uocatur, à quo & populis atq; regioni nomen datum eſt. Viuit autem is uermis ex Mori arboris foliis, & ad noſtras regiones tandem peruenit, ut hodie paſſim per Italiam & Siciliam magna copia inueniatur. Scribit Procopius primo belli Perſici lib. id genus uermium Iuſtiniano principi à quibuſdam monachis ex Serum regione, in ſemine primum Byzantium allatum.*

b ¶ Seres quidem mites.) Plinius cap. 17. lib. 6. ſic habet: Seres quidem mites, ſed & ipſis feris perſimiles. Cœtum reliquorum mortalium fugiunt, cum commercia expectant. Scribit proinde Strabo lib. 15. Seres tam longæ eſſe uitæ, ut ducenteſimum annum excedant.

SCHOLIA CAP. LXIIII.

Quem hic Solinus intelligat Attacenum ſinum, & item Attacas gentes, haberi non poteſt ex Ptol. niſi quòd mentionem

rant. Verùm cum occaſio bibendi data eſt, tantum implent, quantũ & ſatiet deſideria præterita, & in futurũ diu proſit. Lutulentas aquas captant, puras refugiunt. Denicq; niſi cœnoſior liquor fuerit, ipſi aſsidua proculcatione limũ excitant, ut turbetur. Durant in annos centũ, niſi fortè trãslati in peregrina, inſolentia mutati aëris morbos trahãt. Ad bella fœminę præparantur. Inuentumq; eſt, ut deſideriũ eis coitionis quadam caſtratione execaretur. Putãt enim fieri ualidiores, ſi à coitibus arceantur.

De Seribus, & Serico uellere. Cap. LXIII.

QVà ab Scythico oceano & mari Caſpio in oceanũ Eoum curſus inflectitur, ab exordio huiuſce plagæ profundæ niues, mox lõga deſerta, pòſt Anthropophagi, gens aſperrima, dein ſpacio ſæuiſsimis beſtijs efferata, fermè dimidiam ítineris partẽ impenetrabilem reddiderunt. Quarum difficultatũ terminum facit iugum mari imminens, quod Tabin barbari dicunt. Poſt quẽ adhuc longinquę ſolitudines. Sic in tractu eius oræ, quæ ſpectat æſtiuum orientem, ultra inhumanos ſitus primos hominũ a Seres cognoſcimus, qui aquarum aſpergine inundatis frondibus, uellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequium. Hoc illud eſt Serícum, in uſum publicũ damno ſeueritatis admiſſum, & quo oſtẽtare potius corpora quàm ueſtire, primò fœminis, nunc etiã uiris perſuaſit luxuriæ libido. b Seres ipſi quidem mites, & inter ſe quietiſsimi, aliàs uerò reliquorum mortalium cœtus refugiunt, adeò ut cæterarũ gentium commercia abnuant. Primum eorum fluuium mercatores ipſi tranſeunt, in cuius ripis, nullo inter partes linguæ commercio, ſed depoſitarum rerum precia oculis æſtimantes, ſua tradunt, noſtra non emunt.

De Attacis gentibus. Cap. LXIIII.

SEquitur Attacenus ſinus, & gens Attacorum, quibus temperies prærogatiua mi-

ua miram aëris clementiam sumministrat. Arcent sanè afflatũ noxiũ colles, qui salubri aprici tate undiq; secus obiecti, prohibent auras pesti lentes: atq; ideo, ut Amometus affirmat, par illis & [a]Hyperboreis genus uitæ est. Inter hos & Indiam gnarissimi [b] Cyconas locauerunt.

facit Ottoracarum gentium & Ottoracaræ montis: an hos Solinus intelligat Attacos, incertũ est. Describit autem Ptolemæus harum gentium regionem, tabula Asiæ octaua, ubi hodie Tartari orientales habitant, magno parentes Cham. a ¶ *Hyperboreis.*) *Tradunt autores, Hyperboreos mille uiuere annos, & absq; ægritudine uitam finire, id quod fabulosum à multis putatur.* b ¶ *Cyconas.*) *Sunt et in Thracia iuxta fluuium Hebrum gentes quæ Cycones uocantur, de quibus suprà cap. 15.*

De India, & Indorum moribus, de eius regionis cœli clementia: de Indiæ fluminibus, deq; miris in ea animalibus, arboribus, odoramentorum generibus, de Indis item preciosis lapidibus. Cap. LXV.

In uetustis codicibus hæc desiderantur.

AB Emodis montibus auspicatur India, à meridiano mari porrecta ad Eoum, & à Septentrione usque ad montem Caucasum ¬ Fauonij spiritu saluberrima. In anno bis æstatem habet, bis legit fruges, uice hyemis Etesijs potitur. Hanc Posidonius [a]aduersam Galliæ statuit. Sanè nec quicquã ex ea dubium. Nam [b] Alexandri Magni armis comperta, & aliorum postmodum regum diligẽtia peragrata, penitus cognitioni nostræ addita est. Megasthenes sanè apud Indicos reges aliquantisper commoratus, res Indicas scripsit, ut fidem quã oculis subiecerat, memoriæ daret. Dionysius quoque, qui & ipse à Philadelpho rege spectator missus est gratia periclitandæ ueritatis, paria prodidit. Traduntur gentes in India fuisse quinque millia oppidorum præcipua capacitate, populorũ nouem millia. Diu etiam credita est tertia pars esse terrarum. Nec mirum sit, uel de hominũ, uel de urbium copia, cum soli Indi nunquam à natali solo recesse-

SCHOLIA CAP. LXV.

Sortita est India nomen ab Indo flumine, qui ab occidente terminus est huius regionis, sicut ab oriente Ganges secundum Ptol. claudit eam Indiam, quæ uocatur India intra Gangem. A septẽtrione uerò eam terminant Tauri extrema, ut Strabo scribit, quæ à Ptol. Emodi montes uocantur, unde Indus sumit initium, ut in tabula Asiatica uidere poteris, quam pro Solino ordinauimus. Venit et Hydaspes fluuius ex mõtibus Emodis, & miscetur tandẽ Indo, ad cuius ripas usq; Alexãder Magnus peruenisse ab autoribus memoratur, & aras erexisse, atq; ciuitates extruxisse Bucephalam et Niceã. Aiunt proinde quidam Indiam adeò oppidis excultam, ut in ea quinque millia fuisse dicant. Terra saluberrima, bis in anno metit fruges, uino caret: fert cinnamomũ, piper & calamũ aromaticũ ut Arabia. Hebenum arborẽ sola producit, psittacũ auem, monocceron bestiam. Beryllis, adamãtibus, carbunculis, margaritis, gemmis preciosis abundat. Centum & triginta annorũ æuum ob temperatum cœlum quidam agunt. Omnibus est promissa cæsaries, cultus præcipuus cum gemmis: alij lineis, alij laneis peplis uestiuntur: pars nudi, pars obscœna tantum amiculati. Niger uulgò corporis color: in materno utero tales fiunt, quales ipsi sunt qui genuere. Vinum non nisi in sacrificijs bibunt: potum ex risu & hordeo conficiunt. Cibus magna ex parte oryza sorbilis est, id est, risum. In legibus & contractibus summam habent simplicitatem, non testibus egent nec sigillis, sed simpliciter credunt. Domum frequentius incustoditam habent. In tumulis & sepulturis faciendis perparci, in cultu corporis nimij. Nam & aurum gestant, & lapillis ornantur, & sindonem candidißimam induunt. Aetati senum prærogatiuam nullam tribuunt, nisi prudentia excellant.

a ¶ *Aduersam Galliæ.*) *Posidonius Gallian metatus est ab occidente æstiuo ad occidentem hybernum, Indiam autem dicit iuuari contrario uenti Fauonij afflatu, salubremq; hinc fieri, haud abs re ratione docuit.*

b ¶ *Alexandri Magni.*) *Hic Alexander primùm aperuit Indiam, subsecutiq; sunt plurimi industrij uiri, etiam usque ad tempora nostra, ex quibus Solinus hic aliquos citat, quorum & Strabo meminit in secundo Geographiæ. Aetate nostra, uel paulò ante tempora nostra, fuerunt Paulus Venetus & Vartomannus, qui multa nobis tradiderunt de Indis, ut taceam nauigationes illas frequentes, quæ ab Hispaniæ finibus fiunt in Calecutium Indiæ emporium celeberrimum. Quod autem ante Alexandrum Magnum quidam Liberum patrem & Herculem Indiam ingressos commemorant, nonnulli fabulosum id esse contendunt: sicut & id nugamentum est, quòd quidam Liberum patrem aiunt fuisse ante Alexandrum Magnum 6451. annis, quum mundus à sui creatione usque ad tempus nostrum nondũ duraverit tot annis. Nam numerant hoc tempore quo hæc scribo*

Iudæi creationis mũdi diligentes & ueri obseruatores, 5298. annos, & Alexander Magnus fuit ante Christi incarnationẽ circiter trecentis aut pluribus annis. c ¶Maximi in ea amnes.) Præcipui Indiæ amnes sunt Ganges & Indus. Est tamen Ganges maior Indo, etiamsi quidam tradant Indum & Nilum similes esse. Scribit Plin. cap. 18. sexti, decem & nouẽ amnes influere in Gangem, quorũ nomina recensere dicitur Arrianus circa principiũ octaui libri. Cæterũ Hypasin fluuium quidam uocant Hypanim, scribuntq; cursum eius adeò præcipitem esse, ut nullo unquam tempore possit traijci. In eo loco Alexander suorũ gestorũ terminũ esse statuens, duodecim aras quinquaginta cubitorũ magnitudine dijs extruxit. De latitudine Gangis autores plurima scripserũt, ut etiã quidam ea parte qua maximè angustus est, latitudinẽ eius extendi asserant ad centum stadia, & in multis locis usqueadeo diffundatur, quòd stagnum efficiat tam amplum, ut qua terra depressior, nec tumulus usquam appareat, trans alteram ripam nihil oculis discerni queat. Quòd autem ultra Gangem Gangarides extimus Indiæ populus existimatus est à priscis scriptoribus, hodie autẽ orientalis illa plaga plures habere populos cõprobata sit, nulla alia ratio est, quàm quod nostris temporibus India per Lusitanicas nauigationes notior facta est.

d ¶Indorum quidam agros exercent.) Diodorus Siculus 3. Bibliothecæ lib. scribit, uniuersam Indorũ gentem in septem olim diuisam ordines, quorum primus fuit philosophorum, qui cæteris numero pauciores, honore & dignitate apud reges longè anteibant. Nam profuerunt multum Indorum uitæ. A principio anni conueniebant, & siccitates, pluuias, uentos, morbos, cæteraq; quorum cognitio poterat esse utilis, prædicebant. Secundus ordo erat agricolarum, qui multitudinẽ cæteros superabant, à bello reliquoq; opere liberi, solis agris colendis tempus impartiebant. Illos nullus hostis lacessebat aut spoliabat, sed existimabat eos in communi utilitate uersari, & ob id ab omni iniuria abstinebant. Itaq; soluti metu agricolæ, uiuebant liberè in campis cum uxore et liberis, dantes regi tributũ & quintam fructuum partem. Tertium ordinem faciebant omnis generis pastores, qui utentes in campis tabernaculis, uenatu ac retibus tutas à feris auibusq; reddebant regiones. Quartum tenebant locum artifices, quorũ pars armis, pars rusticis instrumentis, alij alijs utilibus rebus fabricandis uacabãt. Et hi non solum immunes à tributo fuerunt, sed & frumentum insuper à regia percipiebant. Quinto ordine milites fuerunt, qui belli disciplina exercebantur, habuerũtq; uictũ ex regia. Sextus ordo fuit inspectorũ, qui quæcunq; in India agebantur aspicientes, regi aut principibus loco regis referebant. Septimo loco extiterunt qui publicis consilijs præfuerunt, numero pauciβimi, nobilitate prudentiaq; insignes. Ex his enim tum ad regum cõsilia, tum ad rempub. curandam, tum etiã ad res dubias iudicandas adsciscebantur. Duces insuper ex eis deligebantur ac principes. Cæterũ quæ Solin. hic scribit de Indorũ exercitijs, omnia sunt Plinij, qui sic scribit: Vita mitioribus populis Indorũ multipartita degitur: alij tellurem exercent, militiam alij capessunt, merces alij suas euehunt, res externas inuehunt. Respub. optimi ditiβimiq; temperãt, iudicia reddunt, regibus assident. Quintũ genus celebratæ illic & propè in religionem uersæ sapientiæ deditum, uoluntaria semper morte uitam accenso prius rogo finit. Vnum super hoc est semiferũ ac plenũ laboris immensi, à quo supradicta cõtinentur, uenandi elephantes, domandiq;: his arant, his inuehunt, hæc maximè nouere pecuaria, his dimicant militantq; pro finib.

e ¶Prasia.)

cesserint. Indiam Liber pater primus ingressus est, utpote qui Indis subactis primus omnium triumphauit. Ab hoc ad Alexandrũ Magnum numerãtur annorum sex millia quadringenti quinquaginta unus, additis eo amplius tribus mensibus, habita per reges computatione, qui centũ quinquaginta tres tenuisse mediũ æuum deprehendunt. c Maximi in ea amnes Ganges & Indus, quorũ Gangen quidã fontibus incertis nasci, & Nili modò exundare perhibent. Alij uolunt à Scythicis montibus exoriri. Hypasis etiam nobilissimus ibi fluuius, qui Alexãdri Magni iter terminauit, sicuti aræ in ripa eius positæ probant. Minima Gangis latitudo per octo millia passuum, maxima per uiginti patet. Altitudo ubi uadosissimus est, mensurã centũ pedum deuorat. Gangarides extimus est Indię populus, cuius rex equites mille, Elephantos septingentos, peditum sexaginta millia in apparatu belli habet. d Indorũ quidam agros exercent, militiam plurimi, merces alij, optimi ditissimiq; rempub. curant, reddunt iudicia, assident regibus. Quietum ibi eminentissimæ sapientiæ genus est, uita repletos incensis rogis mortem accersere. Qui uerò ferociori sectæ se dediderunt, & syluestrẽ agunt uitam, elephantos uenantur, quibus perdomitis ad mansuetudinem, aut arant, aut uehuntur. In Gange insula est, populosissimam & amplissimam continens gentem, quorum rex peditum quinquaginta millia, equitum quatuor millia in armis habet. Omnes sanè quicunq; prędĭti sunt regia potestate

poteſtate, nõ ſine maximo elephantorũ, equitum, peditumq; numero, militarem agitant diſciplinã. [e]Praſia gens ualidiſsima Palibotram urbem incolunt, unde quidam gentem ipſam Palibotros nominarũt, quorũ rex ſexcentena millia peditum, equitũ triginta millia, elephantorum octo millia omnibus diebus ad ſtipendium uocat. Vltra Palibotram mons Maleus, in quo umbræ hyeme in ſeptentriones, æſtate in Auſtros cadunt, uiciſſitudine hac durãte ſenis menſibus. Septentriones in eo tractu in anno ſemel, nec ultra quindecim dies apparẽt, ſicuti autor eſt Bethon, qui perhibet hoc in pluribus Indiæ locis euenire. Indo flumini proximantes, uerſa ad meridiẽ plaga, ultra alios torrentur calore. Deniq; uim ſyderis prodit hominum color. Montana Pygmæi tenẽt. At ij quibus eſt uicinus oceanus, ſine regibus degunt. Pandea gens à fœminis regitur, cui reginã primam aſsignant Herculis filiam. Et Nyſa urbs regioni iſti datur. Mons etiã Ioui ſacer Meros nomine, in cuius ſpecu nutritum Liberum patrem ueteres Indi affirmant, ex cuius uocabuli argumẽto laſciuienti famæ creditur, Liberum patrem femine natum. Extra Indi oſtium ſunt inſulæ duę, [f]Chryſe & Argyre, adeò fœcundę copia metallorum, ut plerique eas aurea ſola prodiderint & argentea habere. Indis omnib. promiſſa cęſaries, non ſine fuco cærulei aut crocei coloris. Cultus præcipuus in gemmis. Nullus funerum apparatus. Præterea, ut Iubæ & Archelai regum libris editũ eſt, in quantũ mores populorũ diſſonant, habitus quoq; diſcrepantiſsimus eſt. Alij lineis, alij laneis peplis ueſtiũtur: pars nudi, pars obſcœna tantũ amiculati, plurimi etiam flexibilib. libris circũdati. Quidam populi adeò proceri, ut elephantos, uelut equos, facillima inſultatione tranſiliant. Plurimis placet neque animal occidere, neque ueſci carnibus. Plerique tantum piſcibus aluntur, & è mari uiuũt. Sunt qui proximos parentesq; priuſq; annis aut ægritudine in maciem eant, antè uelut hoſtias cædunt, deinde peremptorum uiſcera epulas habent: quod ibi nõ ſceleris, ſed pietatis loco numerant. Sunt etiam qui cum incubuere morbi, procul à cæteris in ſecreta abeunt, nihil anxiè mortem expectantes.

e ¶ Praſia.) *Vrbem illam ualidiſsimam, quam hic Solinus poſt Plinium uocat Palibotram, Ptolemæus tabula Aſiæ decima appellat Palimbotrã, habetq; ſitum iuxta Gangem ſub elevatione poli 28. graduum, ſub qua elevatione etiam eſt mons Maleus, qui uidetur is eſſe quem Ptolemæus uocat Vindium, apud quẽ eſt Malaeta urbs: ſed quomodo is proijciat umbram in Auſtrum, nõ uideo, cum etiam in ſumma æſtate ſol à zenith eius uerſus Auſtrum declinet quatuor gradibus & dimidio. Apud Pandiones quidem à monte qui Bettigo à Ptolemæo nominatur, utraq; umbra haberi poteſt, cum ſol initium tenet Cancri: nam mons ille declinat in Auſtrũ à tropico Cancri duobus aut tribus gradibus, quanquam umbra illa meridionalis paruiſsima ſit. De Pandea ſcribit Arrianus octauo geſtorũ Alexandri in hũc modum: Indi affirmãt Herculi multos fuiſſe uirilis ſexus filios, filiam uero unicam nomine Pandeam. Terram quoq; in qua nata eſt, quã pater eius Hercules ei tradidit, de nomine eius Pandeã appellatã. Multi multa fabulantur de hac Pandea Herculis filia, quæ nos hic ueluti parerga reſcindimus. Eadem ferè ueritate fulciuntur quæ de Libero patre & monte Mero à multis traduntur, quamuis rei ueritatem quidam eſſe dicant: Bacchum exercitum per Indiam duxiſſe, & cum is ob ingentes loci æſtus peſte periret, Bacchus ut dux prudens, in montes ex locis planis milites traduxit, ubi cum uenti frigidi flarent, & aquæ potu uterentur, quæ pura ex fontibus manabat, à morbo quem contraxerant liberabantur: tunc Bacchus locum montanũ, in quo exercitus à peſte liberatus eſt, μηρὸν, id eſt, femur appellauit. Vnde & Græcos tradidiſſe de eo deo poſteris ferunt, in Iouis femore Dionyſium eſſe nutritum, id eſt, in ſpecu montis. Iuxta hunc montẽ ſita fuit Nyſa ciuitas, unde Bacchus Nyſeus dictus eſt.* f ¶ *Chryſe & Argyre.) Habent inſulæ iſtæ ex re ipſa nomen. Nam Græci χρυσὸν aurum, & ἄργυρον argentum uocant, etiamſi Plinio uideantur ficta eſſe iſta nomina, & quòd ex inſulis iſtis hæc metalla non eruantur. Ptolemæus harum inſularum nõ meminit. Mela uero earum mentionem facit, ſed Chryſen ad Tamum, & Argyren ad Gangem ponit. Quæ in Solino ſubijciuntur de Indorum moribus, ferè omnia mutuatus eſt à Pomponio Mela libro tertio. De proceritate Indorũ ſcribit Plinius capite ſecundo libri ſeptimi, multos in India quina cubita longitudine excedere. Et id non ſolum de hominibus, ſed & de rebus alijs uerum dicit. Horum*

causas esse tradit, ubertatẽ soli, temperiem cœli, & aquarum abundantiam. De propinquorum mactatione, habes quoq; apud Melam. g ¶Aspagonum.) Sic legendum est, non Asticanorum, ut quædam exemplaria habent. Vnde Plin. cap. 21. lib. 6. Aspagonas gentem, uitis & lauri & buxi, pomorumq; omnium in Græcia nascentium fertilem. Quæ memoranda & propè fabulosa de fertilitate terræ ac genere frugum &c.

h ¶Gymnosophistas.) Dictio est composita: nam γυμνὸς Græcis est nudus, & σοφιστὴς sapiens & præceptor, quòd philosophi nudi incederent. Scribit Arrianus 8. gestorum Alexandri, philosophos esse diuinandi peritos, nec cuiquam extra illos diuinationem permitti. Prædicũt autem ea tantummodo, quæ uel ad anni tempora pertinent, uel si qua publica calamitas immineat incolis. Et si quis ter in diuinãdo errauerit, silentij tantũ pœna mulctatur, nec est quisquam qui indictũ silentiũ cogere posit ut loquatur. Quæ in Solino sequũtur de monstrosis hominibus, ex Plin. desumpta sunt, cap. 2. lib. 7. i ¶Perennantem.) Quædam exemplaria hic habent, permanentẽ. Cæterum uox Monoscelos Græca est, ἀπὸ τῆς μόνου καὶ σκέλους, id est, ab uno & crure. Alij uocant eos Monomeros, siquidem μηρὸς coxam, femurq; significat. Vocantur & Sciopodes, quòd in maiori æstu humi iacentes sapini, umbra se pedum protegant. Latinè umbripedes dici possunt, ἀπὸ τῆς σκιᾶς καὶ ποδὸς, id est, ab umbra & pede.

k ¶Qui accolunt.) Plinius de his populis sic scribit: Ad extremos fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis Astomorum gentem esse, sine ore, corpore toto hirtam, uestiri frondium lanugine, halitu tantùm ui uentem & odore, quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumq; potum: tantùm radicum florumq; uarios odores syluestrium mãlorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus: grauiore paulò odore haud difficulter exanimari. Scribit & Strabo de his lib. 15. De ijs uerò quæ concipiunt post quinquennium, & qui caput gestant in pectore, habes apud Plinium cap. secundo, libri septimi. Quæ de coniugis combustione subijciuntur, à multis traduntur: nam scribit de hac re Cicero 5. Tusc. Valerius Max. tit. 1. secundi. Eusebius cap. 8. sexti præparationis. Propertius libro 3. Huius consuetudinis causam affert Strabo 15. Geographiæ libro ex Oneſicrito. Vxores, inquit, cum uiris defunctis comburuntur ob hanc causam, quòd cum aliquando adulescentulos alios à maritis adamarent, à uiris suis secedebant, uel eos ueneno interimebant. Vt ergo ueneficia tollerentur, hæc lex condita fuit. l ¶Enormitas in serpentibus.) Mira scribuntur ab autoribus de Indiæ serpentibus. Nam Deimachus & Megasthenes scribunt in India serpentes esse, qui boues & ceruos unà cum cornibus deglutiant. Autore Posidonio, in Macra campo uisus

g Aspagonũ gens laureis uiret syluis, lucis buxeis. Vitium uerò & arborum uniuersarũ, quibus † Græcia dulcis est, prouentibus copiosissima. Philosophos habent Indi, [h] Gymnosophistas uocant, qui ab exortu aduspicq; solis occasum contentis oculis orbem candentissimi syderis contuentẽ in globo igneo, rimantes secreta quædam, arenisq; feruentib. perpetem diem alternis pedibus insistunt. Ad montem qui Milo dicitur, habitãt quibus auersæ plantæ sunt, & octoni in plãtis singulis digiti. Megasthenes per diuersos Indiæ montes esse scribit nationes capitibus caninis, armatas unguibus, amictas uestitu tergorũ, ad sermonem humanũ nulla uoce, sed latratibus tantum sonantes, asperis rictibus. Apud Ctesiam legitur quasdam fœminas ibi semel parere, natosq; canos ilicò fieri. Esse rursum gentẽ alterã, quæ in iuuenta sit cana, ni grescat in senectute, ultra æui nostri terminos [i] perennantem. Legimus Monoscelos quoq; ibi nasci singulis cruribus, & singulari pernicitate, qui ubi defendi se uelint à calore, resupinati plantarũ suarum magnitudine inumbrẽtur. Gangis fontem [k] qui accolũt, nullius ad escam opis indigent. Odore uiuunt pomorum syluestrium, longiusq; pergentes eadem illa in præsidio gerunt, ut olfactu alantur. Quòd si tetriorem spiritum fortè traxerint, exanimari eos certum est. Perhibent esse & gentem fœminarum, quæ quinquennes concipiũt, sed ultra octauũ annum uiuendi spacium nõ protrahunt. Sunt qui ceruicibus carẽt, & in humeris habent oculos. Sunt qui syluestres, hirti corpora, caninis dentibus, stridore terrifico. Apud eos uerò qui bus ad uiuendi rationem propensior cura est, multæ uxores in eiusdem uiri coëunt matrimonium, & cum maritus decesserit, apud grauissimos iudices suam quæq; de meritis agunt causam, & quæ officiosior cæteris sententia uicerit iudicantium, hoc palmæ refert prẽmium, ut arbitratu suo ascendat rogum coniugis, & supremis eius semetipsam det inferias: cæteræ nota uiuunt. [l] Enormitas in serpentibus tanta est, ut ceruos

ceruos & animantium alia ad parem molem tota hauriant: quinetiam oceanum Indicũ quantus est penetrent, insulasq; magno spacio à cõtinenti separatas, pabulandi petant gratia. Idq; ipsum palàm est potentia amplissimæ magnitudinis fieri, ut per tantam sali latitudinem ad loca permeent destinata. Sunt illic multæ ac mirabiles bestiæ, quarum è multitudine & copia partem persequemur.[m] Leucrocuta uelocitate præcedit feras uniuersas: ipsa asini magnitudine, cerui clunibus, pectore ac cruribus leoninis, capite camelino, bisulca ungula, ore aduscq; aures dehiscente, dentium locis osse perpetuo. Hoc quo ad formam. Voce autem loquentiũ hominum sonos æmulatur. Est & Eale, aliàs ut equus, cauda uerò elephanti, nigro colore, maxillis aprinis, præferens cornua ultra cubitalem modum longa, ad obsequium cuius uelit motus accõmodata. Neq; enim rigent, sed flectuntur ut usus exigit præliandi: quorũ alterũ cum pugnat, protendit, alterũ replicat, ut si ictu aliquo alterius acumen obtusum fuerit, acies succedat alterius. Hippopotamis comparatur, & ipsa sanè aquis fluminũ gaudet. Indicis tauris color fuluus est, uolucris pernicitas, pilus in cõtrariũ uersus, hiatus omne quod caput. Hi quoque circunferunt cornua flexibilitate qua malint, tergi duritia omne telum respuentes, tam immiti ferocitate, ut capti animas proijciant furore. Manticora quoq; nomine inter hæc nascitur, triplici dentium ordine coëunte uicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo colore, corpore leonino, cauda ueluti scorpionis aculeo spiculata: uoce tam sibila, ut imitetur fistularum modulos, tubarumq; concentum: humanas carnes auidissimè affectat: pedibus sic uiget, saltu sic potest, ut morari eam nec extẽtissima spacia possint, nec obstacula latissima. Sunt præterea[n] boues unicornes & tricornes, solidis ungulis, nec bifidis. Sed atrocissimum est Monoceros, monstrum mugitu horrido, equino corpore, elephãti pedibus, cauda suilla, capite ceruino. Cornu è media eius fronte protenditur.

uisus fuit serpens mortuus iugeris longitudine, & crassitudine tanta, ut equites ex utraq; parte astantes, se inuicem intueri non possent: hiatu autem tanto, ut hominẽ equo insidentẽ reciperet: exuuiarũ squamã quãlibet clypeo maiorẽ. m ¶ Leucrocuta.) *De hoc animali Plin. cap. 21. octaui sic scribit: Leucrocutã perniciosissimã feram, asini ferè magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite melium (id est, taxi) bisulca ungula, ore ad aures usque resciſſo, dentium locis osse perpetuo. Hanc feram humanas uoces tradunt imitari. Porrò Leucrocutæ nomen ex leone & crocuta cõpactum creditur. Est autẽ crocuta, ut Plinius dicit cap. 21. lib. 8. animal uelut ex cane & lupo conceptũ, omnia dentibus confringens. Eodẽ loco describit Ealem, dicẽs: Apud Indos est Eale, magnitudine equi fluuialis, cauda elephanti, colore nigra uel fulua, maxillas apri, maiora cubitalib. cornua habens mobilia, quæ alterna in pugna sistit, uariatq; infesta aut obliqua, utcunque ratio monstrauit. De tauris quoq; ibidem scribit Plinius: Sed atrocissimos India habet tauros syluestres, maiores agrestibus, uelocitate ante omnes, colore fuluo, oculis cæruleis, pilo in contrariũ uerso, rictu ad aures dehiscente, iuxtà cornua mobilia, tergoris duritia silicis, omne respuens uulnus, feras omnes uenantur. Ipsi non aliter quàm foueis capti, feritate semper intereunt. Diodorus Siculus scribit libro quarto hoc animal carnib. pasci, feritatem excedere, penitusq; esse inexpugnabile: corpore maius esse domesticis tauris, habere equi uelocitatẽ, ore usque ad aures fisso, rubicundo colore, oculis albis, nocteq; fulgẽtibus: cornua ueluti aures mouens, in certamine firma tenet: pili contra naturam cæterorũ animalium uersus caput ducuntur. Et hæc fera uiribus fortitudineq; mirabili pugnat cum cæteris bestijs, quas superatas comedit. Est quoq; infestus admodum armentis, nihil nec pastorũ uires, neq; canum multitudinẽ timens. Dicitur eius pellis haudquaquam uulneribus patêre. Cum multi illum conantur ui capere, frustra defatigantur. In foueam delapsus, aut alio ca-*

ptus dolo, seipsum ex ira suffocat, pristinæ libertatis amore. De Manticora scribit Plinius eodẽ loco in hunc modum: Nascitur apud eosdem Indos Manticora, triplici dentium ordine pectinatim coëunte, facie & auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modò spicula infigens: uocis, ut si misceatur fistulæ & tubæ concentus: uelocitatis magnæ, humani corporis uel præcipuè appetens. Philostratus tertio uitæ Apollonij lib. scribit Manticorã feram esse quadrupedem belluã, cuius caput humano capiti assimilari ait, magnitudine uerò leonem æquare. Habere aũt in capite setas cubitales spinarũ instar, quas cõtra persequentes sagittorũ modò iaculetur. n ¶ Boues unicornes.) *Dictio latina unicornis, & græca μονόκερως, omnino*

idem exprimũt. Intelligũtur tamen hic per has duas dictiones diuersa animalia, nõ obstante quòd tam hoc q̃ illud unũ in capite gestet cornu: nam unicornis bouis habet similitudinẽ. Monoceros uerò secundũ Plinium cap. 21. octaui, asperrima fera est, reliquo corpore equo similis, capite ceruo, pedibus elephãto, cauda apro, mugitu graui, uno cornu nigro media fronte cubitorum duũm eminente. Hanc feram uiuam negãt capi. Monocerotem eundem esse existimãt cum ea fera quam Indicũ asinũ nominant. Vnde Philostratus: Asinos præterea syluestres in uicinis paludib. multos capi dicunt: esse autẽ huiusmodi feris in fronte cornu, quo taurorũ more generosissimè pugnant. Cõficere autẽ Indos ex illis cornibus pocula, asserũtq; nullis morbis illo die affici, qui ex eiusmodi poculo potauerint, neq; si uulnerati fuerint dolere, & ex igne etiã incolumes egredi, neq; ullis uenenis lædi, quæcunq; nocendi gratia in potu dantur: idcir co regum esse eadem pocula, & regi tantũ eiusmodi feræ uenationem permitti. Hæc si uera essent, quis nõ inferret, reges illarum regionũ, qui talibus utuntur poculis, immortales esse, cum nihil corporibus illorum posset nocere? Hac persuasione factũ est, ut huius feræ cornu tantæ nostro quoq; tempore æstimationis sit, ut id plures auro, gemmisq; cæteris omnino præponant. Nescio si quispiam probatus autor nugetur feram istam capi uirginis sinu, præter unum Isidorum, qui cap. 2. duodecimi Etymol. sic scribit: Tantæ fortitudinis est, ut nulla uenantium uirtute capiatur, sed sicut asserunt qui naturas animaliũ scripserũt, uirgo puella præponitur, quæ uenienti sinum aperit, in quo ille omni ferocitate deposita, caput ponit, sicq; soporatus, uelut inermis capitur. Et uulgus hoc tempore persuasum, facilè hæc credit. o ¶ Aquæ etiam gignunt.) In omnibus fermè quæ in India procreantur, mira quædam super cætera, quæ alibi proueniunt, proceritas reperitur. Id autem tam in terrigenis quàm aquaticis uerum esse, autores nobiles prodiderunt. De piscium quorundam magnitudine, quæ uel in Indiæ fluminib. uel æquoribus generantur, cõtentus Solinus paucis, refert tum anguillarũ, tum uermium quorundam, tum deniq; balænarũ physeterumq; insolitam & uelut monstrosam magnitudinem. In aquis, inquit Plinius, cõplura sunt, maiora etiam terrestribus: causa euidens, humoris luxuria. Quærit Aristot. decima problematũ sectione: Cur maris animalia maiora uegetioraq; sunt q̃ terræ? An, inquit, quòd uis solis cõsumendo quæ terram ambiunt, copiam detrahit nutrimenti. Quamobrem quæ abditam uitam agunt, uegetiora sunt. His igitur omnibus incommodis cum genus maritimum sit immune, meritò tum adolescere potest corpore ampliori & uegetiori. Quæ hic de anguilla Solinus narrat, habet ex cap. 3. noni Plinij, atque ex capite 15. ubi & de uermibus magnis brachiatis, quibus scatet Ganges, tractat idem autor. p ¶ Balænas.) Græci id maris monstrum φάλαιναν uocant, dictam à uerbo βάλλω, id est, mitto, quod cæteris belluis marinis haustam aquam longius & altius iaciant & emittant. Et quando dicitur Balænam habere in longitudine quatuor iugera, dicit Plinius cap. 3. lib. 18. iugeris mensuram habere in longitudine pedes 240. itaq; Balænæ longitudo est 960. pedum, unde quidam Balænas montibus æquas esse affirmant. Physeter uerò, ut Plinius scribit cap. 4. noni attollit se modò ingentis columnæ, altiorq; nauium uelis, diluuiem quandam eructat: dictus Physeter, ut uideri potest, ἀπὸ τῆς φύσης, id est, à folle, quòd is piscis inundationem aquarum eructet, ueluti flatus è folle mitti solet. q ¶ Psittacum.) Plinius cap. 42. lib. 10. describit psittacum in hunc modum: Super omnia humanas uoces reddunt psittaci, & quidem sermocinantes. India auem hanc mittit, Sitacen uel Psitacen uocant, uiridem toto corpore, torque tantum miniato, in ceruice distinctam. Imperatores salutat, & quæ accipit uerba pronunciat. In uino præcipuè lasciua. Capiti eius duritia eadem quæ rostro. Hæc cum loqui discit, ferreo uerberatur radio, non sentit aliter ictus. Quum deuolat, rostro se excipit, illi innititur, leuioremq; se ita pedum infirmitate facit. Aristoteles cap. 12. octaui nat. animal. sic scribit de hac aue: Omnes aues uncæ, breui sunt collo & lingua lata, aptaq; ad imitandum. Nam & Indica auis, cui nomen Psittacæ, quam loqui aiunt, talis est, & loquacior, cum biberit uinũ, redditur. Pro eo uerò quod à Plinio dicitur habere torquem miniatũ, Solinus hic dicit illi esse torquem puni-

te protenditur, splendore mirifico, ad longitudinem pedum quatuor, ita acutũ, ut quicquid impetat, facile ictu eius perforetur. Viuus non uenit in hominum potestatem, & interimi quidem potest, capi non potest. o Aquæ etiam gignunt miracula non minora. Anguillas ad trecenos pedes longas educat Ganges, quem Statius Sebosus inter præcipua miracula ait uermibus abundare, cæruleis nomine & colore. Hibina habent brachia longitudinis cubitorum nõ minus senum, adeò robustis uiribus, ut elephantos ad potum uentitantes, mordicus comprehensos ipsorum manu rapiant in profundum. Indica maria p Balænas habent ultra spacia quatuor iugerum. Sunt & quos Physeteras nuncupant, qui enormes ultra molem ingentium columnarum, super antennas se nauium extollunt, haustosq; fistulis fluctus ita eructãt, ut nimbosa alluuie plerunq; deprimant alueos nauigantiũ. Sola India mittit q Psittacũ auem, colore uiridi, torque puniceo, cuius rostri tanta duritia

duritia est, ut cum è sublimi præcipitatur in saxum, nisu se oris excipiat, & quodam quasi præsidio utatur extraordinariæ firmitatis. Caput uerò tam ualens, ut si quando ad discendũ plagis sit admonendus (nam studet ut quod homines loquatur) [r]ferrea clauicula sit uerberandus. Dum pullus est, atqueadeo intra alterũ ætatis suæ annum, quæ mõstrata sunt & citius discit, & tenacius retinet. Maior paulò segnior est, & obliuiosus, & indocilis. Inter nobiles & plebeios discretionem digitorum facit numerus. Qui præstant, quinos in pede habent digitos, cęteri ternos. [s]Lingua lata, multoq; latior cẽ cæteris auibus: unde perficit, ut articulata uerba penitus eloquatur. Quod ingenium ita Romanæ delitię miratę sunt, ut barbari Psittacos mercem fecerint. [t]Indorum nemora in tam proceram sublimãtur excelsitatem, ut transiaci ne sagittis quidem possint. Pomaria ficus habent, quarũ caudices in orbem spacio sexaginta passuum extuberant. Ramorum umbræ ambitu bina stadia consumunt. Foliorum latitudo formæ Amazonicæ peltæ comparatur. Pomum eximiæ suauitatis. Quæ palustria sunt, [u]arundinem creant ita crassam, ut fissis internodijs, lembi uice uectitet nauigantes. E radicibus eius exprimitur humor dulcis ad melleam suauitatẽ. [x]Tylos

quẽ puniceũ, quẽ colorẽ Græci nuncupãt φοίνικα, qui & alio nomine latinè dicitur rutilus & spadix. Significat autem exuberantiam splendoremq; roboris. Et quãdo in Solino subditur: Nam studet, ut quod homines loquatur, hic est sensus & ordo uerborum: Nam studet ut ipse loquatur, quòd homines loquuntur. Idem faciunt picæ: unde Plinius de eis scribit in hunc modum: Est certum picarũ genus, cui expressior est loquacitas quàm psittacis: hæ adamãt uerba quæ eloquuntur, nec discũt tantũ, sed diligunt, meditantesq; intra semet cura ac cogitatione intentionẽ nõ occultant. Constat emori eas difficultate uerbi uictas. Vide Plin. cap. 42. & 43. libri decimi. r ¶Ferrea clauicula.) Diminutiuum est à claua, intelligiturq; per eam uirgula, sicut et Plinius habet radium, id est, uirgam. Et quando subditur: Intra alterũ ætatis suæ annũ, quæ monstrata sunt citius discere, Plinius uidetur id tribuere picis, non psittacis: sicut & id, Qui præstant, quinos in pede habẽt digitos. Vnde dicit: Minor nobilitas, quia nõ ex longinquo uenit, sed expressior loquacitas certo genere picarũ est. Et ibidem: Nec uulgaris his forma, quamuis non spectanda. Satis illis decoris in specie sermonis humani. Verùm addiscere alias negant posse, q̃ quæ ex genere earum sunt, quæ glande uescuntur: et inter eas facilius, quibus quini sunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem ipsas primis duobus uitæ annis. Hucusq; Plinius. s ¶Lingua lata.) Aristot. cap. 12. secundi nat. animal. sic scribit de linguis auiũ: Lingua auibus est, sed uariè: alijs enim longa, alijs breuis, alijs lata, alijs angusta. Omniũ maximè animaliũ post hominẽ literas proferre nõnulla auium genera queunt, uidelicet ea præcipuè quibus lingua latior est. Scribit & Auicenna sexta Fen tertij canonis, linguam quæ plurimũ lata sit, aut parua nimiũ, penitus ineptam esse ad uocis articulatæ formationẽ. Aptissimã autem eam linguam esse, quæ in sua longitudine magnitudineq; cõmensurata fuerit, quæue subtilis iuxta extremitatẽ exteriorem suam. Linguæ autẽ substantiã esse carnem mollem albamq;, quam uenas paruas, sanguineas, obq; eius calorem rubras intrare cõfirmat. Differt tamen hominis uox à cæterorũ animaliũ uoce, quòd hominis uox articulata sit, & quæ ex mente proficiscatur loquentis. t ¶Indorum nemora.) Mira passim de Indorum arboribus scribuntur ab autoribus, quæ etiam in tantam surgunt celsitudinem, ut sagittæ iactu nõ possint superari. Plinius causas refert in ubertatem soli, temperiem cœli, & aquarum abundantiam. Diodorus Siculus 17. Bibliothecæ uolumine, ait has Indiæ arbores ad septuaginta cubita in altum surgere, tantæq; crassitudinis esse, ut uix eas homines quatuor amplectantur. Porrò de ficu Indica Plinius cap. 5. lib. 12. sic scribit: Ficus exilia poma habet. Ipsa se semper serens, uastis diffunditur ramis, quorum pondera adeò in terram curuantur, ut annuo spacio infigantur, nouamq; propaginem faciant circa parentem in orbes, quodam opere topiario. Intra sepem eam æstiuant pastores, opacam pariter & munitã uallo arboris, decora specie subter intuenti, procula fornicato ambitu. Superiores eiusdem rami in excelsum emicant syluosa multitudine, uasto matris corpore, ut sexaginta pass. pleræq; orbem colligant, umbræ uerò bina stadia operiant. Foliorum latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet, ea causa fructum integens, crescere prohibet: rarusq; est, nec fabæ magnitudinem excedens, sed per folia solibus coctus, prædulci sapore dignus miraculo. Arbor is gignitur circa Acesinem maximè amnẽ. Cæterũ Amazonica pelta est scuti genus breuissimi in modum lunæ iam mediæ. u ¶Arundinem.) Plinij uerba, unde hæc Solinus transtulit, ex capite scilicet secundo libri septimi, sunt hæc: Arundines uerò tantæ proceritatis, ut singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Quòd autẽ dulcis humor ex radicibus eius exprimitur, significatur saccarum. Vnde Plinius cap. 8. duodecimi: Saccaron & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem

mel in arundinibus collectum, gummiũ modo candidũ &c. Dioscorides in secundo uocat id glaciati mellis genus, quod in India prouenit & Arabia, quæ Felix cognominatur, collectum in arundinibus & saliũ modo concretum, dentibusq; fragile. Hodie uerò saccarũ quoq; abunde prouenit in Aegypto, Cypro, Creta, Rhodo, ac quibusdã Italiæ locis. Apud ueteres nullus eius nisi in medicinis usus fuit: hodie uerò qui gulæ student, nullum epulum delicatũ putant, nisi saccaro conditũ fuerit. x ¶Tylos.) De hac insula scribit Plin. cap. 11. duodecimi: Fert eadem, inquiẽs, palmas, oleas ac uites, & cum reliquo pomorũ genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidunt, rigaturq; gelidis fontibus, & imbres accipit. Hanc insulã in sinu Arabico Theophrastus cap. 9. quarti de historia plantarum esse scribit.

y ¶ Caucasus.) Scribunt Cosmographi Taurum montem ex Caucaso esse, & alios item permagnos montes, qui pro uarietate gentium à quibus incoluntur, nomina uariant. Nihil uerò in eo nasci præter terebinthum & sulphium, Aristobolus autor est, & nihilominus multos in eo incolas esse, magnamq; pecudum & armentorum uim ibidem pasci. Philostratus uerò in principio secundi uitæ Apollonij asserit ex Caucaso monte iucundum aromatum odorem sentiri, eamq; ob causam pantheris eum montem refertum tradit. Pantheræ enim plurimum aromatibus delectantur. Et uerum quidem est quòd ea parte, qua Caucasus meridiem aspicit, frugifer est, altera autem fronte qua Scythiam prospicit, maximè asper & incultus est. Vnde & memoratus Philostratus ultrà scribit: In montis Caucasi præruptis lateribus arbores è quibus thus distillat procerimas nasci, & aromatum alias multas species, inter quas & piperis arbores esse, quas tanquam agricolæ genus simiarum colit, quæ à Græcis πίθηκοι appellantur. Passim arbores quæ piper gignunt, iuniperis nostris similes: quanquam in fronte Caucasi solibus opposita, gigni tantum eas aliqui tradidere. Piper uerò, ut dictum est, nascitur in extremis præruptisq; locis, hominum generi inaccessibilibus, ubi simiarũ multitudo montis cauernas & omnia foramina incolit. Eas autem maximi faciũt Indi, quoniam piperis, ut sic dicam, uindemiatrices sunt: quapropter & armis & canibus, leones & cæteras feras ab ipsis arcent. Quod autem ad piperis collectionem attinet, sic se habet: Accedentes Indi ad arbores, quæ in parte montis infima nascuntur, fructusq; ab illis decerpentes, paruas quasdam sub arboribus areas faciunt, ubi piper congerunt, quasi casu illic ipsum proijcientes, ceu rem neglectã & minimi ab hominibus existimatã: circunstantes uerò atq; in auijs abditæ simiæ talia desuper aspicientes, ubi nox aduenit Indorũ opus imitatæ, auulsos arborum ramusculos in areas, quas diximus, conferũt: Indi autẽ, ubi dies illuxit, piperis aceruos asportant, quos nihil laborantes, sed dormientes acquisierunt. De pipere longo, albo & nigro Dioscorides sic scribit cap. 193. secundi: Piper, inquit, arbor esse traditur in India breuis, fructu inter initia oblongo, effigie siliquarũ, quæ collectæ piper longum uocantur: interius quiddam milio tenui simile est, quod quidem si consummatũ sit, piper fit. Hoc igitur temporibus suis dehiscens pandensq; sese, racemulos fundit, ferentes qualia ipsi nouimus piperis grana, è quibus acida & anteq; matureſcant decerpta, candidum piper appellant. z ¶Hebenum.) Scribunt alij autores hebenũ nedum in India, uerũ et in Aethiopia inueniri. Vide Dioscoridem cap. 137. primi, & Herodotũ lib. tertio. Scribit Theophrastus in fine noni de historia plantarum, Hebeni lignum aspectu buxo simile esse, sed decorticatũ nigerrimũ reddi. Vtile, inquit, oculis ad cotem tritum. Huius duo genera constant, alterum materie laudatum pulchrumq;, alterum uile uitiatumq;. Rarum quod præstantius. Plinius cap. 41. decimisexti scribit: Spississimam ex omni materie, ideo & grauissimam iudicari hebenum & buxum, graciles natura, neutram aquis fluitat. Tradit ibidem, hebenum non sentire cariem. Scribit & Auicenna eam hebenũ meliorem esse, quæ nigra æqualisq; sit, & in qua lineæ minimè reperiantur, quæq; tactu suo cornu tornatili sit persimilis, plurimũ compacta ac solida, quæue mordax sit, constringensq; gustantis linguam, exq; ea super carbonem posita, bonus, acutus tamen progrediatur odor. Est huius arboris lignũ omne atq; mediale eadem fermè facie: hoc est, omnes hebeni partes tam exteræ quàm medullaceæ similes sunt, Gagati lapidi

Simiæ piperis uindemiatrices.

x Tylos Indiæ insula est: ea fert palmas, oleas creat, uineis abundat. Terras omnes hoc miraculo sola uincit, quòd quæcunq; in ea arbos nascitur nunquam caret folio. Mons y Caucasus inde incipit, qui maximam orbis partem perpetuis iugis penetrat. Idem fronte qua soli est obuersus, arbores piperis ostentat, quas adiuniperi similitudinẽ diuersos fructus edere assueuerant. Eorum qui primus erumpit, uelut corylorum fimbria, dicitur piper longũ: quod incorruptum est, piper album: quorum cutem rugosam & torridam calor fecerit, piper nigrũ: qui demũ caducus torretur feruido sole, uocamen trahit de colore. At qui ex ipsa arbore stringitur, ut est, album piper dicit. Sed ut piper sola India, ita & z Hebenum sola mittit, nec tamen uniuersa, uerùm exigua sui parte syluis hoc genus edit. Arbor est plerunq; tenuis, & frequentior, uimine rarò in crassitudinẽ caudicis extuberata, hiulco cortice, & admodum reticulato, dehiscentib. uenis, adeò ut per ipsos sinus pars intima

intima uix tenui libro cõtegatur. Lignum omne atq; mediale eadem fermè & facie & nitore, qui est in lapide Gagate. Indi reges ex eo sceptra sumunt, & quascunq; deorum imagines non nisi ex hebeno habent. Iidem ferunt materia ista liquorem nõ contineri noxium, & quicquid maleficum fuerit, tactu eius auerti. Hac gratia pocula ex hebeno habent. Ita nihil mirũ si peregrè sit in precio, quo etiam ipsi quibus prouenit, honorantur. Hebenum ex India Romæ Mithridatico triumpho primùm Magnus Pompeius exhibuit. Mittit India & [a] calamos odoratos, potentes aduersum intestinæ ægritudinis incõmoda. Dat & multa alia fragrantia, mirifici spiritus suauitate grata. Indicorum lapidum [b] in Adamantibus dignitas prima, utpote qui lymphationes abigant, uenenis resistant, pauitantium uanos metus pellant. Hæc primùm de ijs prædicari oportuit, quæ respicere ad utilitatem uidebamus. Nunc reddemus, quot, quæ'ue Adamantum sint species, & quis color cuique eximius. In quodam crystalli genere inuenitur materia, in qua nascitur ad aquæ similis splendorem liquidissimum, in mucronem sexangulum utrinq; secus leuiter turbinatus, nec unquam ultra magnitudinem nuclei auellanæ repertus. Huic proximus in excellentissimo auro deprehenditur pallidior, ac magis ad argenti colorẽ renitens. Tertius in uenis Cypri apparet, propior ad æream faciem, & plurimum ualet in medicamine, qui Siderites appellatur. Quartus in metallis ferrarijs legitur, pondere

lapidi. Ex ijs enim arboribus quæ medullas certè habent, alijs carnosa medulla est, alijs lignosa, alijs membranis similis. Carnosa uiti, fico, punicæ, sambuco, ferulæ: lignosa larici, abieti, pino: his durior atq; spissior corno, ilici, robori, cytiso, moro, hebeno, celti. De lapide Gagate habes suprà capite 35. Quòd autem in materia hebenina noxius liquor contineri non possit, multa similia in rerum natura inueniuntur, quale est, quòd Stygis aqua tam præsentis ueneni esse dicitur, ut non nisi mularum ungulis contineri queat. Item si uas fiat ex hederæ ligno, uina transfluunt ac remanet aqua, si qua mixta fuerit. a ¶ *Calamos odoratos.*) *Intelligit Solinus calamum aromaticum. Habet autem hic calamus nomen ex similitudine calami usualis. De hoc Dioscorides capite 17. libri primi sic scribit: Calamus odoratus ex India est, præcipua bonitas rufo, geniculis frequentibus, & qui confractus in assulas multas dissiliat, plenis araneo fistulis, subalbidus, in cõmanducando glutinosus, adstringensq; linguam gustu subacri: urinam potus elidit, eoq; cum gramine aut apij semine incoctus, substillo, hydropi, renibus ruptis, conuulsis, bibendus præcipitur. Menses quoque admotu potuq; detrahit, tussi euaporatus per se aut cum resina terebinthina, fumo per fistulam attracto in os, medetur &c.* b ¶ *In Adamantibus.*) *Constat Adamantibus ex natiua duritie nomen inditum, quòd scilicet ob eius insuperabilem duritiem uix frangi possit. Sumptum est autem nomen ab* ἀ *priuatiua particula, &* δαμάω, *quod domo & supero significat: hinc Adamas indomabilis est dictus. Vis eius est, dicit Plinius, ut uenena irrita faciat, lymphationes abigat, metusq; uanos expellat à mente, & ob id quidam Anchiten uocauerunt,* ἄγχος *enim apud Græcos angorem significat. Porrò differentiæ Adamantum sumuntur interdum ex locis in quibus proueniũt, aliquando ex colore eorum, sæpe ex habitu & forma, quin & uarij eorum effectus non raro aliam arguunt speciem & naturam. Hinc fit ut Adamas crystallo plurimum consimilis sit, quandò eodem loco reperitur ubi crystallus prouenit. Vnde Plinius: Indici non in auro nascentis, sed quadam crystalli cognatione: siquidem & colore translucido non differt, & laterum sexangulo leuore turbinatus in mucronem &c. Huic uerò proximus est qui in auro excellentissimo deprehenditur, quem Plinius Arabicum appellat, & suprà dicto minorem esse perhibet. Incudibus hi deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrum utrinque dissultet, incudes etiam ipsæ dissiliant: quippe duritia inenarrabilis est, simulq; ignium uictrix natura & nunquam incalescens, unde & nomen indomita uis græca interpretatione accepit. Sunt deinde duo alia Adamantis genera, quæ Solinus hic præterit, de quibus Plinius sic scribit cap. 4. libri ultimi: Vnum ex ijs, inquit, uocant Cenchron, quod est milij magnitudine: alterum Macedonicum in Philippico auro repertum, & hic est cucumis semini par. Post hos Cyprius uocatur in Cypro repertus, uergens in æreum colorem, sed in medicina efficacissimus. Post hunc est Siderites ferrei splendoris, qui scilicet in ferrarijs metallis legitur, põdere ante cæteros, sed natura dissimilis, nam & ictibus frangitur, & alio Adamante perforari potest, quod & Cyprio euenit. Primi uerò ferro domari non possunt. Vnde Plinius: Siquidem illa inuicta uis duarum uiolentissimæ naturæ rerum, ferri ignisq; cõtemptrix, hircino rumpitur sanguine, ac nec aliter quàm recenti calidoq; macerata, & sic quoq; multis ictibus, tunc etiam præterq; eximias incudes malleosq; ferreos frangens. Hinc Adamantis duritia abijt in prouerbiũ, ut Adamante*

durior appelletur homo, qui à propoſito flecti nequit. c ¶ Magnetem.) Scribit Plinius Nicandri teſtimonio, Magnetem fuiſſe ab inuentore ſortitum nomen. Lucretius uerò putat nomen habere à patria, hoc eſt, Magneſia. Vocatur quoque idem lapis Herculeus, uel ab Heraclia Pōti regione ubi prouenit, uel quòd is lapis Herculeis, id eſt, maximis uiribus præditus ſit. Ab effectu quoque Siderites dicitur, quòd ad ſe ferrum trahat: Græci enim σίδηρον ferrum dicunt. Sunt tamen qui dicunt Magnetē quinque habere genera, quam diuerſitatem à locis in quibus prouenit, trahit. Diogenianus ait uerum Magnetē ſic argento ſimilem eſſe, ut ſæpe aſpicientes fallat. Eum autem lapidem qui ferrum trahit, non Magnetē dici, ſed Heracleon potius appellandum. Huius autem miranda eſt uis, ut pars una trahat in aquilonem, oppoſita uero in Auſtrū: & quod mirabilius eſt, ſi idem lapis in centum particulas cōminuatur, in ſingulis aiūt deprehendi hanc duplicem uim. Eam rem ſatis prodit inſtrumentū ſolare, quod Compaſſum uocant, quo nullum cōmodius utiliusúe hucuſq; pro uiatorib. inuentum eſt. Nam reliqua omnia ſolaria circa meridiem nos fallere poſſunt, propter inſenſibilem ſolis ſupra horizontem aſcenſum & deſcenſum. d ¶ Lychniten.) Vocant Græci λύχνον lucernā, & inde Lychnites appellatur à lucernarum accenſarum præcipua gratia. Naſcitur ſecundum Plinium circa Orthoſiam, totáq; Caria ac uicinis locis: ſed probatiſſima in Indis, quam quidam remiſſiorem carbunculum eſſe dixerunt.

e ¶ Beryllos.) Eſt Beryllus lapis pallidus, tranſparens, à gente apud quam prouenit, nomen habens. Plinius cap. 5. lib. 37. inquit: Eandem multis naturā aut certè ſimilem habere Berylli uidentur, in India originem habentes, rarò alibi reperti. Poliuntur omnes ſexangula figura artificum ingenijs, quoniā hebeſcunt, ni color ſurdus repercuſſu angulorum excitetur: aliter enim politi, nō habēt fulgorē eundem. Probatiſſimi ſunt ex his, qui uiriditatē puri maris imitantur. Proximi qui uocātur Chryſoberylli & ſunt paulò pallidiores, ſed in aureū colorem exeūte fulgore. Vicinū genus huic eſt pallidius, et à quibuſdā proprij generis exiſtimatur, uocaturq; Chryſopraſus. Quarto loco numerātur Hyacinthizōtes. Quinto, quos Heroides uocant. Poſt eos aūt Cerini, ac deinde Oleagini, hoc eſt, colore olei. Ponderе cæteros antecedens, non tamen & poteſtate. Nam & hic, & qui in Cypro deprehenduntur, frangi queunt, plericq; etiam Adamante altero perforantur. At illi quos primos diximus, nec ferro uincuntur, nec igni domantur. Veruntamen ſi diu ſanguine hircino maceren tur, nec aliter quàm ſi calido uel recēti, uel malleis aliquot antè fractis & incudibus diſſipatis, aliquando cedunt, atq; in particulas diſſiliunt: quæ fragmenta ſcalptorib. in uſum inſignien- 10
dæ cuiuſcunq; modi gemmæ expetuntur. Inter Adamantem & c Magnetem eſt quædam naturæ occulta diſſenſio, adeò ut iuxtà poſitus non ſinat Magnetem rapere ferrum: uel ſi admotus Magnes ferrum traxerit, quaſi prædam quandā, quicquid Magneti hæſerit, Adamas rapiat atq; auferat. d Lychniten deinde fert India, cuius lucis uigorē flagrantia excitat lucernarū, qua ex cauſa λυχνίτου Græci uocauerunt. Duplex ei facies, aut in purpuream emicat cla- 20
ritatem, aut meracius ſuffunditur cocci rubore. Per omne intimum ſui, ſi quidem pura ſit, inoffenſam admittit perſpicuitatē. At ſi excanduit radijs ſolis incita, uel ad calorem digitorū attritu excitata eſt, aut palearum caſſa, aut chartarum fila ad ſe rapit, cōtumaciter ſcalpturis reſiſtens. Ac ſi quando inſignita eſt, dum ſigna exprimit, quaſi quodam animali morſu partē ceræ retentat. e Beryllos in ſexangulas formas Indi atterunt, ut hebetem coloris leuitatē, an- 30
gulorum repercuſſu excitent ad uigorem. Beryllorum genus diuiditur in ſpeciem multifariam. Eximij interuirente glauci & cærulei temperamento, quandā præferunt puri maris gratiam. Infra hos ſunt Chryſoberylli, qui languidius micantes aurea nube circunfunduntur. Chryſopraſos quoq; ex auro & porraceo mixtam lucem trahentes, æquè Beryllorum generi adiudicarunt. Hyacinthizontas, ſcilicet qui hyacinthos propè referant, & ipſos probant. 40
Eos uerò qui Cryſtallo ſimiles, capillamentis intercurrentibus obſcurantur (hoc enim uitio illorum nomen eſt) ſcientiſſimi lapidum plebi dederunt. Indici reges hoc genus gemmarum in longiſſimos cylindros amant fingere, eoſq; perforatos elephantorū ſetis ſubligantes, monilia habent, aut plerunque ex utroque capite inſertis aureis umbilicis, ut marcentem faciem ad nitelam incendant pinguiorem, quò per in- 50
duſtriam metallo hinc inde addito, fulgentiorem trahant lucem.

De Ta-

ſtremi Cryſtallis ferè ſimiles: hi capillamenta habent ſordes q̃, alioquin euanidi, quæ ſunt omniũ uitia. Indi mirè gaudent longitudine eorum, ſolosq̃ gemmarũ eſſe prædicant, qui carere auro malint, & ob id perforatos elephantorũ ſetis religant, & alios cõuenit nõ oportere perforari, quorum ſit abſoluta bonitas, umbilicis ſtatim ex auro capita cõprehendentibus: ideoq̃ cylindros ex ijs facere malunt q̃ gemmas, quoniã eſt ſumma cõmendatio in longitudine. Quidam & anguloſos putãt ſtatim naſci, & perforatos gratiores fieri medulla candoris exempta, additoq̃ auro, repercuſſa aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis ad craſsitudinẽ. Cæterũ Chryſopraſus nomen habet ab auro & porri ſucco: eſt enim Græcis πράσον porrũ. Verùm quædam Solini exemplaria habent hic Chryſopaſſos: Chryſopaſſus autẽ latinè interpretatur ſparſus, uel uarius auro. Et Hyacinthizontes ſunt Hyacinthi, quaſi zona & cingulo quodam circumligati. Cylindrũ uerò Græci uocant quicquid teres & oblongum fuerit: nam κυλίνδειν græcè uoluere dicitur, unde lapidi nomen datum, à forma terete & oblonga.

De Taprobane inſula, & qua ratione primũ innotuerit: qualis illic nauigatio, quis gentis eius mos in rege eligendo. Item de conchis, margaritis, unionibus. Cap. LXVI.

TAprobanen inſulam, antequam [a] temeritas humana exquiſito penitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putauerũt, & quidem eum quẽ habitare [b] Antichthones crederentur. Verùm Alexandri Magni uirtus ignorantiam publici erroris non tulit ulterius permanere, ſed in hęc uſq; ſecreta propagauit nominis ſui gloriam. Miſſus igitur Oneſicritus prępfectus claſſis Macedonicæ, terrã iſtam quanta eſſet, quid gigneret, quomodo haberetur, exploratam notitiæ noſtræ dedit. [c] Patet in longitudinẽ ſtadiorum ſeptem millium, in latitudinem quinq; milliũ. Scindit amne interfluo. Nam pars eius beſtijs & elephantis repleta eſt, maiorib. multò quàm fert India. Partem homines tenent. Margaritis ſcatet, & gemmis omnibus. Sita eſt [d] inter ortũ & occaſum. Ab Eoo mari incipit, prætenta Indiæ. A Praſiana Indorum gente, dierum uiginti primò in eam fuit curſus: ſed cum papyraceis & Nili nauibus illò pergeretur, mox curſu noſtrarum nauium ſeptem dierũ iter factum eſt. [e] Mare uadoſum interiacet altitudinis non amplius ſenum paſſuum, certis autem canalibus adeò altum, adeò depreſſum, ut nullę unquam ancoræ ad profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando ſyderum obſeruatio. Nam neque [f] ſeptentriones illic conſpiciũtur, nec

SCHOLIA CAP. LXVI.

Scribit Ptolemæus hanc inſulam orientalem, olim Simudi inſulam fuiſſe dictam, poſtea Salycam, eoſq; qui eam habitant Salos nuncupatos: noſtro uerò æuo uocant eam Samatram. Et quoniam multum diſtat ab alijs terris, factum eſt ut de eius ſitu, magnitudine, ac incolarum moribus plurimũ diſcrepent autores. a ¶ *Temeritas.*) *Temeritatem uocat audaciam illam, qua primi homines fragili ligno cõmiſerunt uitas ſuas inſulcando tempeſtuoſo mari. Vnde Seneca Tragœdus in Medea: Audax nimiũ, qui freta primus Rate tam fragili perfida rupit, Terrasq; ſua poſt terga uidens, Animam leuibus credidit auris &c.*

b ¶ *Antichthones.*) *Dictio compoſita ab ἀντί contra, & τίθημι pono. Vocant autem Græci Antichthonas eos qui nobis antipodes ſunt, hoc eſt, aduerſis nobis ueſtigijs incedunt, quales ſunt qui ex diametro in ſuperficie terræ habitant, ut ſunt Hiſpani & Indi.* c ¶ *Patet in longitudinem.*) *Taprobanen inſulam nedum Oneſicritus, uerùm & alij plures adierunt, nempe Megaſthenes, Eratoſthenes, Nearchus, & alij multi. De magnitudine & ſitu eius uide Strabonem libro 15. Nos ſecuti Ptolemæum, pinximus eam in Aſiæ tabulam, ut ab illo eſt deſcripta, parte meridionali æquatorem attingens.* d ¶ *Inter ortum & occaſum.*) *Plinius ſic ſcribit: Incipit ab Eoo mari inter ortum occaſumq; ſolis Indiæ prætenta, & quondam credita uiginti dierum nauigatione à Praſiana gente diſtare: mox quia papyraceis nauibus armamẽtisq; Nili peteretur, ad noſtrarũ nauiũ curſus ſeptem dierum interuallo taxato. Strabo 15. libro Geographiæ dicit eam diſtare à continenti uiginti dierum nauigatione, ſed naues uelorum uitio malè nauigare.* e ¶ *Mare uadoſum.*) *Verba Plinij ſic habent: Mare intereſt uadoſum, ſenis non amplius altitudinis paſsibus, ſed certis canalibus adeò profundum, ut nullæ ancoræ ſidant: ob id nauibus utrinque proræ, ne per anguſtias aluei circumagi ſit neceſſe. De profunditate maris ſcribit Plutarchus in Paulo ſic: Dicunt Geometræ neque altitudinẽ montis, neq; profunditatẽ maris ultra decem ſtadia protendi. Eſſe præterea in mari planicies, montes, uallesq;, non ſecus atq; in terra: & hinc euenit, ut alibi uadoſum ſit mare, alibi profundum.* f ¶ *Septentriones.*) *Conſtellatio eſt ſeptem ſtellarum, circulum motu ſuo*

circa polum Arcticum describentium: & quia figura eius similis uidetur plaustro, antiqui Græcorum ἅμαξαν, id est, plaustrum appellauerũt, ab Astronomis uerò ursa maior nominatur. Si hoc itaq; sydus in Taprobane insula uideri nequit, præsertim quum meridiei angulum tenet, necesse est ut ea insula non sub æquatore, sed longè ultra capricorni tropicum situm habeat. Et quando Solinus addit, nec Vergilias ibi apparere, id nulla potest probari ratione, nisi Taprobanen posuerimus sub polum Antarcticum, id quod inconueniens quoq; est. Nam Vergiliæ, quæ & Pleiades, locum habent in Tauro, & ab æquatore ultra uiginti gradus non declinant. Ergo si à polo Antarctico 22. aut 23. gradibus recesseris, incipiunt iam eminere supra horizõtem septem Vergilianæ stellæ. Si triginta gradibus discesseris à memorato polo, eleuabitur hæc constellatio in illo loco decem gradibus: si quadraginta, uiginti &c. Hæc ex sphæra materiali notiora sunt, quàm ut hic oporteat multa de his disserere. Vocantur proinde hæ stellæ Vergilianæ, quòd earum ortus matutinus ostendat finem ueris. Nam quum in fine Tauri situm habeant, & sol suo motu signum Tauri & signum Geminorum pertransierit, atque initium Cancri apprehenderit, relinquuntur Vergilianæ integro signo & amplius post solem, hoc est, ad occasum solis, si sol sit in oriente, & sic fit ut eo tempore Pleiades oriantur paulò ante solis exortum. g ¶ Lunam ab octaua.)

nec Vergiliæ unquam apparent. g Lunam ab octaua in sextamdecimam tantum supra terrã uident. Lucet ibi [h] Canopos, sydus clarum & amplissimum. Solem orientem dextra habent, occidentem sinistra. Obseruatione itaq; nauigandi nulla suppetente, per quam ad destinata pergentes locum capiant, uehunt alites, quarũ meatus terram petentium, regendi cursus magistros habent. [i] Quaternis non amplius mensibus in anno nauigatur. Aduscq; Claudij principatũ de Taprobane hæc tantũ noueramus: tunc enim fortuna patefecit scientiæ uiam latiorem. Nam libertus Annij †Plocami, qui tũc rubri maris uectigal administrabat, Arabiam petens, aquilonibus præter Carmaniã raptus, quintodecimo demum die appulsus est ad hoc littus, portumq; inuectus, qui Hippuros nominatur. Sex deinde mensibus sermonem perdoctus, admissusq; ad colloquia regis, quę comperat, reportauit: stupuisse scilicet regem pecuniam, [k] quæ †capta erat cum ipso, quòd tametsi signata disparibus foret uultibus, parem tamen haberet modum ponderis. Cuius æqualitatis contemplatione, quum Romanam amicitiam flagrantius concupisceret, Rachia principe legatos adusque nos misit, à quibus cognita sunt uniuersa. Ergo ijdem homines corporum magnitudine alios omnes antecedunt. Crines fuco imbuunt, cæruleis oculis, truci uisu, terrifico sono uocis. Quibus immatura mors est, in [l] annos

†Plocanij

†rapta

Sensus est, Lunam uident post primam quartam usq; ad alterum diem oppositionis. Sed quare non eadem ratione luna uidetur ab oppositione usque ad alteram quartam? Hæc ergo uel non sunt uera, aut fit aliqua occulta locorum ratione, ut luna post oppositionem non uideatur. h ¶ Canopos.) Secundum descriptionem Ptolemaicam hæc stella declinat ab æquatore 50. gradibus, ab ecliptica uerò 70. gradibus, & ob id mergitur nobis Basilicnsibus sub horizonta octo gradibus, Romanis uerò duobus, Siculis est in horizonte, Carthaginensib. uerò eminere potest ferè duobus gradibus supra horizonta. Videri ergo potest per totam Africam, Aegyptum, Arabiam, Syriam, Babyloniam, & ubi poli Arctici altitudo non excedit quadragesimum gradum. Non itaq; est mirum quòd Canopos lucet in Taprobane insula meridiana, cum & citra tropicum Cancri uideri possit. Quod uerò sequitur in Solino de solis ortu & occasu, quòd sol in ea insula oriatur ad dextram, & occidat ad sinistram, nulla probari potest ratione, nisi ortum & occasum ad diuersa uelis referre tempora, sed tunc nobis quoq; aquilonaribus sol orietur æstiuo tempore ad dexteram, & hyberno tempore ad sinistram. Id certissimũ est, quo latitudinis puncto sol mane oritur, eodem puncto uespere occumbit, nisi quantum solis diurnus motus declinationem uel auxerit uel minuerit, quod tamen ultra 24. minuta fieri non potest. i ¶ Quaternis mensibus.) Plinius dicit ternis: est ergo in alterutro mendum. k ¶ Quæ capta erat.) Sunt qui legunt, rapta, non capta, quod Annij Plocanij libertus non captus fuerat apud eos, sed aquilonibus raptus, inquit Plinius, præter Carmaniam quintodecimo die Hippuros portũ eius inuectus, hospitali regis clementia, sex mensium tempore imbutus alloquio &c. Rapta igitur fuit pecunia, sicut & ipse, ab aquilonibus. Ea autem pecunia disparibus fuit signata uultibus atq; inscriptionibus, licet ponderis eiusdem. Varietas illa uultuum & inscriptionũ, usq; in hodiernũ diem in cupreis uidetur nomismatibus, quæ passim in Germaniæ nostræ terra, præsertim cis Rhenum, inueniuntur. Hanc uarietatem & idem in ea pondus quum aduertisset rex Taprobanæ, solicitatus ad amicitiam, legatos quatuor misit, principe eorũ Rachia, ad Romanos, qui uniuersa discerent & animaduerterẽt in peregrina regione &c.

l ¶ In annos

[l]annos centum æuum trahunt. Alijs omnibus annosa ætas, & penè ultra humanam extenta fragilitatẽ. Nullus aut ante diem, aut per diem [m]somnus. Noctis partem quieti destinant. Lucis ortum uigilia anteuertunt. Aedificia modicè ab humo tollunt. [n] Annona semper eodem tenore est. Vites nesciũt. Pomis abundant. Colunt Herculem. [o] In regis electione non nobilitas prçualet, sed suffragiũ uniuersorũ. Populus enim eligit spectatũ moribus, & inueteratæ clementiæ, & iam [p]annis grauem. Sed hoc in eo quæritẽ, cui liberi nulli sint. Nam qui pater fuerit, etiam si uita spectatus sit, non admittitur ad regnandum: ac si fortè dum regnat, pignus sustulit, exuitur potestate. Idq; eò maximè custoditur, ne fiat hæreditariũ regnũ. Deinde etiam si rex maximã præferat æquitatẽ, nolunt ei [q]totum licere. Quadraginta ergo rectores accipit, ne in causis capitũ solus iudicet. Et sic quoq; si displicuerit iudicatũ, ad populum prouocatẽ, à quo, datis iudicibus septuaginta, fertur sententia, cui necessariò acquiescitur. [r] Cultu rex dissimili à cæteris, uestitur syrmate, ut est habitus quo Liberũ patrem amiciri uidemus. Quòd si etiam ipse [s] in peccato aliquo argutus sit, ac reuictus,

l ¶*In annos centũ.*) *Id optimæ loci dispositioni tribuendum est, ut hi qui loca calida incolunt, diutius uiuant quàm qui frigida habitant. Causa huius putatur, quòd illi sint sicciore natura, hi uerò humecta magis. Quæ autem sicciora sunt, firmiora diuturnioraq; esse manifestũ est. Cæterũ extenditur ut in plurimũ humana fragilitas usq; ad septuagesimũ annum, & deinceps est labor & dolor. Vnde & Physici uiuendi metam signant, cum decas cõiungitur perfecto numero ἐπτάδι, id est, aut decies septem, aut septies decem cõputantur anni. Hoc uitæ humanæ perfectum numeratur spaciũ: quod si quis excesserit, ab omni officio uacuus, soli exercitio sapientiæ uacat, & omnẽ usum suũ in suadendo habet, aliorũ munerũ uacatione reuerendus. Loci itaq; dispositionibus incolarumq; complexionibus tribuendum, si uel in Taprobane insula, uel in alijs locis, memoratũ terminũ homines uiuendo excedant.* *m* ¶*Somnus.*) *Id nõ est intelligendum de omni hominũ ætate, cum constet somnũ multum esse in infantia, quòd ea ætas sit plurimũ humecta, etiã naturali humore, & è diuerso in senectute sit somnus modicus, quòd uitalis humor sit longæuitate siccatus.* *n* ¶*Annona.*) *Ob soli fertilitatem Taprobanæ incolæ nullam sentiunt caritatẽ, sed annuus prouentus uictualiũ illis semper in eodem tenore est. Quod autẽ Herculem pro deo colere dicuntur, quidam tradunt illos ob id facere, quòd Hercules post subactam à se Indiam, etiam in Taprobanen nauigarit. Alij putant, quòd ex sola audita fama gestorũ eius, cœperint illum colere pro deo.* *o* ¶*In regis electione.*) *Est aurea illa Theodosij Imp. sententia, Virtute decet nõ sanguine niti. Docet & Aristot. lib. 5. Politicorum, oportere principem qui alijs præsit, erga dei religionem uehementer affici. Minus enim formidabunt populi ne quid contra iustitiam fiat, si religioni deditũ illum existimabunt, deiq; timorẽ habere: quin & minus contra illum audebunt insurgere, quasi deum habeat propitiũ & fauentem. Et quantũ attinet ad mores, quemadmodum princeps alijs præstat dignitate, ita eum moribus uirtutibusq; omnibus præstare cõuenit, præsertim quòd eius facta sint omnibus palàm, nec secretũ dari possit regalibus uitijs. Et quòd in Solino subditur de inueterata clementia, Seneca quoq; his uerbis cõfirmat: Nullum clementia magis q̃ regem ac principẽ decet: ista enim uirtus magnis uiris decori & gloriæ est. Alioquin pestifera uis est, ualere ad nocendum. Illius demũ magnitudo stabilis fundataq; est, quem omnes tam supra se quàm pro se sciunt.* *p* ¶*Annis grauem.*) *Ad magnarum rerum gubernationem requiritur tum sapientia, tum multarum rerum experientia, quæ sola in annosis inuenitur hominibus. Vnde cautum erat lege apud Romanos, ne quispiam ante trigesimum annum aut consul efficeretur, aut triumphum duceret. Obsunt præterea non rarò Reipub. principum liberi. Tantum enim est parentum erga liberos suos amoris uinculum, ut eos etiam cum iactura sæpe maxima aliorum conentur extollere. Existimant enim principes non paruum infelicitatis genus, si priuatos reliquerint, quos ipsi in summo honore genuissent. Quibus ergo curæ est ne fiat hæreditarium regnum, prudenter eum regem eligunt, cui liberi nulli sunt.*

q ¶*Totum licere.*) *Longo experimento deprehensum est, ueram esse Publianam illam sententiam: Cui plus licet quàm par est, plus uult quàm licet. In rebus grauibus prudens ac graue iudicium esse conuenit. Constat autem res capitum graues esse, utpote in quibus de uita hominis agatur. Meritò igitur apud hos est institutum, ut in ea re plures rex accipiat rectores.* *r* ¶*Cultu rex.*) *Seruatum maximè est apud ueteres, ut pro personarum conditionibus fieret uestium uarietas. Turpe enim existimarunt, si fœret uirorum, puerorum, mulierum, familiarumq; uestis eadem. Cæterum syrma, quo Taprobanæ reges usi feruntur, genus uestis est, quæ in grauioribus poëmatis recitandis ab histrionibus trahebatur. Fuisse syrmate Bacchum usum, canit Seneca Tragœdus in Hercule furente.* *s* ¶*In peccato aliquo.*) *Quanto quis maiori dignitate fungitur, tanto uita & moribus sanctioribus præditus esse debet. Et si quidem is corruptis sit moribus, & aperuerit toti populo fenestram ad uitia,*

quare is mille mortibus non ſit dignus, qui cõmunem peſtem inuehit in cunctos ſubditos? t ¶ *Ambuſta eſt.*) *Eſt enim concors ſcriptorũ ſentẽtia, Taprobanen ſitam eſſe ſub ſydere Cancri: id ſi uerum eſt, quomodo ſuprà dicitur, Septentriones ibi non cõſpici? Præterea dicitur hic, de iugis montium Taprobanæ uideri latus Sericũ, quod indiciũ eſt, inſulam ipſam nõ uſqueadeo in meridiem porrectã, ut nouus orbis æſtimari poſſit.* u ¶ *Certo anni tempore.*) *Ex Plinio omnia iſta habentur, qui ſic ſcribit cap. 35. noni: Has ubi genitalis anni ſtimula uerit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione, impleri roſcido cõceptu tradunt, grauidas poſtea eniti, partumq; concharũ eſſe margaritas, pro qualitate roris accepti. Si purus influxerit, candorem conſpici: ſi uerò turbidus, fœtum fordeſcere: eundem pallere, cœlo minante conceptũ: ex eo quippe conſtare, cœliq; eis maiorem ſocietatẽ eſſe quàm maris, inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina ſerenum. Si tempeſtiuè ſatientur, grandeſcere & partus. Si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si uerò et tonuerit, pauidas ac repentè compreſſas, quæ uocant phyſemata, efficere ſpeciem, uerũ inani inflatam ſine corpore: hos eſſe concharũ abortus. Cæterum dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, pondere, haud promptis rebus, in tantũ ut nulli duo reperiantur indiſcreti. Inde nomen unionum Romanæ ſcilicet impoſuere delitiæ: nam apud Græcos nõ eſt, nec apud barbaros inuentores eius aliud quàm margaritæ. Hæc Plinius.*

x ¶ *Certa examini dux eſt.*) *Quidam tradunt, ſicut apibus, ita concharum examinibus ſingulas magnitudine & uetuſtate præcipuas eſſe ueluti duces, miræ ad cauendum ſolertiæ: has urinantium cura peti, illis captis facilè cæteras palantes retibus includi. Sic quoque Arrianus nomine Megaſthenis ſcribit, Conchas in quibus margaritæ & uniones gignuntur, retibus capi, gregatimq; multas ueluti apes depaſci, regemq; ſuum habere, ac ſi contingat regem comprehendi à piſcatoribus, eas protinus circunfundi, nec uim effugere, fugiente rege & ipſas effugere. Nedum autem in Taprobana, uerũ & in alijs Indiæ regionibus inueniuntur margaritæ. Mittit & Perſicus ſinus circa Arabiam optimas margaritas: quin & Boſphorus Thracius ruſos ac paruos in cõchis habet uniones. Britannia quoque habet paruos uniones atque decolores.*

uictus, morte multatur, nõ tamen ut cuiuſquã attrectetur manu, ſed conſenſu publico rerũ omnium interdicitur ei facultas: etiam colloquij poteſtas punito negatur. Culturæ ſtudent uniuerſi. Interdum uenatibus indulgent, nec plebeias agunt prædas, quippe cum tigrides aut elephanti tantũ requirantur. Maria quoq; piſcationib. inquietãt, marinasq; teſtudines capere gaudent, quarũ tanta eſt magnitudo, ut ſuperficies earũ domũ faciat, & numeroſam familiã non arctè receptet. Maior pars inſulæ huius calore t ambuſta eſt, & in uaſtas deſinit ſolitudines. Latus eius mare alluit peruiridi colore fruticoſum, ita ut iubæ arborũ plerunq; gubernaculis atteran tur. Cernũt latus Sericũ de montiũ ſuorum iugis. Miranter aurum, & ad gratiã poculorũ omnium gemmarũ adhibent apparatũ. Secãt mar mora teſtudinea uarietate. Margaritas legunt plurimas maximasq;. Conchæ ſunt, in quibus hoc genus lapidũ requiritur, quę u certo anni tempore luxuriante conceptu, ſitiunt rorem uelut maritum, cuius deſiderio hiant, & cum lunares maximè liquunter aſpergines, oſcitatione quadã hauriũt humorem concupitũ: ſic concipiunt, grauidæq; fiunt, & de ſaginæ qualitate reddũt habitus unionũ. Nam ſi purũ fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillorũ: ſi turbidũ, aut pallore langueſcũt, aut rufo innubilantur. Ita magis de cœlo q̃ de mari partus habẽt. Deniq; quoties excipiunt matutini aëris ſemen, fit clarius margaritũ: quoties ueſpere, fit obſcurius: quantoq; magis hauſerit, tanto magis proficit lapidum magnitudo. Si repentè micauerit coruſcatio, intempeſtiuo metu cõprimuntur, clauſæq; ſubita formidine, uitia contrahunt abortiua: aut enim perparuuli fiunt ſcrupuli, aut inanes. Conchis ipſis ineſt ſenſus, partus ſuos maculari timent: cumq; flagrantioribus radijs exciduerit dies, ne fuſcentur lapides ſolis calore, ſubſidunt, & ſe profundis ingurgitant, ut ab æſtu uindicentur. Huic tamen prouidentiæ ætas opitulatur: nam candor ſenecta diſperit, & grandeſcentibus conchis flaueſcunt margaritæ. In aqua mollis eſt unio, duratur euiſceratus. Nunq; duo ſimul reperiuntur, unde unionibus nomen datum. Vltra ſemunciales inuentos negant. Piſcantium inſidias timẽt conchæ, inde eſt ut aut inter ſcopulos, aut inter marinos canes plurimum deliteſcant. Gregatim natant. x Certa examini dux eſt, illa ſi capta ſit, etiã quæ euaſerint, in plagas reuertũtur. Dat & India margaritas,

dat etiam

dat etiã littus Britannicũ, ſicut diuus Iulius thoracem, quẽ Veneri genitrici in templo eius dicauit, è Britãnicis margaritis factũ ſubiecta inſcriptione teſtatus eſt. ʏ Lolliam Paulinã Caij principis cõiugem, uulgatũ eſt habuiſſe tunicã ex margaritis ſeſtertio tunc quadringenties æſtimatã: cuius parandę auaritia pater ipſius M. Lollius, ſpoliatis orientis regionibus offendit Caium Cæſarem Auguſti filium, interdictaq; amicitia principis, ueneno interijt. Illud quoq; expreſsit uetus diligentia, quòd ᶻ Syllanis primùm temporibus Romam illati ſunt uniones,

ʏ ¶ Lolliam Paulinam.) Plinij uerba ſic habent: Lolliam Paulinam, quæ fuit Caij principis matrona, uidi ſmaragdis margaritiſq; opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitisq;, quæ ſumma quadringẽties ſeſtertiũ colligebat: ipſam confeſtim paratã nuncupationem tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerant, ſed auitæ opes, prouinciarum ſcilicet ſpolijs partæ. Hic eſt rapinarũ exitus: hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriente, interdicta amicitia à Caio Cæſare Auguſti filio uenenũ biberet, ut neptis eius quadringenties ſeſtertium operta ſpectaretur ad lucernas.

ᶻ ¶ Syllanis temporibus.) Feneſtella tradit primũ cœpiſſe circa Syllana tempora minutas & uiles margaritas: ſed error eſt, cũ Aelius Stilo Iugurthino bello unionum nomen impoſitum, maximè grandibus margaritis, prodat. Plinius in luxum ſui temporis inuehens, cap. 35. noni, de margaritis ſic loquitur: Subeunt luxuriæ eius nomina & tædia exquiſita perdito nepotatu.

Indicum itinerarium. Cap. LXVII.

AB inſula Auſea cõſequens eſt ad cõtinentem. Igitur à Taprobane Indiã reuertamur: conueniet enim res Indicas uidere. Sed ſi Indicis aut urbibus aut nationibus inſiſtamus, egrediemur [a] propoſitæ concinnitatis modũ. Proximã Indo fluminí urbem habuere Capiſſam, quam Cyrus diruit. [b] Arachoſiam Aracotæ flumini impoſitã, Semiramis cõdidit. Cadruſia oppidum ab Alexandro Magno ad Caucaſum conſtitutũ eſt, ubi et [c] Alexãdria, quę patet amplitudine ſtadia triginta. Multa & alia ſunt, ſed hęc cum eminẽtiſsimis. Poſt Indos mõtanas regiones [d] Ichthyophagi tenẽt, quos ſubactos Alexãder Magnus ueſci piſcibus uetuit, nam antea ſic alebant. Vltra hos deſerta Carmanię, Perſis deinde, atq; ita nauigatio, in qua [e] Solis inſula rubens ſemper, & omni animantium generi inacceſſa, quippe quæ nullum nõ animal illatum necet. Ex India reuertentes [f] ab Hytani Carmaniæ flumine ſeptentrio-

SCHOLIA CAP. LXVII.

Principium huius capitis uidetur mendum habere, quo diluẽdo multi deſudarũt. Nam cum exemplaria cõmuniter habeant, Ab inſula Auſea, & nulla inueniatur inſula quæ ſic uocetur, Solini autẽ intentio ſit, ab inſula Taprobane deflectendũ ad continentem Indiæ terram, quibuſdã uidetur hic ſic legendum: Ab inſula autẽ ea cõſequens eſt, ſubaudi, ut redeamus ad continentẽ. Alij alias habent cõiecturas, nos ueriſimiliorẽ ſignauimus. Cæterũ quæ hoc capite Solin. refert, abundè tradit Plin. cap. 23. libri ſexti.

a ¶ Propoſitæ cõcinnitatis.) Dixerat Solinus in proœmio, ſe librũ præparaturũ ad compendiũ, quantũ ratio pateretur, ut in eo non eſſet prodiga copia, nec damnoſa cõcinnitas. Meminit igitur hic ſuæ promiſſionis. b ¶ Arachoſiam.) Capitur Arachoſia aliquando pro regione cõfine Drangianæ, aliquãdo pro urbe illius prouinciæ, ſita iuxta fluuiũ Arachotã. Antiqua exemplaria perperàm hic habent, Erymanto flumini impoſitam. c ¶ Alexandria.) Eſt una Alexandria in Aria: an uerò Solinus illam intelligat, neſcio, præſertim cum non ſit rectum iter per eam ab Arachoſia ad Carmaniam deſertam. Eſt & alia Alexandria in Carmania iuxta fluuium Salam. Vide Ptolemæũ.

d ¶ Ichthyophagi.) Inuenimus in Ptol. Hippophagos & Anthropophagos loca inhabitare ſeptentrionalia: ſed quem locũ occupauerint Piſciuoræ in Aſiæ ampliſsima regione, ex ipſo non conſtat. Sunt Ichthyophagi in Africæ extremis partibus iuxta Troglodytas, ſed de his Solinus hic nõ loquitur, cum dicat ex Piſciuorarũ regione perueniri in Carmaniam deſertam. Habes & Ichthyophagorũ ſinum apud Ptolemæum, ſed iuxta ſinum Perſicum in extremitate Arabiæ Felicis. Sunt alij qui Ichthyophagorũ regionem ponunt ultra Carmanorũ regionem ſecus mare, habentem Gedroſiam ab oriente, ubi tam homines quàm pecora eorum ueſcuntur piſcibus, & rurſum pecorum carnes præbent piſcibus. Piſces ad ſolem aſſant, poſtea ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiſcentes. e ¶ Solis inſula.) Hanc inſulam aiunt uocari Noſalam, & eſt inculta ſacraq; Soli. Plin. dicit eam eſſe cubile Nympharũ rubens, in qua nullum nõ animal abſumitur incertis cauſis. Martianus tamen dicit ui feruoris animalia in ea interire: unde ſi quis imprudens eam adeat, amplius nõ apparet. Habet autem hæc inſula ſitum in ſinu Perſico. f ¶ Ab Hytani flumine.) Flumen Carmaniæ Hytanis, inquit Plinius, portuoſum

& auro fertile. Ab eo primũ septentriones apparuisse adnotauere, Arctiurũ nec omnibus cerni noctibus, nec totis unquam. Hæc Plinius. Quomodo ista cõueniant cum Ptolemæo, qui extrema loca Carmaniæ scribit habere eleuationẽ polarem 20. graduum, Cosmographis discutiendũ relinquo. Ego facilè hic meam possem proferre sententiã, sed prudens calamũ cõtineo. g ¶Achemenidis.) Achemenes primus Persarũ seu Parthorũ rex fuisse dicitur, à quo succedentes reges Persarũ omnes Achemenes dicti sunt. Sunt qui Achemenen Parthorum seu Medorũ dicunt fuisse ciuitatem. De Carmanorum moribus uide Melam lib. tertio.

h ¶Ab Alexandria Aegypti.) Plin. cap. 23. sexti paulò dilucidius describit hoc iter, sic inquiens: Nec pigebit totum cursum ab Aegypto exponere, nunc primũ certa notitia patescente. Digna res, nullo anno imperij nostri minus sestertijs quingentis millibus exhauriente India, & merces remittente, quæ apud nos centuplicato ueneãt. Mille millibus pass. ab Alexandria abest oppidum Heliopolis, inde nauigant Nilo Coptũ 303. millia pass. qui cursus Etesijs flantibus peragitur 15. diebus. A Copto camelis itur aquationũ ratione mansionibus dispositis. Prima mansio appellatur Hydreuma, secũda est in mõte, tertia in altero Hydreumate &c. tandem peruenitur ad Berenicen oppidum, ubi portus maris rubri. Et quia maior pars itineris conficitur noctibus propter æstus, & statim die absumuntur, totum à Copto Berenicen iter duodecimo cõficitur die. Nauigare incipiũt æstate media ante Canis ortum, aut ab exortu protinus, ueniuntq; circiter 30. die Ocelin Arabiæ aut Canan thuriferæ regionis. Est & tertius portus qui uocatur Muza, quem Indica nauigatio nõ petit, nec nisi thuris odorumq; Arabicorũ mercatores. Intus oppida regia, eius unum appellatur Saphar, aliud Sabe. Indos autem petentibus utilissimũ est ab Oceli egredi: inde uento Hipalo nauigant diebus 40. ad primũ emporium Indiæ. Muzirum non expetendum propter ueticinos piratas, qui obtinent locum nomine Hydras, neq; est abundans mercibus. Præterea longè à terra abest nauium statio, lintribusq; efferũtur onera quæ geruntur. Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Baracen conuehitur, uocatur Cottonara. Ex India renauigant mense Aegyptio Tybi incipiente, nostro Decembri, aut utiq; Mechiris Aegypti intra diem sextum, quod fit intra Idus Ianuarias nostras: ita euenit, ut eodem anno remeent. Nauigant autem ex India uento Vulturno, & cum intrauere rubrũ mare, Africo uel Austro. Hæc Plinius. Tota hæc nauigatio dirigitur ad promontoriũ Indiæ, quod hodie Caliculh uocant, iuxta quod & insulam Baracam constat sitam, ex decima Asiæ Ptolemaica tabula. Porrò monoxylæ lintres, sunt nauigia quæ ex solo ligno sunt fabricata: nam μόνος est unum seu solum, & ξύλον lignum. i ¶Chelonophagi.) Sonat hæc græca uox testudiniuoros. Græci enim χελώνην testudinem, & φάγον uoracem dicunt. Vnde Plinius cap. 24. lib. sexti: In Carmaniæ angulo sunt Chelonophagi, testudinum superficie casias tegentes, carne uescentes &c. Ptolemæus ponit Chelonophagos sub tropico Cancri in Carmania.

SCHOLIA CAP. LXVIII.

Scribit & Pomponius Mela de Arabico & Persico sinu, sed paulò aliter quàm Solinus. Arabici, inquit, sinus & os arctius et latitudo minor est, maior aliquãto recessus, & multò magis longa latera, init penitus, introrsusq; dum Aegyptum penè & montem Arabiæ Casium attingit, quodam fasti-

De sinu Persico atq; Arabico, deq; Azanio mari. Cap. LXVIII.

IRrumpit hæc littora rubrum mare, idq; in duos sinus scinditur: quorũ qui ab oriente est, Persicus appellat, quandoquidem oram illam habitauere

ptentriones primũ uident. g Achemenidis in hac plaga sedes fuerũt. Inter Carmaniæ promõtorium & Arabiam quinquaginta millia passuum interiacent deinde tres insulæ, circa quas Hydri marini egrediunt uicenûm cubitorum longitudine. Dicendum hoc loco, quatenus ab h Alexandria Aegypti pergat usq; in Indiam. Nilo uehente Copton usq; Etesijs flãtibus cursus est. Deinde terrestre iter Hydreum tenus. Pòst transactis aliquot mansionib. Berenicen peruenit, ubi rubri maris portus est. Inde Ocelis Arabiæ portus tangitur. Proximum Indiæ emporium excipit Muzirum, infame piraticis latronibus. Deinde per diuersos portus Cottonaræ succeditur, ad quam monoxylis lintribus piper conuehunt. Petentes Indiam, ante exortum Canis, aut protinus post exortum nauigia media æstate soluunt. Reuertentes nauigant Decembri mense. Secũdus ex India uentus est Vulturnus. At cum uentum est in rubrum mare, aut Africus, aut Auster uehunt. Spaciũ Indiæ decies septies centena & quinquaginta millia passuum proditur. At Carmaniæ centũ millia, cuius pars nõ caret uitibus. Præterea habet genus hominum, qui nõ alia quàm testudinis carne uiuunt, hirsuti omnia facie tenus, quæ sola leuis est. Iidem corijs piscium uestiuntur, i Chelonophagi cognominati.

uere Persidis populi, uicies & sexagies centena millia passuum circuitu patens. Ex aduerso unde Arabia est, alter Arabicus uocatur: oceanũ uerò qui ibi influit, Azanium nominarũt. Carmaniæ Persis annectitur, quæ incipit ab insula [a] Aphrodisia, uariarum opum dives, translata quondam in Parthicũ nomen, littore, quo occasui obiacet, porrecta in millia passuũ quinquaginta. Oppidum eius nobilissimum [b] Susa, in quo templũ Susiæ Dianæ. A Susis [c] Babytace oppidũ centũ trigintaquinq; millibus passuũ distat, in quo mortales uniuersi odio auri coëmunt hoc genus metalli, & abijciunt in terrarũ profunda, ne polluti usu eius, auaritia corrumpant æquitatem. Hic [d] inconstantissimus est terrarum modus, nec immeritò, quum aliæ circa Persida nationes schœnis, aliæ parasangis, aliæ incomperta disciplina terras metiantur, & incertam fidem faciat mensuræ ratio discors.

gio minus ac minus latus, & quò magis penetrat, angustior. Sic Diodorus Siculus lib. 4. Arabici sinus ostia, inquit, patẽt ad oceanum qui meridiem respicit, plurium stadiorum longitudine, quæ Arabiæ Troglodytarumq; finibus terminatur. Ex his autoribus manifestum est, sinum Arabicũ & mare rubrum idem esse, sicut & sinus Adriaticus non differt à mari Veneto. Solinus autẽ hic scribit, mare rubrum efficere sinum Arabicum, & alterum ab altero seiungit, ut uidelicet intelligas sinum latiorem aquarum effusionem, quæ post angustias Troglodyticas iuxta littus Arabiæ consurgit, unde & aqua in recessum Persicũ sese diffundit, & alterũ efficit sinum. a ¶Aphrodisia.) *Græci ἀφροδίτην Venerem dicũt, datumq; est huic insulæ nomen istud, quòd in ea Venus religiosissimè coleretur. Vocatur alio nomine κελαὰς, & habet locũ in sinu Persico, ubi Persis à Carmania dispescitur. Meminimus & suprà quomodo Persis olim translata fuerit in Parthicũ nomen.* b ¶Susa.) *Testantur Strabo & Herodotus hanc urbem quoq; Memnoniam dictam, à Memnone Tithoni patre, scribuntq; eius urbis ambitum complecti centum & uiginti stadia, figuræ esse oblongæ. In ea urbe, ut Plinius tradit, uctus fuit Persarum regia, dicta Susa, ἀπὸ τῶ κρίνου, hoc est, à lilijs, quorum est in ijs locis ingens copia: incolæ enim regionis eius susa lilia nuncupant, imò Hebræi & omnes Syri uocant lilium susan.* c ¶Babytace oppidum.) *Plinius: Tigridis alueo oppidum est Babytace: abest à Susis 135. M. passuum. Ibi mortalium soli aurum in odio contrahunt, id defodiunt, ne quo cui sit in usu.* d ¶Inconstantissimus modus.) *Inconstantiam illam uocat uariam metiendæ terræ rationem, cum quidam utantur schœnis, alij parasangis, & alij alia mensura. Est autem σχοῖνος inter alia significata mensuræ genus quo terram metiuntur, constans secundum Herodotum sexagenis stadijs. Parasange autem secundum eundem constat tricenis stadijs. Plinius cap. 14. lib. duodecimi dicit schœnum habere stadia quadraginta, hoc est, passus quinq; millia. Alij sunt, inquit, qui 22. stadia singulis schœnis dedere. Sunt alij qui & Plinij locum uitiatum asserunt, pro XL. legentes LX.*

De Parthia, & Cyri sepulchro. Cap. LXIX.

PArthia quanta omnis est, à meridie rubrum mare, à septentrione Hyrcanum salũ claudit. Regna in ea duodeuiginti dissecantur in duas partes. Vndecim quæ dicuntur superiora, incipiũt ab Armenio limite, & Caspio littore porrecta ad terrã Scytharũ, quibus cõcorditer degunt. Reliqua septẽ inferiora (sic enim uocitant) habent ab ortu Arios Arianosq;, Carmaniam à medio die, Medos ab occidui solis plaga, à septentrione Hyrcanos. Ipsa autẽ Media ab occasu transuersa, utraq; Parthię regna amplectit. A septentrione Armenia circundatur, ab ortu Caspios uidet, à meridie Persidẽ, deinde tractus hic procedit usque ad castellum quod Magi obtinent [a] Passargada nomine. Hic Cyri sepulchrum.

SCHOLIA CAP. LXIX.

De Parthorum regione ita scribunt historici: Parthia est regio nemorosa, montana, & inops frugum. Gens ipsa primùm ob scuriſſima, postea Macedonibus seruiuit, sed procedente tempore tantum in uirtute creuerunt, ut non tantum finitimis imperarent, sed à Romanis, omnium gentium uictoribus, bello petiti, eos magnis cladibus uicerunt. Post defectionem Macedonici imperij sub regibus fuit, & Arsaces ab Arsace primo rege dicebãtur. Nos ut potuimus, in angusta tabula expreſsimus situm Parthiæ cum circũiacentibus regionibus, quarum mentionem hic facit Solinus. Sequuti autem sumus Ptolemaicam descriptionem, à qua Solinus paululum discrepat, si plagas orbis exactè animaduertas. a ¶Passargada.) *Quidam legunt Passagarda. Et scribit Strabo lib. 15. idcirco Cyrũ regem Passargadas in honore habuisse, quòd ibi Astyagem Medum ultimo prælio superarit: quo loco plura de Cyri sepulchro refert. Curtius lib. 10. scribit, quòd cum Alexãder Magnus illuc uenisset, iussit aperiri Cyri sepulchrũ, in quo erat conditũ eius corpus, cui dare uolebat*

inferias. Auro argentoq; repletum esse credidit, ita Persæ uulgauerant: sed præter clypeum eius patrem, & æneus duos Scythicos & acinacem nihil reperit. Cæterum corona aurea imposita, amiculo, cui assueuerat ipse, solium in quo corpus iacebat uelauit: miratus tanti nominis regem, tantis præditum opibus, haud preciosius sepulchrum habere, quàm si fuisset ex plebe.

SCHOLIA CAP. LXX.

Chaldæorum regio denominata est Babylonia, à Babylone metropoli regni, quæ primum nomen Babel sortita est à cõfusione linguarum quæ in eo accidit loco, ut caput undecimum Geneseos explicat: cuius confusionis meminit & Sibylla in hunc modum: Cum omnes mortales una lingua uterentur, quidam ex ijs altißimã turrim ædificauerunt, cœlum per eam cupientes scandere: dij uerò turbines mittentes euertêre turrim, & propriã atq; diuersam unicuiq; tribuere linguam, unde urbem quoq; contigit appellari Babylonem. Hæc Iosephus capite 9. primi Antiquitatũ. Quis uerò primùm cõdiderit Babylonem, sunt multæ inter autores opiniones. Diodorus Siculus, Iustinus, Strabo & Ouidius scribunt eam à Semiramide primũ constructam. Berosius uerò dicit Belum secundũ Assyriorũ regem fundamenta Babyloniæ oppidi magis q̃ urbis iecisse, postea Semiramis ex oppido fecit urbem. De magnitudine eius sic scribũt: Vrbs Babylon in ingẽti planitie sita est, forma quadrata. Magnitudine quoq; uersus centenũm uicenũm stadiorũ: in summa quadringentorũ & octoginta in circuitu quatuor laterũ urbis. Strabo uerò lib. 16. aliter scribit, nempe in hunc modũ: Babylon, inquit, in campo iacet, muri ambitum habet 385. stadiorum: eius crassitudinem pedum 32. altitudinem inter turres cubitorum quinquagenũm, turriũ ipsarũ sexagenum: uiam super mœnibus tam latam, ut quadrigæ occurrentes facile pertransire possint, unde & hoc ex septem spectaculis orbis unũ dicitur. Non cõuenit inter autores de circuitu huius urbis, quibusdam plura signantibus stadia, alijs pauciora. Sed fieri potest quòd hæc diuersitas hinc nata sit, quòd nõ sit apud omnes eadem stadiorũ quantitas. a ¶Inuentorẽ cœlestis disciplinæ.) Plin. cap. 26. sexti: Durat adhuc, inquit, in Babylone Iouis Beli templum. Inuentor hic fuit syderalis scientiæ. Capite uerò 56. libri septimi Astrologiam dicit reperisse Atlantem Libyæ filium. Alij eius inuentionẽ tribuunt Abrahamo patriarchæ, alij alijs. Berosius lib. 3. dicit Noham docuisse homines astrorũ cursus, annumq; distinxisse ad cursum solis, & duodecim menses ad motũ lunæ. Sed fieri potest ut à multis hæc ars sit adinuenta, sed à nullo perfectè, donec singuli suas inuentiones in unum contulerint, aut quod prior inuenit, posterior excolucrit. b ¶Ctesiphontem.) De hac ciuitate Strabo uolumine 16. sic scribit: Prope Seleuciam uicus maximus est nomine Ctesiphon, in quo Parthorum reges hyemant, Seleuciæ parcentes, ne à Scythia & militari natione oppimerentur. Hic uicus ciuitatis potentiam ac magnitudinem habet, adeò ut Parthorum multitudinem & apparatũ omnem recipiat, ac uenalia & necessaria artificia illis suppeditet. In eo Parthorum reges in hyeme propter aëris temperiem degere solent, æstate uerò in Hyrcania & Ecbatanis agunt. c ¶Tempus est.) Vult hic Solinus ostendere, mare etiam esse nauigabile ab Azanio mari usq; ad Atlanticũ oceanum, hoc est, ad Gades & Fortunatas insulas, cum terra uersus polum Antarcticum non tam longa sit sicut est ad polum Arcticum: imò frons Africæ, quam Caput bonæ spei uocant, gradum quadragesimum ab æquatore non excedit, hoc est, si abscinderes totam portionem terræ, quam parallelus ille qui transit per Corsicam insulam maris mediterranei, ad septentrionem relinquit, extenderetur tunc terra ad aquilonem & austrum æquali latitudine. Nihil est igitur quod prohibeat nauigationem posse fieri ab India ad mare Atlanticum, sicut & Iuba quem Solinus citat, docuit, cum ultra quadragesimũ ab æquatore gradum, præter raras quasdam insulas, nulla terra, sed uastißimũ mare in austrum porrigatur. Cæterum ab Arabico sinu, aut si mauis, ab Azanio mari, occurrũt multa promontoria in littoribus Africæ, quorum quædã hic Solinus describit, sed hodie à Lusitanis alia sortita sunt nomina. Nam dum à Lusitania soluũt, primũ ueniũt ad Mederam, deinde ad Canarias seu Fortunatas insulas, hinc ad Caput album, deinde ad regnũ Senegæ, ab hoc regno ad Caput uiride, promontoriũ insigne: hinc ad regnũ Gambræ, ab eo ad Sagres & ad regnũ Meli, tandem

De Babylone, de Atlantico oceano, de Gorgonum ac Fortunatis insulis. Cap. LXX.

CHaldææ gentis caput Babylon est, à Semiramide condita, tam nobilis, ut propter eam & Assyrij & Mesopotamij in Babyloniæ nomen transierint. Vrbs est sexaginta millia passuum circuitu patens, muris circundata, quorũ altitudo duocentos pedes detinet, latitudo quinquaginta, in singulos pedes ternis digitis ultrà quàm mensura nostra est altioribus. Amne interluitur Euphrate. Beli ibi Iouis templum, quem[a] inuentorem cœlestis disciplinæ tradidit etiam ipsa religio, quæ deum credit. In æmulationẽ urbis huius[b] Ctesiphontẽ Parthi condiderũt. [c]Tempus est ad oceani oras reuerti, represso in Aethiopiam stylo. Nanq; ut Atlanticos æstus occipere ab occidente & Hispania iandudum dixeramus, ab his quoq; partibus mundi unde primũ Atlan-

Atlantici nomen induat, exprimi par est. Pelagus Azaniũ usq; ad Aethiopum littora promouetur, Aethiopicũ [d] ad Mossylicum promontorium, unde rursus oceanus Atlanticus. Iuba igitur uniuersæ partis quã plurimi propter solis ardorẽ peruiam negauerunt, facta etiam uel gentiũ uel insularũ cõmemoratione ad confirmandæ fidei argumentũ, omne illud mare ab India usq; ad Gades uoluit intelligi nauigabile, Cori tamen flatibus, cuius spiritus præter Arabiam, Aegyptum, Mauritaniam euehere cẽtuis queant classem, dummodo ab eo promõtorio Indiæ cursus dirigat, quod alij Lepten acran, alij Drepanũ nominauerũt. Addidit & stationum loca, & spaciorũ modum. Nam ab Indica prominentia ad Malachum insulam, affirmat esse quindecies centena millia passuum, à Malacho ad Sceneon ducenta uigintiquinq; millia. Inde ad insulam Sadanũ centum quinquaginta millia; sic confici ad apertũ mare decies octies centena & septuagintaquinq; millia. Idem opinioni plurimorũ, qui ob solis flagrantiã, maximam partis istius regionem ferunt humano generi inaccessam, sic reluctatur, [e] ut mercantium ibi transitus infestari ex Arabicis insulis dicat, quas Ascitæ habent Arabes, quibus è re nata datũ nomen est. Nam bubulis utribus cõtabulatas crates superponunt, uectatiq; hoc ratis genere, prætereuntes impetũt sagittis uenenatis. Habitari etiã Aethiopiæ adusta Troglodytarũ & Ichthyophagorũ nationibus, quorum Troglodytæ [f] tãta pernicitate pollent, ut feras quas agitant, cursu pedum assequant̃. Ichthyophagi non secus quàm marinæ belluæ nando in mari ualent. Ita exquisito Atlantico mari usq; in occasum, etiam Gorgonum meminit insularum. [g] Gorgones insulę, ut accepimus, obuersę sunt promontorio quod uocamus [h] Hesperionceras. Has incoluerunt Gorgones monstra, & ea nè adhuc mõstrosa gens habitat. Distant à continenti biduí nauigatione. Prodidit deniq; Xenophon Lampsacenus, Hannonem Pœnorũ regem in eas permeauisse, repertasq; ibi fœminas aliti pernicitate, atq; ex omnibus quæ apparuerant duas captas, tam hirto atq; aspero corpore, ut ad argumentũ spectandæ rei, duarum cutes miraculi gratia inter donaria Iunonis suspenderit, quæ durauere usq; in tempora excidij Carthaginensis. Vltra Gorgonas Hesperidum insulæ, sicut Sebosus affirmat, dierũ quadraginta nauigatione in intimos maris sinus re-

li, tandem ad extremã Africæ frontem, quã Caput bonæ spei uocãt: hinc cursus nauis reducitur ab austro uersus æquatorẽ per uariarum gentiũ et insularũ littora, donec tandem superato sinu Barbarico perueniatur ad Indiam. d ¶ *Mossylicũ promontorium.*) *Ptolemæus uocat hoc promontoriũ & emporiũ, scribitq; simplici s, Mosylon, et est apud Troglodytas in angulo terræ ubi sunt angustiæ maris rubri inter Arabiam Felicem & regionẽ Troglodytarũ, habens ex opposito in Arabia Felice promontorium Ocelis. Poteris igitur illuc signare in tabula quã pro Asia ordinauimus. Porrò promontorium Drepani, quod in India Solinus dicit esse, in Ptol. nõ inuenitur, quod ego sciã: nec Malachi, Sceneos, Sadani insularũ mentionem facit.* e ¶ *Vt mercantium ibi transitus.*) *Plin. sic habet: Quin & cõmercia ipsa infestant ex insulis Arabes Ascitæ appellati, quoniã bubulos utres binos sternentes ponte, piraticã exercent sagittis uenenatis. Habent proinde hoc nomẽ Ascitæ ob rem ipsam, sonat enim ἀσκὸς Græcis utrem.* f ¶ *Tanta pernicitate.*) *Scribit Plin. cap. 29. sexti, gentes Troglodytarum Thermodoas à uenatu dictos, & mira uelocitate. Nam Græci θηρατὴν uenatorẽ dicũt.*

g ¶ *Gorgones insulæ.*) *Gorgonibus ab horrendo aspectu & uelocitate nomen inditum est. Græci enim γοργὸν tum terribilem, tum uelocem dicunt. Gorgones itaque monstris perniciſsimis non absimiles, occidentem uersus in extremus orbis finibus habitasse, constans est autorum sententia. Aduersus has Perseus eximia fortitudine præstans, non paruo discrimine bellum gesſit. Fuerunt autem Phorci filiæ tres, unæ & Phorcides à patre cognominatæ sunt. Earum nomina fuerunt, Euriale, Stheno, & Meduſa. Cum uerò Gorgones sæpe uicinis Atlantibus bellum intulisſent, ad postremũ tandem à Myrina Amazonum regina Atlantidũ gratia precibusq; impulſa, uictæ ac penitus deletæ narrantur.* h ¶ *Hesperionceras.*) *Sonat hæc uox, occidentale cornu, & est extremum Africæ continentis promontorium, ubi scilicet ueluti in fronte circumaguntur naues in occasum ac mare Atlanticum, quod hodie uocant Caput bonæ spei. Contra hoc promontorium Gorgones insulæ narrãtur, Gorgonum mulierum quondam domus, bidui nauigatione distantes à continenti, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetrauit in eas Hanno Pœnorum Imperator, prodiditq; hirta fœminarũ*

corpora uiros pernicitate euasisse, duarũq; Gorgonum cutes, argumenti & miraculi gratia, in Iunonis templo posuit, spectatas usq; ad Carthaginem captam. i ¶Fortunatas.) Vocantur hæ insulæ Fortunatæ ob nimiam earum fertilitatem rerumq; copiam: eas nũc Hispani appellant Canarias, ob id quòd canibus maximè abundent. Absunt à Gadibus milliarib. Hispanicis 1200. ponunturq; sub parallelo transeunte per Syenen. Inhabitant proinde quasdam earũ gentes ferinæ, quibus nulla est religio, nullus dei timor, nulla uerecundia, quippe qui nudi incedunt bestiarum more. Translatas ferunt nostro æuo in eas insulas Creticas uites, quæ ibi non ignobilius uinum proferũt quàm in Creta ipsa. k ¶Ombrion.) Græci ὄμβριον pluuialem dicunt. Hoc tempore numerãtur decem insulæ Fortunatæ, quarũ septẽ sunt cultæ, tres desertæ. Quæ coluntur, uocantur Fractalancea, Magna sors, Grancamaria, Teneriffa, Gienera, Palma, Ferro. Ex his quatuor colũt Christum, & tres idolis seruiunt. l ¶Ferulæ.) Est ferula genus fruticis, de qua uide Plin. cap. 22. lib. 13. m ¶Capraria.) A caprarum multitudine uidetur nomen habere, sicut Canaria à canibus dicitur, & Niuaria à niue, quam tamen quidam uocant Ningariam à ningendo. n ¶Duo exhibiti.) Plinius sic habet: Ex quibus perducti sunt à Iuba duo. Quin apparent ibi uestigia ædificiorum. Quum autem copia omnes, pomorum & auium omnis generis abundent, hanc & palmetis caryotas ferentibus, ac nuce pinea abundare. Esse copiam quoque mellis. Papyrum quoque & Siluros in amnibus gigni. Sunt autem caryotæ fructus palmarum, quos & dactylos & palmulas uocant. Silurus uerò piscis est magnus, non absimilis ei quem sturionem uocant, qui in Nilo Aegypti flumine frequens est, & in Danubio quoq; nonnunquam inueniri perhibetur.

cesserunt. [i] Fortunatas insulas contra læuam Mauritaniæ traduntiacere, quas Iuba sub meridiem quidẽ sitas, sed proximas occasui dicit. De harum nominibus expectari magnum mirum reor, sed intra famam uocabuli res est. In prima earum, cui nomen est [k] Ombrion, ædificia nec sunt, nec fuerũt. Iuga montium stagnis madescunt. [l] Ferulæ ibi surgunt ad arboris magnitudinẽ. Earum quæ nigræ sunt, expressæ liquorem reddũt amarissimum. Quæ candidæ, succos reuomunt etiam potui accommodatos. Alteram insulam Iunoniam appellari ferunt, in qua pauxillæ ædes ignobiliter ad culmen fastigiatæ. Tertia huic proximat eodem nomine, nuda omnia. Quarto loco [m] Capraria appellat, enormibus lacertis plusquam referta. Sequitur Niuaria aëre nebuloso, & coacto, ac propterea semper niualis. Deinde Canaria, repleta canibus, forma etiam eminentissimis: inde etiam [n] duo exhibiti Iubæ regi. In ea ædificiorum durant uestigia. Auiũ magna copia, nemora pomifera, palmeta caryotas ferentia, multa nux pinea, larga mella, amnes siluris piscibus abundantes. Perhibent etiam expui in eam undoso marí belluas, deinde cum monstra illa putredine tabefacta sunt, omnia illic infici tetro odore, ideoq; non penitus ad nuncupationem suam congruere insularum qualitatem.

POLYHISTORIS CAII IVLII SOLINI
VNA CVM SCHOLIIS, FINIS.

Subiecimus Solino hic sub finem, amice lector, totius Asiæ maioris picturam, in qua singulas, quoad fieri potuit, expressimus regiones in quas Asia ipsa distribuitur, nisi ubi loci angustia nobis obstaculo fuit, potissimũ in Asia minori. Huic tamen defectui succurrimus per aliam figuram, quam posuimus suprà capite quinquagesimoprimo, quæ explicatius tibi ad oculos ponit Asiæ minoris atq; multarũ Syriarum regiones. Africæ uniuersalem descriptionem habes capite 40. Europæ autem figurationẽ expressiorem inuenies infrà in Pomponio mox post principium. Asiæ ab oriente in præsenti tabula adiecimus extremam oram, ut à nostri æui hominibus est explorata.


Septentrionales regiones
Mare congelatum
tanais
Sarmatia
Scythia
Moscouia
Aræ Cæsaris
Columnæ Alexandri
ASIA
Iaxartes flu.
Sacarum regio
Pontus Euxinus
Mare Caſpium
oxus
Sogdiana
Græcia
ASIA MINOR
Euphrates
tigris
Media
Hyrcania
Bactriana
Caucaſus
Parthia
Aria
Paropamiſus
Chaldæa
Perſis
Aegyptus
Arabia Deſerta
Carmania
Drãgiana
Arachoſia
Gedroſia
Vandus
Ganges
Sinus Perſi.
Indus
Felix
Bettigo
INDIA
AFRICA
Ocelis
Calicuth
Troglodytæ
Oceanus Azanius
Aethiopia
Aequinoctialis circulus
Taprobana quæ & Sumatra
Regnum Melli
Tropicus Capricorni
Caput bonæ ſpei
Madagaſcar
Gorgones


Terra incognita
Anthropophagi
nis zonæ noſtræ
Regnum Cumaniæ
OR
Tartaria magna
Seres
Regnum Cathay
Serici & Emodij montes
Extrema Indiæ
Tropicus Cancri
India extra Gangem
Prouincia Sym
Sinarum regio
Sinus magnus
Ciamba prouincia
Aurea Cherſoneſus
Regnum Murſuli
Regnum Malacha

IN POMPONII MELAE COSMOGRAPHI TRES LIBROS DE SITV ORBIS PRAEFATIO.

Vantus feruor fuerit olim in doctis hominibus ad explorandum orbis ſitum, ſatis indicant plurimorũ relicta ſcripta. Quot citat Strabo, qui tempore Chriſti ſaluatoris noſtri fuit, qui ante illum in Coſmographia ſcripſerunt? Subſequutus Ptolemæus, habuit & is qui ante illum ſcripſerunt, quos in ſuo opere imitaretur, & rurſum quos carperet. Succeſſit utriq; Pomponius Mela, aut ſaltem Ptolemæo coæuus fuit, qui non minori induſtria in ipſa Hiſpania conſcripſit orbis ſitum, quàm Strabo in Græcia, aut Ptolemæus in Aegypto. Coæuum dico fuiſſe Ptolemæo, quia fuit ante Plinium & Solinum, cum eius ſcripta ab illis citentur. Coniectura quidam mouentur illum fuiſſe ſub Iulio Cæſare, alij ſub Claudio Imperatore, quod in tertio libro ſic ſcribat: Britannia qualis ſit, quales q; progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur: quippe tandiu clauſam aperit ecce principum maximus, nec indomitarum modò ante ſe, uerum ignotarum quoque gentium uictor, qui propriarum rerum fidem ut bello affectauit, ita triumpho declaraturus portat. Hæc ille. Quis nunc princeps ille maximus fuerit inter Romanos Imperatores qui triumphauerit de deuicta Britannia, ſtudioſi lectoris hic relinquimus iudicio, ſcientes in rebus obſcurioribus naſutis non poſſe ſatisfieri. Quod autem Melam fuiſſe Hiſpanum diximus, ipſe de ſe id dicit libro ſecundo, nempe quod fuerit oriundus ex Mellaria Beticæ (quæ hodie eſt Granata) oppido, unde quidam eum magis Mellam quàm Melam cognominant: ſed quàm concinnè adiectiuum maſculinum Mella à Mellaria formẽt, ipſi uiderint. A familia ſua magis uidetur habere cognomen Melæ, quàm à patria. Sed de hoc ſatis. In præfatione ſua pollicetur compendiò tradere ſitum orbis, etſi id ſatis difficile ſit, ob multa aſpera gentium locorum q; uocabula, quæ ſi pergas explicare, longa oratione opus erit, quæ magis faſtidium apud lectorem quàm gratiam conciliabit: tamen materiæ utilitas, dictionis ornatum facile adæquabit, uel etiam ſuperabit. Dicit proinde ſe hunc obſeruaturum ordinem, ut primum ſtrictim explicet formam uniuerſæ terræ, & in quas partes potiores diuidatur, quæ habitari queant, & quæ humanam manſionem non admittant. Deinde ad particularia ſe conuertens loca, à maritimis orſus eſt, quod olim potentiſſimæ urbes eſſent ſitæ in littoribus maris, ut ſunt Carthago, Roma, Alexandria, Venetiæ, Byzantium, Genua, Narbona &c. licet poſtea quoq; cœperint in terris non minores ædificari urbes, quales multæ ſunt in Gallia, Germania & Sarmatia, nempe Lutetia, Mediolanum, Lugdunum, Colonia Agrippina, Erdfordia, Norimberga, Vienna Auſtriæ, Vlma, Buda, Cracouia, & aliæ pleræq;: & quamuis quædam earum olim quoq; extite-

terint, tamen interim supra modum incrementum acceperunt in diuitijs, potentia & ædificijs, id quod satis claret in Lugduno & Mediolano. Sed ad Melam reuertamur. Hic mare ingressus, ut littora procurrũt, ita urbes & maritimas describit regiones. Hæret in duobus primis libris in mari mediterraneo, quod Romanis cum suis littoribus magis fuit notum atq; frequentatum, quàm interiores gentium regiones. In tertio uerò libro describit pelagus quod ab extra terram circumluit, adijciens quæ memoranda in regionibus singulis atque earum incolis inueniuntur.

PETRVS IOANNES OLIVARIVS GEOGRAPHIAE STVDIOSO S.

QVISQVIS es, qui has nostras annotatiunculas legeris, sic habeto, me tantum curasse, ut Mela nusquam non mendosus prodiret castigatior: deinde, ut ueteribus nominibus noua redderem. Alterum præstitimus, iudicio eruditissimorum uirorum, & in primis Guilielmi Budæi: alterum, quod difficile uisum fuit, cum ob mutata oppida & delera, tum etiam ob frequentes inundationes, reddidimus quanta potuimus diligentia. Nam Vadianus, uir omnium iudicio eruditissimus, præter ea quæ ex uarijs autoribus citat, unde facile colligere possis hominem multæ fuisse lectionis, raro adducit quo uel locos deprauatos emendet, uel desideratos restituat, contentus illa doctissima ostentatione: quanquam ijs quæ ad historiam spectant, non minus ualuerit ille, quàm digressionibus prolixissimis & molestissimis. Sed ne aliquis putet me id dixisse, ut officerem nomini Vadianico, sciat me in plerisque lectorem ad Vadianum mittere, ut apud eundem latissimè colligat uel historiam uel fabulam. Cæterum quod attinet ad locos difficiles, quos Vadianus uel negligit, uel subticet, illud magnis sudoribus effecimus ut essent uel omnibus clariores: quod an præstiterimus, aliorum Geographorum sit iudicium, quorum censuram libenter subituri sumus, modò id fecerit in publicum commodum, cui perpetuò studemus. Vale.

POMPONII MELAE COSMOGRAPGI DE ORBIS SITV LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

RBIS ſitum dícere aggrédior, impedítum opus, & facundíæ minímè capax (conſtat enim ferè ex gentium locorumq; nominibus, & eorum perplexo ſatís ordine, quem perſequí longa eſt magís quàm benígna matería) uerùm aſpící tamen cognoſciq; digníſsimum: & quod ſi non ope ingenij orantis, at ipſa ſui contemplatione precium operæ attendentium abſoluat. Dícam autem aliàs plura, & exactíus: nunc autẽ ut quæque erunt clariſsima, & ſtrictím. Ac primo quidem, quæ ſit forma totíus, quæ maxímæ partes, quo ſingulæ modo ſint, utq; habitentur, expedíam. Deínde rurſus oras omnium & littora, ut intra extraq; ſunt, atque ut ea ſubít ac circumluit pelagus, additís quæ ín natura regionum incolarumq; memoranda ſunt. Id quò facílius ſcíri poſsít atq; accípi, paulò altíus ſumma repetetur.

PETRI IOANNIS OLIVARII VALENTINI IN PROOEMIVM Pomponij Melæ de ſitu orbis, ſcholia,

Præfátur operis pondus, uarietatem, obſcuritatem, & perplexum argumentum: deinde quid in hoc libro & in alijs perſequetur. Dicere.) *Nam orator præfátur, dicunt enim oratores: ſed nouè* Dicere *pro deſcribere dixit.* Materia.) *Oratorium eſt.* Ope.) *Modeſtiam indicat.* Orantis.) *Nimirum talis uoluit haberi in prooemio.* Forma.) *An uidelicet ſphærica, rotunda, aut alterius figuræ.* Intra.) *Ad ſinus refertur.* Additis quæ.) *πρὸς τὴν τροπογραφίαν ſpectat.*

Mundi in quatuor partes diuiſio. Caput primum.

MNe igitur hoc, quícquíd id eſt, cui mundi cœlíq; nomẽ índidímus, unũ eſt, & uno ambitu ſe cúnctaq; amplectitur. Partibus díffert: unde ſol orítur, oriens nuncupatur aut ortus: quò demergítur, occídens uel occaſus: quà decurrit, meridies: ab aduerſa parte, ſeptentrio.[a] Huius medío terra ſublímis cingitur undíque mari: eademq; ín duo latera, quæ hemiſphæría nominantur, ab oriente diuiſa ad occaſum, [b] zonis quínq; díſtinguitur. Mediam æſtus infeſtat, frígus ultímas: reliquæ habitabiles, paría agunt anni

ENARRATIO CAPITIS PRIMI.

Tanta connexione cœlum, terra, & omnia elementa intermedia copulantur, ut unum ſphæricum efficiant corpus, & omnia puncta, lineæ & circuli, quos in cœlo imaginamur, correſpondenter ſua loca habeant in terra, ut ſunt poli, æquator, tropici, & alia id genus inſtrumenta, per quæ in cœli clariorem peruenimus notitiam. Cum enim terra ueluti centrum ſit cœli, in nullã deflectens à meditullio uniuerſi partem, neceſſe eſt ut linea à polo in polum tracta per medium tranſeat terræ, & cœlum ambitu, deinde & motu ſuo æquali diſtantia ubiq; à ſuperficie eius reuoluatur, aduectu ſolis orientem, abductu uero occidentem conſtituens. Septentrio uerò & meridies alia cõſtituuntur ratione, ut illis qui habitant ſub æquatore nulla ſit plaga meridionalis, aut duæ, cum meridies illis ſpectet in æſtate noſtra à ſeptentrione, hyeme autẽ ab auſtro. a ¶ *Huius medio terra ſublimis.*) *Videtur Pomponius ſic terram aſpexiſſe, perinde quaſi medium pomũ in aqua natet, cuius ſuperficiei apex undiq; mare habet in demiſſo loco: ſed abſit ut tantus Coſmographus tam uulgariter orbis faciem ſtudioſo lectori proponat. Hoc potius uidetur uelle, ut qui cõſtituitur ſub æquatore, ubi mediũ terræ eſt, ſummũ teneat terræ locum, cuni uterq; polus ibi in horizonte deliteſcat, & mare ibi uideatur cingere extremitates horizontis. Eſt enim in ſeptentrione mare, eſt & in occidente ultra Hiſpaniam & Mauritaniã, eſt deniq; in meridie: ſed in oriente nõ eſt, niſi in extremis Indiæ partibus in oppoſitũ hemiſphæriũ aliquot gradibus ire contendas. Numerato enim ab Hiſpaniæ extremitate medio circulo in orientem, hoc eſt, 180. gradibus, adhuc fere 50. graduum ſpaciũ terræ protenditur uſq; ad extremã Indiæ oram.* b ¶ *Zonis quinq; diſtinguitur.*) *Hemiſphæriũ noſtrũ ab antiquis in quinq; diuiditur zonas. Duæ ſupponũtur polis, una æquatori, & aliæ duæ intercipiuntur media & extremis. Media quæ eſt ſub æquatore, dicitur à quibuſdam habere magnũ æſtum: ex-*

tremæ uerò quæ sunt sub polis infestantur frigore excellenti. Intermediæ temperatæ sunt, non nimio æstu torridatæ, nec excellenti frigore rigescentes. c ¶Antichthones.) Intelligit Antipodes, qui uestigia sibi mutuò opponũt, pedesq; obuertũt: hoc est, qui ex diametro terræ superficiẽ inhabitant, quales ferè sunt qui intẽperatas inhabitant zonas: illi enim paria agunt anni tempora, uerũ nõ pariter, ut cum illis est æstas, nobis est hyems, & econtra. Et cognito nostræ zonæ situ, cognosci potest & alterius situs, nõ obstante ardore intercedentis plagæ. Sic enim ueteres putarũt alterã temperatam zonam haud potuisse adiri propter intolerabilem torridæ zonæ æstum: at contrarium hodie nautæ experiuntur, cum circa tropicos maiores deprehendant esse æstus quàm sub ipso æquatore. Ratio huius est, quòd sol in tropicis constitutus, radios demittit perpendiculares, deinde dies ibi

anni tempora, uerùm nõ pariter. c Antichthones alteram, nos alteram incolimus. Illius situ ob ardorẽ intercedẽtis plagæ incognito, huius dicendus est. d Hæc ergo ab ortu porrecta ad occasum: & quia sic iacet, aliquanto quàm ubi latissima est, longior: e ambitur omnis oceano, quatuorq; ex eo maria recipit, unum ab septentrione, à meridie duo, quartum ab occasu. Suis locis illa referentur. Hoc primũ angustum, nec amplius decem millibus passuum patens, ter- 10
ras aperit atq; intrat, tum longè lateq; diffusum abigit uastè cedentia littora, ijsdemq; ex diuerso propè coëuntibus adeò in arctum agitur, ut f minus mille passibus pateat. Inde se rursus, sed modicè admodum laxat, rursusq; etiam cq; fuit arctius exit in spacium: quo cum est acceptum, ingens iterum & magnum, & paludi (cæterum exiguo ore) coniungitur. Id omne quà uenit, quaq; 20

sunt longiores quàm sub æquatore, & diutius moratur sol in illo parallelo quàm in æquatore: nam in duobus mensibus uix tantundem ab illo parallelo declinat, quantum in quatuor diebus recedit ab æquatore.

d ¶Hæc ergo ab ortu porrecta.) Describit hic Pomponius nostram zonam, dicitq; illam ubi latissima est, hoc est, ubi nullum intercipit mare, non adæquare longitudinem: nam longitudo porrigitur ab extrema Indiæ ora, & desinit in fines Hispaniæ. Latitudo uerò accipitur à tropico Cancri usq; ad parallelum illum qui describitur circumactu poli ecliptic æ, & hæc intercapedo comprehendit gradus 43. Incipit enim ab eleuatione poli grad. 23. & minut. 30. desinitq; ubi polus attollitur grad. 66. atque dimidio. Longitudo uerò est fermè 220. graduum, si solam terram metiaris. Hanc zonam expressimus suprà in figura Asiatica, quam Solino adiecimus.

e ¶Ambitur omnis oceano.) Alluitur quidem nostra zona oceano à septentrione, ab oriente & ab occidente, sed non à meridie. Quatuor maria quæ sese huic zonæ insinuant, sunt mare mediterraneum, Persicum, Arabicum, & Caspium. Mediterraneum ab occasu ingreditur, Caspium secundum quosdam à septentrione, Persicum & Arabicum à meridie. Porrò occidentale mare, hoc est, mediterraneum, primum angustum est, & ueluti per fauces apud Gaditanos terram ingreditur, littoraq; Africæ & Europæ usqueadeo distendit, ut à Liguria in Africam undecim ferè numerentur latitudinis gradus, in faucibus autem Abylinis non sit latitudo quartæ partis unius gradus. f ¶Minus mille passibus.) Loquitur de angustijs Hellesponti, per quas Xerxes rex Persarũ fecit pontem cum cõtra Athenienses pugnaret, ubi Europa cõiunctissima est Asiæ, intercedente solum arctissimo mari, ad cuius ripas sitæ sunt ciuitates Abydos & Sestos, quas memoratus Xerxes ponte coniunxit, ut exercitũ suũ traduceret. De hoc uide Iustinum lib. 2. Porrò quãdo Mela subijcit, Inde se rursus, sed modicè admodũ laxat, intelligit Propõtidem, quæ in Bosphoro Thracio prope Constantinopolim iterũ in tantas cõtrahitur angustias, ut etiam teste Plin. alituũ cantus canumq; latratus utrinq; audiantur, nisi cum uenti uocis sonum auferunt. Hinc rursum consurgit latissimũ mare Euxinũ, quod uersus septentrionem per Bosphorũ Cimmeriũ ueluti per fauces transmittitur in paludem Mæoticam. g ¶Nostrũ mare dicitur.) Refertur hic nostrum, ad Europæ habitatores



quaq; dispergitur, uno uocabulo nostrũ mare dicitur. Angustias introitũq; uenientis, nos fretum, Græci πορθμὸν appellant.[h] Quà diffunditur, alia aliis locis cognomina acceptat. Vbi primum se coarctat, Hellespontus uocatur: Propontis, ubi expandit: ubi iterũ pressit, Thracius Bosphorus: ubi iterum effundit, pontus Euxinus: quà paludi cõmittit, Cimmerius Bosphorus: palus ipsa, Mæotis. Hoc mari & duobus inclytis amnibus,[i] Tanai & Nilo, in tres partes uniuersum diuiditur. Tanais à septentrione ad meridiem uergens, in mediã ferè Mæotida defluit: & ex diuerso Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet à freto ad ea flumina, ab altero latere Africam uocamus, ab altero Europen: ad Nilum Africam, ad Tanaim Europen. Vltra quicquid est, Asia est.

habitatores, quorũ est mare mediterraneũ cum omnibus similibus eius. *h* ¶ *Quà diffunditur.)* Vocatur enim in diuersis locis diuersis nominibus, ut mare Balearicũ, mare Ligusticum, mare Tyrrhenum, mare Carpathicũ &c. *i* ¶ *Tanai & Nilo.)* Quomodo mare mediterraneũ, Tanais & Nilus orbem terræ in tres distinguant partes, Europam, Asiam, & Africã, uideri potest in tabula quam Solino pro Asiæ descriptione adiecimus. Quidam tamen non Nilo, sed mari rubro aiunt Asiam distingui ab Africa.

PETRI IOANNIS OLIVARII SCHOLIA IN CAP. I.

Mundum inprimis quatuor distinguit partibus. Deinde terram quinque regionibus, quas zonas appellat. Mare uerò in quinq; distribuit maria, Oceanum, Mediterraneum, Caspium, Persicum, & Arabicum. Indicat *postea tria freta, & duos ingentes amnes, quibus terra ipsa in tres diuisa est partes.* Vno ambitu se.) Igitur sphæricum est: refertur ad ea uerba Proœmij, Quæ sit forma totius. Oriens.) Oriens dicitur omnis pars terræ, in qua sol oritur. Hinc est, quod punctum mobile uocatur. Græcis est ἀνατολὴ, Italis Leuante, Germanis Ost. Occidens.) Occidens est, ubicunque Sol occidit, punctum etiam mobile, Græcis est δύσις, Italis Ponente, Germanis Vuest. Meridies.) Duo sunt puncta fixitia, Meridies & Septentrio, sed immobilia. Meridies Græcis est μεσημβρία, Italis Mezo Giorno, Germanis Zuyd. Septentrio.) Græcis est ἄρκτος, Italis Tramontana, Germanis Norden. Hemisphæria.) Semisphæria. Mediam æstus.) Quia diu sol decurrit per eam. Non pariter.) Quia quando nobis est hyems, habitantibus alterum hemisphærium est æstas: & quando nobis æstas, illis hyems. Antichthones.) Aduersus terram habitantes, Antipodes. χθὼν, terra est, & ἀντὶ, aduersus, cõtra. Nec est dubium quin sint Antichthones, post apertas nauigationes. Illius situ ob ardorem.) Seculo Pomponij nemo ausus fuit mediterranea Africæ peragrare: existimabant enim hanc plagam adeò feruere æstibus, ut non posset habitari. Mela sui seculi sententiam refert, dicens: Sunt multi qui ibi agant, fateor. Sed seculo Melæ nemo fuit qui hoc fateretur. Hallucinati sunt, dices, quotquot fuere illo tempore? quasi uerò ignoratio esset hallucinatio. Fateor planè eos ignorasse hemisphærium Antichthonũ, sed nec propterea hallucinatos fuisse. Quid igitur errauit Mela, si cum suo seculo ignorauerit alterum hemisphærium, & nauigationem per zonam torridam? Ambitur omnis oceano.) Homero & Aristoteli terra insula est. Vnum à septentrione.) Nilum fabulosius, & in quo magis hallucinata sit antiquitas. Argumentum erroris fuit, quòd à mari Caspio usq; ad Oceanum Septentrionalem parum terræ tractum ueteres faciebant: hinc existimabant mare Caspium ex Oceano defluere. A meridie duo.) Persicum & Arabicum intelligit. Quartum ab occasu.) Mediterraneum, siue nostrum. Hoc primum.) Mediterraneum. Fretum.) Dictum à feruendo, autore Varrone. Vulgus hunc feruorem uocat Corrente: inde omnia freta nauigantibus sunt inuisa. πορθμὸν.) Id est, traiectum, de græco uerbo πορθμεύω, quod est traijcio. Primum fretum dicitur Gaditanum, uulgò Gibraltar, corrupto uocabulo. Nam antea Gibel lingua Arabica dicebatur, quæ dictio sonat montem. Hellespontus.) Nunc El far de Gallipoli. Thracius Bosphorus.) Nunc El far de Constantinopoli. Far significat strictum, seu angustiam maris. In tres partes.) Varro in duas, Asiam & Europam. Veteres apud Herodotũ in quatuor, Asiam, Africam, Europam, & Aegyptum. Recentiores in tres tantum: nam Aegyptum Asiæ partem faciunt.

Summa Asiæ descriptio. Cap. II.

TRibus hanc è partibus tangit oceanus, ita nominibus ut locis differens. Eous ab oriente, à meridie Indicus, à septentrione Scythicus. Ipsa ingenti ac[a] perpetua fronte uersa ad orientem, tantum

SCHOLIA CAP. II.

Alluit, inquit hic Mela, Asiam oceanus ex tribus partibus seu plagis mundi, meridie scilicet, oriẽte & septentrione. Ab oriente oceanus Eous &c. *a* ¶ *Perpetua fronte.)* Præter unum mare Caspium, Asia nullas habet interruptiones marium, sed cõtinua successione extenditur in orientẽ,

clauditurq; iuxta ueterũ inuentionẽ ora latissima. Sed cum nostro æuo plurimũ terræ accesserit Indiæ, per nouas explorationes & nauigationes, paulò aliam formã cornu Asiæ induit quàm hic Mela describat.

b ¶Inde cum aliquatenus solida processit.) Quàm solidũ & rectũ procedat littus Indicũ, ostendit tabula Asiæ Solino adiecta. Certè magni sinus ex occano meridiano in Asiæ terram ingrediũtur, qui sinuosum efficiunt littus atq; inæquale, etiam si Arabicũ mare atq; Persicum non numeremus.

c ¶Ex Scythico Caspiũ recipit.) Sic pleriq; sentiũt, mare Caspium nasci ex occano septentrionali, sed Ptolemæus secus mare illud describit, ut inter ipsum & occanũ septentrionalem lata intercedat terra. Nõ igitur Asia ea parte qua mare Caspiũ tenet angustior est, ut hic Mela refert, sed eodem tenore procurrit in orientẽ, & tandem desinit in oram strictiorem, ut tabula ipsa Asiæ ostendit. Ab occidente uerò terminatur ad maria nostra præter extremitatem septentrionalem, quæ desinit ad Tanaim fluuium, & extremitatẽ meridionalem, quam terminat Nilus. d ¶Ora eius cũ alueo Nili.) Sensus est, si ab ostio Nili sequaris littus maris mediterranei, deduceris in Syriam, & hinc per Ciliciam ibis obuiã mari Aegæo, ut nõ sine magno ambitu per littora maris ueniás in Cariã aut Asiam minorẽ, quas regiones Mela hic frontẽ uocat Asiæ. Ab ea fronte peruenitur ad Hellespõticas fauces, inde Propontis paululũ dilatatur, et rursum in Bosphoro cõtrahitur, et ab illis angustijs distenditur in pontũ Euxinum, & tandem per Bosphorum Cimmeriũ patet aditus in Mæoticas paludes, quæ recipiunt Tanaim fluuiũ, ad cuius ripam habitãt Scythæ, post hos sequũtur Seres, & tandem Indi. Indi tenent extremitatem orientalem, & Scythæ occidentalem, Seres autẽ mediam Asiæ partem. Nostra tamen tempestate totus ille tractus Asiæ septentrionalis occupatur à Tartaris, et Indi tenent meridionalem plagam, nisi ubi ob nimios calores cõmoda habitatio esse nequit. e ¶Hunc populi Persarum.) Sinũ, inquit, Persicũ ambiunt Persæ, & sinũ Arabicũ Arabes, ut scilicet Arabes extendantur usq; ad Nilum, ultra Nilum uerò Aethiopes cõmorentur. Vltra sinũ autẽ Caspium olim habitauerunt Amazones, ac inde Hyperborei, quos tamen quidã ponũt citra Tanim in Europa. Ex reliquis mediterraneis gentibus quas hic Mela enumerat, quædã celebres sunt apud autores, aliæ obscuræ. Pharmacotrophi Scythæ sunt, sic dicti quòd uenenũ comedant. Georgi uerò nomẽ habere uidentur ab agricultura. f ¶Moschi.) Hi hodie tenẽt extrema Europæ à septentrione, cõfines Polonis & Lithuanis. g ¶Medi, Armenij.) Recensẽt Mela gentiũ nomina eo ordine

ibi se in latitudinem effundit, quantũ Europa & Africa, & quod inter ambas pelagus immissum est. b Inde cum aliquatenus solida processit, ex illo oceano quem Indicum diximus, Arabicum mare & Persicũ, c ex Scythico Caspium recipit: & ideo quà recipit, angustior, rursus expanditur, & fit tam lata quàm fuerat. Deinde cum iam in suum finem, aliarumq; terrarũ confinia deuenit, media nostris æquoribus excipitur: reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanaim. d Ora eius cum alueo Nili amnis ripis descẽdit in pelagus, & diu sicut illud incedit, ita sua littora porrigit: deinde fit ueniẽti obuiam, & primũ se ingenti ambitu incuruat, pòst se ingenti fronte ad Hellesponticũ fretũ extendit, ab eo iterũ obliquat ad Bosphorũ, iterumq; ad Ponticũ latus curua, aditũ Mæotidos transuerso margine attingit. Inde eam gremio ad Tanaim usq; complexa, fit ripa, qua Tanais est. In ea primos hominũ accepimus ab oriẽte, Indos, Seres & Scythas. Seres media fermè Eoæ partis incolunt, Indi & Scythæ ultima, ambo latè patentes, neq; in hoc tantũ pelagus effusi: spectant enim etiam meridiem Indi, oramq; Indici maris (nisi ubi æstus inhabitabilem efficiunt) diu cõtinuis gentibus occupant. Spectant & septentrionem Scythæ, ac littus Scythicũ (nisi un de frigoribus arcentur) usq; ad Caspium sinum possident. Inde proxima est Ariane, deinde Aria & Gedrosis & Persis ad sinum Persicum: e hunc populi Persarum ambiunt, illum alterum Arabes. Ab his, quod in Africam restat, Aethiopum est: illic Caspiani Scythis proximi, sinum Caspium cingunt. Vltra Amazones, ultraq; eas Hyperborei esse memorantur. Interiora terrarum multæ uariæq; gentes habitant, Candari & Paricani, Bactri & Susiani, Pharmacotrophi, Bomarei, Coamani, Rophanes, Dahæ. Super Scythas Scytharumq; deserta, ac super Caspium sinum, Comari, Massagetæ, Caduſij, Hyrcani, Hiberi. Super Amazonas & Hyperboreos, Cimmerij, Scythæ Eniochæ, Georgi, f Moschi, Corsitæ, Phoristæ, Riphaces: atque ubi in nostra maria tractus excedit, Mardi, Antibarani: & notiora iam nomina, g Medi; Armenij, Comageni, Murrani,

Murrani, Vegeti, Cappadoces, Gallogræci, Lycaones, Phryges, Pisidæ, Isauri, Lydi, Syrocilices. Rursus ex ijsquę meridiē spectāt, [h] eædē gentes interiora littora tenēt usq; ad sinū Persicum. Super hunc sunt Parthi & Assyrij, [i] super illum alterū Babylonij. Et [k] super Aethiopas, Aegypti. Ripis Nili amnis & mari proxima, ijdem Aegyptij possidēt: deinde [l] Arabia angusta fronte sequentia littora attingit. Ab ea usq; ad flexū illum quē suprà retulimus, Syria, & in ipso flexu Cilicia: [m] extra autem, Lycia & Pamphylia, Caria, Ionia, Aeolis, Troas usq; ad Hellespontum. Ab eo Bithyni sunt ad Thracium Bosphorū. Circa Pontum aliquot populi alio alioq; fine, omnes uno nomine Pontici dicuntur: ad lacum, Mæotici, ad Tanain Sauromatę,

eo ordine quo situ habent in terra: nam Medis sunt cōfines Armenij, Armenijs Comagini & Cappadoces, Cappadocibus Gallogræci, qui & Galatæ, ad quos diuus Paulus unā epistolā scripsit. His iunguntur Lycaones, Phryges &c. Quod autem Pomponius hic meminit Syrocilicū, et nō absolutè dicit Cilicū, fieri potest quòd Ciliciam in duas diuinxerit partes, eamq; quæ Syriæ cōtermina est uocarit Syrociliciā. h ¶ *Eædem gentes.*) *Sensus est, in locis meridionalibus Asiæ sunt gentes quæ ferè cōmunem habēt Syriæ appellationē, sicut et in septentrione tam uariæ gentes uno nomine Scythæ appellantur: unde & una lingua utūtur Syri, Mesopotami, Chaldæi, Assyrij, & aliæ circumiacentes regiones, quā sacræ literæ plerunq; Arameam uocāt.* i ¶ *Super illū alterū.*) *Dicit Babylonios sitos super alterū sinum, quem scilicet, ut prius, intelligit Arabicū: unde & quidā scripserunt, Euphraten fluuiū qui labitur per Babyloniā, mergi in sinum Arabicū: sed ex Ptol. aliud colligitur, nempe & Babyloniā & Euphraten cōnecti sinui Persico.* k ¶ *Super Aethiopas Aegypti.*) *Fuerat hic magis dicendum, infra Aethiopas sitam Aegyptū, cum Nilus ex Aethiopia descendat in Aegyptū: sed uidetur Mela respectum habuisse ad polum arcticū, ut ea superiora esse dicantur, quæ illi sunt propinquiora.* l ¶ *Arabia angusta.*) *Post Canopicū Nili ostium supra mare rubrū prominet frons quædam Arabiæ usq; in mare mediterraneum, cui inflexu ipso iungitur Syria. Vide suprà in Solino figuram quam posuimus pag. 81.* m ¶ *Extra autem.*) *Regiones in fine huius capitis enumeratas, inuenies suprà in figura quam Solino pag. 38. adiecimus.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. II. SCHOLIA.

Perpetua fronte.) *Nō interrupta, sed integra, uersus orientem & septentrionem. Tantū ibi se in latitudinem.*) *Hæc referuntur ad secula Melæ, quibus nondum tota Africa innotuerat. Cum aliquatenus solida.*) *Ex ignoratione illarum regionū hæc dixit Mela. Nō erant hæc littora maris Indici plenè cognita Pomponij tempore: constat enim ex recentioribus nauigationibus, non posse solidam esse ad meridiem, ob sinum Arabicum, Persicum, sinum Caticolpicum, Gangeticum, & Magnum. Ex Scythico Caspium.*) *Diximus ignorasse antiquitatem, distantiam ab Hyrcano mari usq; ad Oceanum septentrionalem, & propterea incidisse in illum errorem.*

Rursus expanditur.) *In littore maris Rubri, uersus Aegyptum. In suum finem.*) *Hoc est, ad Caput bonæ spei, nunc Cabo de bona sperança, uersus meridiem, & Tanaim uersus septentrionem. Media.*) *Hoc est, mediam circumluit nostrum mare siue mediterraneum. Deinde fit uenienti obuiam.*) *Ad flexum Syriacum. Ingenti ambitu.*) *A Peluſio ostio, & oppido nunc Damiata, usq; ad Cariam regionem Asiæ minoris. Obliquat.*) *Vtcunq; flectitur in Propontide. Iterum curua.*) *Ad Pontum Euxinum. Aditum.*) *Cimmerium Bosphorum ostendit. Transuerso margine.*) *Hoc est, angulum faciente. Indos.*) *Ab oriente & meridie retinent nomen. Diuisa est India in superiorem & inferiorem. Inferior, in Indiam extra Gangem, & Indiam intra Gangem. Superioris sunt regna præcipua Cathai, Mulpha, Cyanba, Chaiam Thebet, Bocat, & regnum Mursuli, Moabor, Moabat, & regnum Var, nunc Synarum, Lusitani uocant Chinarum. India extra Gangem habet Lamay regnū, & prope Malaqua: India intra Gangem, Narsingam, regnum potentissimum, & propè caput Curiæ Callicut, regnum & ciuitatem, ubi & Canamor, Torma patain, Pandarani, Bisnagar, Bartacala. Seres.*) *Orientalis regio Sereca, & magis mediterranea quàm Scythica & India superior, inter Scythas & Indos sita. Huius regionis sunt prouinciæ Camul & Chichitalis. Scythas.*) *Quotquot sunt à parte illa orientali quæ prouincia Tangut uocatur, usq; ad Rha fluuium, omnes uno nomine Scythæ dicuntur, & tota regio nostro seculo Tartaria. Principiò ab oriente sunt Scythæ: extra Imaum montem, ramentum Tauri, sunt quidem Tartari: apud quos est Tangur, Cathaia, & Halor, subiecta omnia magno Cham regi Tartarorum. In Scythia intra Imaum sunt alij Tartari, usq; ad Rha, ut diximus: postea usq; ad Tanaim sunt Sarmatici Asiatici. Persis.*) *Retinet nomen, cuius dominus est Sophus. Quod in Africam.*) *Intellige meridiem uersus: nam septentrionem uersus Aegyptus est.*

Hyperborei.) *Scythæ sunt, & Tartari. Sunt tamen qui dicant eos Europæos esse. Parthi.*) *Parthi & Assyrij sub ditione Sophu regis. Caria.*) *Ab ea usq; ad Bithyniam regio Asia minor dicitur, nunc Anatolia & Turgia. Sauromatæ.*) *Sarmatæ Asiatici, inter quos sunt Magni Bulgari.*


Scandia
Tanais
Scotia
Hyber-
nia
Anglia
Moſcouia
Mæotica palus
Sarmatia
Mare Britannicum
Germania
RO
PA
Rhenus
Pontus Euxinus
Danubius
Gallia
Conſtantinopolis
Alpes
Sinus Adriaticus
ASIA MINOR
Mare Tyrrhenum
Italia
EV
Pyrenei
Græcia
Maiorica
Corſica
Mare Aegæum
Rhodus
Cyprus
Hiſpania
Sardinia
Mare Io-
nium
Candia
Peloponneſus
Fretum Gaditanum
Sicilia
Carthago
Mare mediterraneum
AFRICA

Summa Europæ descriptio. Cap. III.

EVropa terminos habet, ab oriente Tanaim & Mæotida, & Pontum: à meridie, reliqua nostri maris: ab occidente, [a] Atlanticum: à septentrione Britannicum oceanum. [b] Ora eius, forma littorum, à Tanai ad Hellespontum, quà ripa est dicti amnis, quà flexum paludis ad Bosphorũ redigit: quà Ponto, Propontidi, & Hellesponto latere adiacet, contrarijs littoribus Asiæ nõ oppositа modò, uerumetiã similis est. Inde ad fretum nunc uastè retracta, nunc prominens, tres maximos sinus efficit, totidemq; in altũ se magnis frontibus euehit. [c] Extra fretũ ad occidentem inæqualis admodũ, præcipuè media, quà procurrit ad septentrionem: nisi ubi semel iterumq; grãdi recessu abducitur penè ut directo limite extenta est. Mare quod primo sinu accipit, [d] Aegæum dicitur: quod sequenti, in ore Ionium: Adriaticum, interius: quod ultimo, [e] nos Thuscum, Graij Tyrrhenum perhibent. Gentium prima est [f] Scythia, alia quàm dicta est: à Tanai, media fermè Põtici lateris. Hinc in Aegæi partem continens, Thraciæ ac Macedoniq; adiũgitur. Tum [g] Græcia prominet, Aegæũq; ab Ionio mari dirimit. Adriatici latus Illyris occupat. [h] Inter ipsum Adriaticũ & Thuscum Italia procurrit. In Thusco intimo Gallia est, ultrà Hispania est. Hæc in occidentem, denicq; etiam ad septentrionẽ diuersis frõtibus uergit. Deinde [i] rursus Gallia est longè, & à nostris littoribus, hucusq; promissa. Ab ea Germani ad Sarmatas porrigũtur, illi ad Asiam. Hæc de Europa.

SCHOLIA CAP. III.

Non opus habet hoc Pomponij caput multa declaratione, sed unica Europæ figura, quã adiecimus, satis omnia explicat quæ hic commemorantur. Exponam tamen aliqua quæ hic simplici lectori difficilia aut obscura uideri possent. a ¶ *Atlanticum.*) *Est mare Atlanticum proprie, quod Libyæ alluit littora, ab Atlante Mauritaniæ monte sic denominatum. Pomponius uerò denominationẽ illam ultra fretum Gaditanũ in Hispanias quoq; trahit, quòd tam exiguus maris ingressus Hispaniam diuidat à Mauritania.* b ¶ *Ora eius.*) *Extremitatem & terminum Europæ orientalem intelligit, quæ à Tanais fonte incipit, & extenditur per ripas Tanais, Mæoticæ paludis, ponti Euxini, Bosphori, Propontidis &c. in meridiem. Inspice figuram Europæ hic adiectam, & omnia clarius uidebis in ea quàm calamus exprimere possit: uidebis enim oculo, quomodo Asiæ & Europæ littora contra se ponantur, iam contrahuntur, iam porriguntur, & rursum ab inuicem distenduntur, qui inæqualis procursus uarios efficit sinus. Vbi littora Asiæ & Europæ ad sese propius accedunt, fretum efficiunt, & ubi à se distenduntur uel retrahuntur, maria constituũt. Rursus ubi ora terræ frõtes mittit in mare, sinus efficit, ut est circa Peloponnesum & circa Italiam. De his uarijs maris anfractibus plura suprà scripsimus in Solino cap. 36. sub litera r. Tres maximi sinus quorum hic meminit Mela, sunt hi. Primus est à Gaditano freto usq; ad extremum Italiæ promontorium: secundus ab hoc promontorio, ucl ab alio sibi oppo-*

sito (est enim extrema Italiæ ora bifrons) usq; ad frontem Epiri, quam Acroceraunion uocant: & tertius ab hac fronte usq; ad Hellespontum. c ¶ *Extra fretum.*) *Hæc intelligenda sunt de figura Europæ, quam habet à Gaditano freto per littora Hispaniæ, reflectens se à septentrione, & procurrens in orientẽ inæquali limite. Hæc ex adiecta pictura aduertere poteris.* d ¶ *Aegæum dicitur.*) *De mari Aegæo scripsimus suprà in Solino cap. 36. sub litera r. Porrò Ionium mare sic dictum quidam putant à Ionio Dyrrachij filio, quem imprudenter à se occisum in mare proiecit Hercules, ut defuncti memoriam propagaret. Alij alias habent coniecturas. Est autem mare illud inter sinum Adriaticum & Peloponnesum. Sinus Adriaticus hanc nomenclaturã habet ab Adria ciuitate, cuius uestigia prope Ferrariam adhuc uideri asserunt.* e ¶ *Nos Thuscum.*) *Vocatur mare illud quod alluit citeriorem Italiam Thuscum, à Thuscia regione: & Tyrrhenum à Tyrrheno Lydi fratre atq; Athys filio, qui è Mæonia discedens uenit in Italiam, occupauitq; oram maritimam quæ est citra Liguriam.*

f ¶ *Scythia alia.*) *Duplex est Scythia: una in Asia, cuius suprà meminit: alia in Europa, cuius mentionem hic facit.* g ¶ *Græcia prominet.*) *Peloponnesus, inquit, quæ longè in mare porrigitur, dirimit Aegæum mare ab Ionio.* h ¶ *Inter ipsum Adriaticum.*) *Efficiunt hæc duo maria, Adriaticum & Thuscum, peninsulam Italiam, id quod pictura docet.* i ¶ *Rursus Gallia est.*) *Gallia, inquit, alluitur à meridie nostro mari, quod est mediterraneum, & à septentrione mari Britannico &c.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. III. SCHOLIA.

Tanaim.) *Nunc Tana dicitur. Nunc uastè retracta.*) *Ad sinum Aegæum, Adriaticũ, & ad Thuscum refertur. Prominens.*) *In Peloponneso, & in promontorio Calabriæ. Præcipuè media.*) *Versus Pyrenæos, ad*

fontem Rabiam. Vbi semel.) Apud fontem Rabiam. Iterum.) In Germaniam. Pomponius reliquit sinum Danorum. Abducitur.) Dictio familiaris Melæ, retrahitur. Directo limite.) Directo margine & littore, id est, perpetua est, nisi in fine Pyrenæorum, & in Germania: nam tres sinus facit. Aegæum.) Dictum autore Varrone, ab hinnulis, quod in eo mari scopuli à similitudine caprarum, αἰγῶν uocentur. Sequenti in ore.) Os appellat, & non sinum Corinthiacum: quanquam reuera sinus est. Mare Aegæum protenditur ab Hellesponto usque ad sinum Megaricum in Peloponneso: à sinu uerò Megarico usque ad os sinus Adriatici Ionium. Mare Aegæum nunc dicitur Archipelago: nam complectitur Syriacum, quod nunc est El mar de Suria. Mare Adriaticum ab Adria oppido dictum, iam non extat: erat enim prope Venetias. Nunc hoc mare dicitur La Canal de Venecia. Scythia.) Duplicem indicat Scythiam, sicut duplicem Sarmatiam: Scythiam Asiaticam, quæ pars est Tartariæ: & Europæam, quæ Hunnos, Moschobitas, Lituanos comprehendit. Hinc.) Hoc est à medio latere Ponti, usque ad Aegæi partem est Thracia, cuius metropolis est Constantinopolis, ubi Mediterranei sunt Bulgarij & Valachi. Tum Græcia prominet.) Peloponnesum intelligit, nunc est La Morea.

Illyris.) Nunc Sclauonia. In Thusco intimo Gallia.) Ita est, si nomine Galliæ comprehenderis cisalpinam & transalpinam. Diuersis frontibus.) Primum sacro promontorio quod nunc dicitur Cabo de San Vincente. Deinde Nerio, quod nunc est finis terræ in Compostella. Tum Gobeo in Britannia minore, nunc est Sanctus Mattheus. Postea Dacico, ubi sunt liberæ ciuitates, quarum præcipua est Lubecum. Dictæ nunc, ciuitates Ostrelingorum. A nostris littoribus.) Maris mediterranei. Ad Sarmatas.) Nunc Polonos: id est, usque ad Visulam amnem, distinguentem Sarmatiam à Germania.

SCHOLIA CAP. IIII.

Hic in primis te, lector, mittimus ad Solinianam figuram, quã pro Africa ordinauimus cap. 40. ubi uidebis Africam undiq; mari cinctam, præter portionẽ aliquam terræ, quæ est prope Canopicum Nili ostium, inter mare rubrum & mare mediterraneũ. Ab austro tamen nõ extendimus picturam ipsam usq; ad oceanum meridionalem, sed resecuimus portionem aliquam ab Africa, quæ & ueteribus Cosmographis fuit incognita. Quòd autem Mela Africam breuiorem asserit esse Europa, rectè sentit, qui eã ab occidente extendit usque ad Nilum. Sin longitudinem eius metiamur ab Atlantico mari usq; ad mare rubrum & Troglodytarum orientalem oram, longior erit Africa Europa, aut saltem æquè longa, cum littora utriusq; partis, tam ab occasu quàm ab exortu eisdem incipiant & finiantur meridianis. a ¶ Nec usquam Asiæ.) Certè Troglodytarum regio obtenditur Arabiæ, & Cyrenaica prouincia opponitur Cariæ, & parum abest quin & Aegypti pars Ciliciæ opponatur. Sed facilè hic defendi potest Mela, præsertim qui Troglodytas extra Africam ponit. b ¶ Longior ipsa quàm latior.) Metitur hic Mela Africam ut suo tempore fuit explorata, etiamsi infrà mentionẽ faciat extremi Africæ cõtinentis promontorij, quod hodie uocant Caput bonæ spei, de quo in Solino cap. 70. sub litera e & h nõnihil diximus. Vt nostro tempore est explorata, latitudo superat longitudinẽ: nam in longitudine habet gradus 56. in latitudine autem 64. c ¶ Vtq; inde procedit.) A Nilo, inquit, Africa sensim erigitur in montiũ uertices, quousq; ueniatur ad Atlantem. Sed quomodo incurua pergat ad occasum, finiaturq; ibi, ubi maximè angusta est, difficilẽ uidetur habere sensum, nisi angustias illas referas ad fretũ Gaditanũ. d ¶ Quantũ incolitur.) Vide in Solino cap. 37. sub litera e, quid scripserimus ex autoribus de fertilitate & sterilitate Africæ. e ¶ Africa.) Subaudiendum, minor: ea enim ponitur inter Numidiam & Cyrenas.

Summa Africæ descriptio. Cap. IIII.

AFrica ab oriẽtis parte Nilo terminatur, pelago à cæteris: breuior est quidem cẽ Europa, quia [a] nec usquã Asiæ, & nõ totius huius littoribus obtenditur. [b] Longior tamen ipsa, quàm latior: & quà ad fluuium attingit, latissima. [c] Vtq; inde procedit, ita media præcipuè in iuga exurgens, pergit incurua ad occasum, fastigiatq; se molliter, & ideo ex spacio paulatim adductior. Vbi finitur, ibi maximè angusta est. [d] Quantum incolitur, eximiè fertilis. Verũ quòd pleraq; eius inculta, & aut arenis sterilibus obducta, aut ob sitim cœli terrarumq; deserta sunt, aut infestantur multo ac malefico genere animalium, uasta est magis quàm frequens. Mare quo cingitur septentrione, Libycũ: à meridie, Aethiopicum: ab occidente, Atlanticum dicimus. Ab ea parte quæ Libyco adiacet, proxima Nilo prouincia, quam Cyrenas uocant. Deinde, cui totius regionis uocabulo cognomen inditum est, [e] Africa. Cætera Numidæ & Mauri tenent: sed Mauri in Atlanticum pelagus expositi. Vltrà Nigritæ sunt, & Pharusij, usque ad Aethiopas. Hi & reliqua huius, & totum latus quod meridiem

Post

meridiem ſpectat, uſq; in Aſiæ confinia poſſident. At ſuper ea quæ Libyco mari abluuntur, Libyes Aegyptij ſunt, & [f] Leucoæthiopes, & natio frequens multiplexq; Getuli. Deinde latè uacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas, pòſt Augilas & Troglodytas, & ultimos ad occaſum Atlantas audimus. Intrà (ſi credere libet) uix iam homines, magisq; ſemiferi [g] Aegipanes, & Blemmyæ, & Gamphaſantes, & Satyri, ſine tectis paſsim ac ſedibus uagi, habent potius terras quàm habitẽt. Hæc ſumma noſtri orbis, hæ maximæ partes, hæ formæ gentesq; partium. Nunc exactius oras ſitusq; dicturo, inde eſt cõmodiſsimũ incipere, unde terras noſtrum pelagus ingrediẽt: & ab ijs potiſsimũ, [h] quæ influenti dextra ſunt. Deinde ſtringere littora, ordine quo iacent: peragratisq; omnibus quę mare attingũt, legere etiam illa quæ cingit oceanus, donec curſus incœpti operis intrà extraq; circumuectus orbem, illuc unde cœperit redeat.

Poſt Numidiam ſequitur duplex Mauritania, Cæſarienſis et Tingitana. Tingitana extenditur ad mare Atlanticũ. Hinc ſi pergas ad auſtrũ, occurrent Nigritæ, Senegenſes, Gambrenſes, Mellenſes &c. Mela poſt Nigritas ponit Pharuſios, inde Aethiopes, qui extenduntur uſq; ad Nilum, qui ſecundum eum terminus eſt Africæ. f ¶Leucoæthiopes.) Sic uocantur quidam Aethiopes, qui cõparatione aliorũ ſubalbidi eſſe deprehenduntur, nõ in totum albi, nec in totũ nigri. g ¶Aegipanes.) De his monſtris diximus in Solin. ca. 37. ſub litera h, et cap. 44. ſub litera l. Habes quoq; ibi de Gamphaſantibus et Satyris. h ¶Quæ influenti dextra ſunt.) Cum oceanus per Gaditanum fretum in continentem terram irrumpat, commodum uiſum fuit Pomponio fluxum eius ſequi, oraq; tenere dextrã, quæ eſt littus Africum, & ſtudioſo lectori oſtendere regiones, urbes, montes, fluuios, & quicquid procedenti obuium uenerit: & ubi littus illud maris mediterranei abſoluerit, etiam proſequi & deſcribere littus oceani, quod totam cingit Africam.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. IIII. SCHOLIA.

Quia nec uſque Aſiæ.) Nunquam Aſiæ littoribus contrà tenditur Africa. Longior tamen ipſa quàm latior.) Nil uerius, ſi ad ſecula Pomponij referas, quibus Africa uſque ad principium Aethiopiæ ſolum cognita erat. Quà ad fluuium.) Nilum intellige. Ita media præcipuè in iuga.) A Numidia, quæ ſita eſt in Media Africa, incipiunt exurgere montes: quanquam à Catabathmo uſque ad fretum ſemper exurgit Africa, præcipuè tamen in Numidia. Pergit in curua.) Id eſt, nullos facit ſinus: niſi uoles Syrtes appellare ſinus. Faſtigiatq; ſe molliter.) Id eſt, erigitur, & contrahitur in cunei formam pedetentim. Et ideo ex ſpacio paulatim adductior.) Ex ſpacio, quaſi uix ſcires cognoſcere diſcrimen contractionis, niſi in magno ſpacio. Adductior.) Contractior. Quantum incolitur.) Hoc eſt, totus tractus marinus eximiè fertilis: mediterraneus ſterilis.

Cyrenas.) Nunc dicta Corena. Africa.) Minor, nunc dicta Barbaria. Mauri.) A potentiſsima ciuitate dicti, quæ nunc eſt Marruecos, ubi agunt Alarabes. Nigritæ & Pharuſij.) Dicam poſtea. mediterranei ſunt. Vnde terras noſtrum.) Id eſt, à freto Gaditano. Quæ influenti dextra.) Ab Africa. Illuc unde cœperit.) Id eſt, in idem fretum.

Particularis Africæ deſcriptio.

Mauritania. Cap. V.

DIctum eſt Atlanticũ eſſe oceanũ, qui terras ab occidente cõtingeret, hinc in noſtrũ mare pergẽtibus læua Hiſpania, Mauritania dextra eſt. [a] Primæ partes illæ Europæ, hæ Africæ. [b] Eius oræ finis Mulucha: caput atq; exordiũ eſt promontorium, quod Græci Ampeluſiam, Afri aliter, ſed idem

SCHOLIA CAP. V.

Iam ſæpe diximus, oceanum iuxta diuerſas quas alluit terras, alia & alia ſortiri nomina, ut eſt mare Indicum, mare Perſicum, mare Britannicum: ſic hic ab Atlante monte, qui Mauritaniã occupat, & pertingit uſq; ad oceanum occidentalem, denominatur ab eo mare Atlanticum.

a ¶ Primæ partes.) Quemadmodum cœli longitudo accipitur ab occidente in orientem, quòd ſcilicet motus tam planetarum quàm nonæ ſphæræ continuò in orientem nitatur: ita quoq; in terris longitudinis ſupputatio fit ab occidente, & primæ terræ partes capiuntur ab Hiſpania & Mauritania, & non ab India. Quòd ſi ortum ſolis & initium diei inſpicere uoluerimus, ſic quidem primas concedimus orienti & non occidenti, quia hæc fiunt à primo mobili, cuius motus fit ab oriente in occidentem, contrariam ſcilicet planetis obſeruans legem. b ¶Eius oræ finis.) Mulucha, inquit, finis eſt Mauritaniæ ab oriente, diſtinguens eam à Numidia. Ampeluſia autem promontorium (à uineis ſic dictum) initium eius eſt, in quo ſcilicet ſpecus eſt Herculi ſacer, quòd in eo referatur occidiſſe gigantem incolis moleſtum.

Porrò Mulucha fluuius ille esse putatur quem Ptolemæus Mulum uocat. Ampelusiā autem appellat Cotem, iuxta quam est oppidum Tingi, unde ea pars regionis uocata est Mauritania Tingitana, sicut reliqua pars Cæsariensis à Cæsarea. c ¶Tergore execto ingens.) Ex elephantinæ pellis tergore, quod reliqua pelle durius est, fuit exectum huius parmæ tectoriū seu potius munimentū, & ob magnitudinē eius facilè cōijcere licuit Antæum fuisse uirū proceræ staturæ, quippe de quo quidam scribunt, quòd cubitis quadraginta adoleuerit in Libya apud Lixum oppidū, quod Antæi regia olim dicebatur. d ¶Fabulam.) De hac fabula quoq; in Solino cap. 28. scripsimus. Plin. uerò de his colūnis ita scribit lib. 3. Proximi faucibus utrinq; impositi montes, coërcent claustra, Abyla Africæ, Europæ Calpe, laborū Herculis metæ, quam ob causam indigenæ columnas eius dei uocāt, creduntq; perfossas, excluſa antè admisisse maria, & rerū naturæ mutasse faciem. Scribit & Strabo multa de his columnis lib. 3.

e ¶Solo quàm utris melior.) Id Mela optimè scire potuit, quum patria sua parum abesset à regione Mauritaniæ. Deinde natura quoq; fieri solet, ut homines qui nullo exercentur labore, ignaui sint, ut fieri consueuit in terris quæ sua sponte necessaria uitæ ubertim proferunt, id quod in terris nostris quoque accidere compertum habemus: sed exempla sunt odiosa. f ¶Ob similitudinem fratres uocantur.) Alij scribunt, ob paritatem cacuminis eos fratres appellatos, & quòd elephantis sint pleni. Meminit & Solinus horum montium cap. 38. g ¶Bocchi Iugurthæq;.) Præfuit Bocchus ille Mauritaniæ orientali, Iugurtha uerò occidentali, dirimente Mulucha amne regnum alterum ab altero. Boccho successit Iuba, de quo in Solino diximus in fine cap. 37. De Iugurtha habes apud Florum libro tertio.

sed idem significāte uocabulo, appellant. In eo est specus Herculi sacer, & ultra specum Tingi oppidum peruetus, ab Antæo, ut ferunt, conditum. Extat rei signum parma elephantino [c]tergore execto ingens, & ob magnitudinem nulli nunc usuro habilis, quam locorum accolæ ab illo gestatam pro uero habent traduntq;, & inde eximiè colunt. Deinde est mons præaltus, ei quem ex aduerso Hispania attollit obiectus, hunc Abylam, illum Calpen uocāt, columnas Herculis utrunq;. Addit fama nominis [d]fabulam, Herculem ipsum iunctos olim perpetuo iugo diremisse colles, atque ita excluſum antea mole montium oceanum, ad quæ nunc inundat, admissum. Hinc iam mare latius funditur, submotasq; uastius terras magno impetu inflectit. Cæterū regio ignobilis, & uix quicquam illustre sortita, paruis oppidis habitatur, parua flumina emittit, [e]solo q̄; uiris melior, & segnitie gentis obscura. Ex ijs tamen quæ commemorare non piget, montes sunt alti, qui continenter, & quasi de industria in ordinem expositi, ob numerum septem, [f]ob similitudinem fratres uocantur. Tamuada fluuius, & Rusicada, & Siga, paruæ urbes: & portus, cui Magno est cognomen ob spacium. Mulucha ille quem diximus, amnis est ingentium olim regnorū terminus [g]Bocchi Iugurthæq;.

PETRI IOANNIS OLIVARII SCHOLIA IN CAP. V.

Atlanticum.) Atlas mons maior Africam diuidit, nunc dicitur Maiuste. Atlas minor, Lante. Ampelusiam.) A uinetorum copia, promontorium est, nec hodie uocatur Cabo desparto, sed Cabo de Cantero. Tingi.) Nunc Taniar, regis Lusitaniæ. Abylam.) Nunc Aceuta: oppidum etiam Lusitanorum. Hinc sumit initium mons ille, qui nunc dicitur La Siera Dal marca. Siera hispanicè sonat montem: plenus est hic simijs.

Calpen.) Nunc Gibraltar. Tamuada.) Nunc Bediæ, rigat regionem Alarabum. Rusicada.) Nunc Astora. Siga.) Nunc la Guardia uulgò dicitur.

SCHOLIA CAP. VI.

De Numidis, qui & Nomades, diximus in Solino cap. 39. Quòd autē Numidia hic angustior esse perhibetur quàm Mauritania, id fit propter maiorem maris distentionem, quod iuxta Mauritaniam angustis cōtinetur littoribus. a ¶Sittianorum colonia.) Non satis constat qui isti Sittiani fuerint. Ptolemæus uocat hanc urbem Sitici coloniam, ponitq; eam procul à mari iuxta fluuiū Ampsagam, sicut & Mela hic facit. b Iol.) Sic primum uocata fuit ista ciui-

Numidia. · Cap. VI.

AB eo Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsagæ, spacio quidem q̄; Mauritania angustior est, uerùm & culta magis, & ditior. Vrbium, quas habet, maximæ sunt Cyrtha procul mari, nunc [a]Sittianorū colonia, quondam regum domus Iubæ & Siphacis, quū foret opulentissima: [b]Iol ad mare, aliquādo ignobilis, nūc quia Iubæ regia fuit, & quod Cęsarea uocitat, illustris. Citra hanc

hanc (nam in medio fermè littore sita est) Cartenna & Arsenaria sunt oppida, & Ampsa castellum, & Laturus sinus, & Sardabale fluuius. Vltrà, monumentũ cõmune regiæ gentis. Deinde Icosium & Vthisia urbes, effluentes inter eas Ancus & Nabar, aliaq; quæ taceri nullum rerum famæ'ue dispendiũ est. [c] Interius, & longè satis à littore (si fidem res capit) mirũ ad modum spinæ piscium, muricum ostreorumq; fragmenta, saxa attrita (uti solent) fluctibus, & nõ differentia marinis, infixæ cautibus anchoræ. Alia & huiusmodi signa atq; uestigia effusi olim usq; ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus esse, inueniriq; narrantur.

tas, de qua Strabo libro ultimo sic scribit: In hac ora ciuitas fuit nomine Iol, quam quum Iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine uocauit Cæsaream, in honorem scilicet Augusti Cæsaris. Vide Strabonem libro ultimo. c ¶ *Interius & longè satis à littore.*) *Spinæ, inquit, piscium muricumq; fragmenta & saxa attrita, quæ in interiori Numidia inueniuntur, testantur mare olim pro suo alueo Numidiam occupasse, aut inundasse: uel, quod ego magis credo, hæc in sicco relicta sunt ex diluuio generali, qualia & in agris nostris passim inueniuntur, nempe ingentes piscium spinæ, gigantum & maximarum belluarum ossa. Scio & in medio Germaniæ aliquando reperta cornua unicornium, qui tamen longissimè absumus à mari. Non tamen nego terras nonnunquam mutari accessu, recessu, irruptioneq; marium, etiamsi scriptura dicat, Terminum posuisti eis quem non prætereunt: terminus iste est arena, quæ cohibet mare intra alueum suum. Sed quid dicemus ad prophetam, quando asserimus ex mari factas terras, & rursum terras occupatas à mari? Ad id propheta respõdet eodem loco, nempe Psal. 104. Nõ reuertentur ut operiant terram. Operiunt quidem nonnunquam proxima littora, id quod accidisse scimus Hollandiæ, Frisiæ, & multis locis Græciæ, sed non operiunt totam terram, sicut operuerunt à principio creationis, & deinde in diluuio uniuersali.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. VI. SCHOLIA.

Numidia pars Africæ minoris, teste Ptolemæo. Cyrtha.) *Nunc Constana.* Iol.) *Nunc Bugia.* Cartenna.) *Nunc Silefe.* Arsenaria.) *Nunc Arsen.*

Africa minor. Cap. VII.

REgio quę sequit à promõtorio Metagonio ad aras Philænorũ, propriè nomen Africæ usurpat. In ea sunt oppida, [a] Hippo regius, & Rusicade, & Tabraca. Deinde tria promõtoria, [b] Candidũ, Apollinis, Mercurij, uastè proiecta in altũ, duos grandes sinus efficiunt: Hipponensem uocant proximũ, ab [c] Hippone Diarrhyto, quod littori eius appositũ est. In altero sunt castra Lælia, castra Cornelia, flumen Bragada, Vtica & [d] Carthago, ambæ inclytæ, ambæ à Phœnicibus conditæ.

SCHOLIA CAP. VII.

Post Numidiam, ad orientem sequitur Africa minor, & extenditur usq; ad Cyrenaicam. Incipit autem secundum Melam à promontorio angulari, quod Metagonium appellat, & desinit ad aras Philænorum. Solinus uerò capite quadragesimo scribit Africam incipere à Zeugitano pede, unde & Martianus uocat eam Zeugitanam regionem. Ptolemæus orditur eam à fluuio Ampsaga, & fieri potest quòd omnes isti termini nõ multum à se inuicem distiterint. De aris Philænorum in fine huius capitis nonnihil autor ipse scribit. a ¶ Hippo.) *In hac ciuitate diuus Augustinus episcopum egit. Est autem maritima, sicut & Rusicada atque Tabraca. Situs omnium inuenies apud Ptolemæum tabula secunda Africæ, in Numidia noua.* b ¶ Candidum.) *Mela ponit Candidum promontorium primo loco, Solinus uerò secundo. Melæ Plinius subscribit.* c ¶ Hippone Diarrhyto.) *Hæc alia est à Hippone regia, dicta Diarrhytus propter aquarum irrigua, & palustre solum.* d ¶ Carthago.) *Hæc urbs ab Elissa regis Tyri filia condita est ante Romam 72. annis, fuitq; totius Africæ caput. Reges habuit potentissimos, qui usquecadeo imperium dilatauerunt, ut etiam inter quatuor principalia regna à quibusdam poneretur. Scribunt historici murum Carthaginis complexum spacium uigintiduo millia passuum, & totam ferè mari cinctam, ut etiam pro peninsula habita fuerit. Murus latus triginta pedibus, saxo quadrato, in altitudine quadraginta cubitorum. Arx, cui nomen Byrse fuit, paulò amplius quàm duo millia passuum tenebat. Ex una parte murus communis urbi & Byrsæ erat imminens mari. Stetit 700. annis, grauissima habens contra Romanos bella. Anno 602. à Roma condita, Senatus Romanus decreuit abolendam Carthaginem. Veniens itaque Scipio iuuenis, oppugnauit ciuitatem sex continuis diebus & noctibus, & obtentam accendit igni. Ipsa autem 17. cõtinuis diebus ardens, miserum præbuit spectaculum, dirutaq; est, omni murali lapide in puluerem redacto. Porrò Vtica, secunda post Carthaginem fuit Africæ ciuitas, in eodem sinu posita in quo Carthago.*

ditæ. Illa [e] fato Catonis insignis, hæc suo: nunc populi Romani colonia, olim imperij eius [f] pertinax æmula: iam quidem iterũ opulenta, etiã nunc tam priorum excidio rerum, quàm ope præsentium clarior. Hadrumentum, Leptis, Clupea, Abrotonum, Taphrę, Neapolis, hinc ad Syrtim adiacent, ut inter ignobilia celeberrimæ. [g] Syrti sinus est centum ferè millia passuũ, quà mare accipit, patens: trecẽta, quà cingitur. Verùm importuosus atq; atrox, & ob uadorũ frequentiũ breuia, magisq; etiam ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis infestus. Super hunc ingens [h] palus amnem Tritona recipit, ipsa Tritonis, unde & Mineruæ cognomen inditum est, ut incolæ arbitrantur, ibi genitæ: faciuntq; ei fabulæ aliquam fidem, quòd quem natalem eius putant, ludicris uirginum inter se decertantium celebrant. Vltra est Oea oppidum, & Cyniphs fluuius, per uberrima arua decidens. Tum Leptis altera, & [i] Syrtis, nomine atq; ingenio par priori: cæterum altero ferè spacio quà dehiscit, quaq; flexum agit, amplior. Eius promontoriũ est Borion: ab eoq; incipiens ora, quam [k] Lothophagi tenuisse dicuntur, usq; ad [l] Phycunta (& id promontoriũ est) importuoso littore pertinax. Aræ ipsæ nomen ex Philænis fratribus traxere, qui contra Cyrenaicos missi Carthagine, ad dirimendum conditione bellum, diu iam de finibus, & cum magnis amborum cladibus gestum, postquam in eo, quod conuenerat, nõ manebatur, ut ubi legati concurrerent, certo tempore utrinque dimissi, ibi termini statuerentur: pacti de integro ut quicquid citra esset, popularib. cederet. mirum & memoria dignissimum facinus, hic se uiuos obrui pertulerunt.

e ¶Fato Catonis insignis.) Hanc, inquit, mors Catonis memorabilem fecit, illam autem miserum excidium eius. Reædificata tamen est Carthago à Romanis, illorum facta colonia, post annos centum & duos. Deinde circa tempora Constantini capitur à Saracenis & crudeliter deuastatur, sed à Iustiniano Africa iterum Saracenis eripitur. Vuandali quoq; Carthaginem & omnem Africam sibi subditam fecerũt, tenuerũtq; annis 96. Circa annum Christi 1181. Mausamus rex Africæ cœpit restaurare antiquam illam urbem & iam collapsam Carthaginẽ, sicq; uarijs semper iactata est casibus.

f ¶Pertinax æmula.) Decertauerũt Carthaginenses tribus maximis bellis cum Romanis, sed tandem uicti sunt, & urbs funditus deleta. Habebant in initio belli trecentas urbes in Libya. g ¶Syrti sinus.) De Syrtibus diximus in Solino cap. 40. sub litera b. Autore Plinio libro 5. hæc syrtis, cuius hic fit mentio, aditu cõtinet centũ mill. passuum, & ambitu trecenta mill. passuum. Aditus est, quo syrtis mare accipit, sicut & Mela hic scribit, ut sit ambitus ueluti semicirculus, & aditus semidiameter eius. Hic sinus ualde atrox & periculosus est nauigantibus: aliquando enim est altus, aliquando uadosus, limo, arena & ingentibus saxis, quæ per uentos & fluctus adducũtur, cursum nauium impedientibus. Quidam hunc maris æstum magis syderibus quàm tempestatibus attribuunt. h ¶Palus.) De palude Tritonis habes apud Solinũ cap. 40. pagina 78. uers. ult. & in scholijs pagina 79. uers. 10. In tabula Africæ, quæ à nobis signata est in Solino pagina 81. annis Triton ex montibus in Syrtim minorem & nõ maiorem fluere debet, non enim est terminus Africæ & initium Cyrenaicæ, quum post illum fluuius Cyniphs, quem Ptolemæus Cyniphum uocat, inter Syrtim minorem & maiorem ex Libya in mare præcipitetur, & intra Africæ terminos adhæc contineatur. Oeam & Leptin alteram apud Ptolemæum quoque inuenies. i ¶Syrtis.) Hæc altera Syrtis priori maior seu amplior est, idq; altero spacio, hoc est, duplo, sed par ingenio seu natura, quum æquè sæuiat & periculis sit plena ut prior. k ¶Lothophagi.) De Lotophagis habes in Solino capite 40. sub litera u. l ¶Phycunta.) Ob id quòd mare circa hoc promontorium est spumosum & sæuum, putatur sortitum hoc nomen: est autem græca uox. Cæterum aræ Philænorũ dicuntur, quæ Peloro Siculo oppositæ in media quodammodo Syrtium tellure positæ sunt. Vide Valerium de his libro quinto. Carthaginenses quum ultra destinatos Cyrenensibus limites progressi essent, & dolo isti se circumuentos quererentur, Philæni tandem fratres amore patriæ uiuos se sepeliri permiserunt, quò totus ager Carthaginensibus cederet, & non perpetua lis esset de terminis, præsertim quum conditio non seruaretur, quæ fuit, ut ubi legati utrinq; dimissi concurrerent, ibi termini statuerentur. De Philænis fratribus diximus in Solino capite quadragesimo à principio.

PETRI IOANNIS OLIVARII SCHOLIA IN CAP. VII.

Metagonio.) Nunc dicitur El Cabo de tres arcas. Aras Philenorum.) Hodie sunt Porto de Saba. Hippo.) Nunc Bona. Flumen Bragada.) Nomen retinet. Vtica.) Nunc Bisartha. Carthago.) Nomen retinet. Clupea.)

Clupea.) Quipia uulgò. Neapolis.) Nunc Mahometa. Syrtim.) Syrtes Luſitani uocant Baxos de Barberia, alij Banquos. Lotophagi.) Nunc Los Chelbens. Qui contra Cyrenaicos.) Locus iſte eſt mutilus, quædam enim deſiderantur, ut ſit integra Pomponij lectio. Vbi enim eſt, pacti de integro, deeſt Pomponio pactum. Neſcies ex lectione Pomponiana quid pacti fuerint, niſi ex Salluſtio addideris: ut uel illi quò fines populo ſuo peterent, ibi uiui obruerentur: uel eadem conditione ſeſe quem in locum uellent proceſſuros. Phileni conditione probata, mirum & memoria digniſſimum facinus, hic ſe uiuos obrui pertulerunt.

Cyrenaica. Cap. VIII.

INde ad Catabathmon Cyrenaica prouincia eſt, in eaq; ſunt Ammonis oraculũ, fidei inclytæ: & [a]fons, quẽ Solis appellant: & [b]rupes quædam Auſtro ſacra. Hæc quũ hominum manu attingitur, ille immodicus exurgit, arenasq; quaſi maria agens, ſic ſæuit, ut æquor fluctibus. Fons media nocte feruet: mox & paulatim tepeſcẽs, fit luce frigidus: tunc ut ſol ſurgit, ita frigidior ſubinde: per meridiem maximè riget. Sumit deinde tepores iterum, & prima nocte calidus: atque ut illa procedit, ita calidior: rurſus quum eſt media, perferuet. In littore promõtoria ſunt [c]Zephyrion, & Nauſtathmos, portus Parætonius. Vrbes, Heſperia, Apollonia, Ptolemais, Arſinoën, atq; (unde terris nomen eſt) ipſa [d]Cyrene. [e]Catabathmos uallis deuexa in Aegyptũ, finit Africam. [f]Oræ ſic habitantur, ad noſtrum maximè ritũ moratis cultoribus: niſi quòd quidam linguis differunt, & cultu deorum, quos patrios ſeruant, ac patrio more uenerãtur. Proximis nullæ quidem urbes ſtant, tamẽ domicilia ſunt, quę Mapalia appellant: uictus aſper, et munditijs carens. Primores ſagis uelantur, uulgus beſtiarũ pecudumq; pellibus: humi quies, epulæq; capiuntur. Vaſa ligno fiunt, aut corticе. Potus eſt lac, ſuccusq; baccarum. Cibus eſt caro plurimũ ferina. Nam gregibus (quia id ſolum optimũ eſt) quoad poteſt parcitur. Interiores etiam incultius, ſequũtur uagi pecora, utq; à pabulo ducta ſunt, ita ſe ac tuguria ſua promouent: atq; ubi dies deficit, ibi noctem agunt. Quanquam in familijs paſsim, & ſine lege diſperſi, nihil in cõmune cõſultant: tamen quod ſingulis aliquot ſimul coniuges, & plures ob id liberi agnatiq; ſunt, nuſquam pauci degunt. Ex his qui ultra deſerta eſſe memorantur [g]Atlantes, ſolem execrãtur, & dum oritur, & dum occidit, ut ipſis agriſq; peſtiferũ. Nomina ſingulí

SCHOLIA CAP. VIII.

Extendit Pomponius Cyrenaicam uſq; ad Aegyptum, ſimul complectens Pentapolim & Marmaricam: Ptolemæus uerò ſeparat Marmaricam à Cyrene, & hinc eſt quòd apud quoſdã inuenitur Ammonis tẽplum ſitum in Cyrenaica regione, apud alios uerò in Marmarica. De hoc templo diximus in Solino pagina 79. a ¶ *Fons Solis.) Hic fons, Solis fons appellatur, quòd natura eius ob motum ſolis mutetur. Ptolemæus talem fontem ponit apud Garamantes capite 42.* b ¶ *Rupes quædam Auſtro ſacra.) De hac rupe Plinius ſcribit lib. 2. cap. 47. in hunc modum: In Cyrenaica prouincia rupes quædam Auſtro traditur ſacra, quam profanum ſit attrectari hominis manu, confeſtim Auſtro inuoluente arenas. De hac arenarum congloba-tione, ſeu terrena ſyrte, ſcribit Solinus cap. 40. pag. 73.* c ¶ *Zephyrion.) Ptolemæus hoc promontorium ponit in cõfinio Cyrenæ et Marmaricæ. Nauſtathmi quoq; meminit ibidẽ, ſed eſt paulò occidentalius: hoc à uento quẽ reſpicit, iſtud autẽ à nauiũ ſtatione nomen ſortitur. Cæterum Parætonius portus ſecundũ Strabonem habet amplitudinem quadraginta ſtadiorum.*

d ¶ *Cyrene.) De hac urbe nõnihil ſcripſimus in Solino pag. 79. ſub litera γ.*

e ¶ *Catabathmos.) Sonat Græcis κατάβασιν deſcenſum: & quia uallis cõnexa ſegregat Cyrenen ab Aegypto, uocatus eſt locus iſte Catabathmos, qui ſecundũ Melam eſt terminus Africæ. Ptolemæus uerò ponit Aegyptũ Africæ finẽ, & non Aſiæ initiũ.*

f ¶ *Oræ ſic habitantur.) Totius, inquit, Africæ oræ inhabitantur hoc modo, ut iam ſigillatim per omnes prouincias ſcripſimus, & habitatores earum noſtros ſeruant mores, niſi quòd quidam alijs & alijs utuntur linguis, aliaq; tenentur deorum religione. Porrò qui his ad Auſtrum confines ſunt, interioraq; Auſtri inhabitant, ut ſunt Nigritæ, Garamantes, Naſamones, Bartij, Getuli, Libyci & Aethiopes, hi plerunque ſine ciuitatibus domicilia inhabitant, quæ Mapalia uocant.*

g ¶ *Atlantes.) Hi à monte Atlante ſic nominantur, execranturq; ſolem tranſcendentẽ & cõuicia ingerunt, quòd ardore ſuo & ipſos & regionẽ perdat. Hi nullo ueſcuntur animali, nec ſomnia habẽt, ut reliqui mortales,*

gulí nõ habent, nõ ueſcuntur animalibus, neq; illis in quiete, qualia cæteris mortalibus, uiſere datur. [h] Troglodytæ nullarum opum domini, ſtrident magis quàm loquunt, ſpecus ſubeũt, alunturq; ſerpentibus. Apud Garamantes etiã armenta ſunt ea quæ obliqua ceruice paſcunt, nam pronis directa in humũ cornua officiunt. Nulli certa uxor eſt. Ex his qui tam confuſo parentum coitu paſsim incertisq; naſcũtur, quos pro ſuis colant, formę ſimilitudine agnoſcunt. [i] Augilæ manes tantum deos putant, per eos deierant, eos ut oracula conſulunt, precatiq; quæ uolunt, ubi tumulis incubuere, pro reſponſis ferunt ſomnia. Fœminis eorum ſolenne eſt nocte qua nubunt, omnium ſtupro patére, qui cum munere aduenerint, & tum cum plurimis concubuiſſe maximũ decus: in reliquum pudicitia inſignis eſt. Nudi ſunt Gamphaſantes, armorumq; omniũ ignari, nec uitare ſciunt tela, nec iacere, ideoq; obuios fugiunt, neque aliorum quàm quibus idem ingenij eſt, aut congreſſus, aut colloquia patiũtur. Blemmyis capita abſunt, uultus in pectore eſt. Satyris præter effigiem nihil humani. Aegipanum quæ celebratur, ea forma eſt. Hæc de Africa.

h ¶*Troglodytæ.*) *De his habes & apud Solinum cap. 44. ſicut & de Atlantibus nõ ſomniantibus.* *i* ¶*Augilæ.*) *Meminit quoq; Solinus cap. 44. harum gentiũ. Per manes intellige animas defunctorũ, quarũ ſepulchris incumbunt Augilæ, quando oracula conſulere uolunt. De ſponſarum ſtupro ſcribit etiam Solinus memorato loco, ubi & Gamphaſantum meminit, Blemmyarum, Satyrorum & Aegipanum.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. VIII. SCHOLIA.

Ammonis oraculum.) *Nunc El Cancarron de Mahoma.* *Heſperia.*) *Nunc Bernic.* *Apollonia.*) *Nunc Bonadria.* *Ptolemais.*) *Tolomita nunc.* *Arſinoë.*) *Hodie Trochara.* *Cyrenæ.*) *Corena uulgò.*

Vallis deflexa in Aegyptum.) *Vſque ad Aegyptum, ita ut nihil contineat Aegypti. Nam ex ſententia Melæ, Aegyptus Aſiæ pars eſt.*

SCHOLIA CAP. IX.

Succedit Cyrenaicæ regioni, cuius Marmarica pars eſt, Aegyptus, cuius fluuius Nilus, dirimit ſecundum Melam Aſiam ab Africa. Terminus occidentalis Aegypti eſt uallis cõuexa Catabathmos: orientalis Arabia quæ citra mare rubrũ eſt: à ſeptentrione littus mediterranei maris: ab hoc littore immittitur Aegyptus uſq; ad Aëthiopiam, quam habet à dorſo, id eſt, à meridie. Alij ab aliis locis deſignant Aegypti limites.

Particularis Aſiæ deſcriptio. Aegyptus. Cap. IX.

ASiæ prima pars Aegyptus inter Catabathmon & Arabas, ab hoc littore penitus immiſſa, donec Aethiopiam dorſo contingat, ad meridiem refugit. [a] Terra expers imbrium, mirè tamen fertilis, & hominum aliorumq; animalium perfœcunda generatrix. Nilus efficit, amnium in noſtrũ mare permeantium [b] maximus. [c] Hic ex deſertis Africę miſſus, nec ſtatim nauigari facilis, nec ſtatim Nilus eſt: & cum diu ſimplex fæuusq; deſcendit, circa Meroën latè patentem inſulam, in Aethiopiam diffunditur: alteraq; ex parte Aſtaboras, altera Aſtapus dictus eſt. Vbi rurſus coit, ibi nomen hoc capit. Inde partim [d] aſper,

a ¶*Terra expers imbrium.*) *Irrigatur enim Nilo potiſſimũ æſtiuo tempore, quando in Aegypto nulla deſcendit pluuia: hyeme uerò aiunt Aegyptijs nõ deeſſe pluuias. Porrò eximiam illam Aegypti fœcunditatẽ efficit Nilus ſua inundatione, de qua multa ſcripſimus in Solino cap. 45. pagina ſilicet 92.* *b* ¶*Maximus.*) *Dicit Mela hũc maximum eſſe fluuium inter eos qui noſtrũ ingrediuntur mare, etiam ſi Herodotus Danubium maiorem Nilo aſſerat, ſed nullus inter Coſmographos illi ſubſcribit: imò ſunt qui aſſerunt Nilum excedere etiam Gangem & Indum, Indiæ fluuios.* *c* ¶*Hic ex deſertis Africæ miſſus.*) *De ortu Nili multa diximus in Solino cap. 45. pagina 91. nempe quòd quidam arbitrantur illum naſci in interioribus Aethiopiæ, & rectà fluere à meridie in ſeptentrionem, receptis ſupra Meroën duobus magnis fluuijs ab ortu, quorum alterum Aſtapum, alterum Aſtaboram Ptolemæus appellauit. Alij ſcribunt Nilum originem ducere ex monte interioris Mauritaniæ haud procul ab oceano, è lacu quem Nilidem uocant. Et certè fieri poteſt quòd tam à meridie quàm ab occaſu aquas ſuſcipiat, quæ ex diuerſis plagis confluentes, incertum ſtudioſis relinquant indicium, quis uerus à primordio ſit Nilus. Mela tamen ſcribit hic, Nilum non ſtatim habere nomen Nili, donec ex multis riuis aquæ in unum coëant, Meroën inſulam efficiant, & Aſtaboras nunc, ac*

[d]aſper, partim nauigia patiens, in immanẽ lacũ deuenit, ex quo præcipiti impetu egreſſus, & Tachempſo alterã inſulam amplexus, uſq; ad [e]Elephantidẽ urbem Aegyptiam atrox adhuc feruensq; decurrit. Tum demum placidior, & iam penè nauigabilis, primũ iuxta Cercaſorũ oppidum triplex eſſe incipit. Deinde ſemel iterumq; diuiſus, ad Delta & ad Metilin it per omnẽ Aegyptũ uagus atq; diſperſus, ſeptemq; in ora ſe ſcindens, ſingulis tamen grandis euoluitur. Non pererrat autẽ tantũ eam, ſed æſtiuo ſydere exundans etiam irrigat, adeò efficacibus aquis ad generandum alendumq;, ut præter id quòd ſcatet piſcibus, quòd hippopotamos, crocodilosq; uaſtas belluas gignit, [f]glebis etiã infundat animas, ex ipſaq; humo uitalia effingat. Hoc eo manifeſtum eſt, quòd ubi ſedauit diluuia, ac ſe ſibi reddidit, per humentes cãpos quẽdam nõdum perfecta animalia, ſed tum primũ accipiẽtia ſpiritum, & ex parte iam formata, ex parte adhuc terrea, uiſuntur. [g]Creſcit porrò, ſiue quòd ſolutę magnis æſtibus niues, ex immanibus Aethiopiæ iugis largius quàm ripis accipi queant, defluunt: ſiue quòd [h]ſol hyeme terris propior, & ob id fontem eius minuens, in æſtate tunc altius abit, ſinitq; integrum, & ut eſt pleniſſimus ſurgere: ſiue quòd per ea tempora flantes Eteſiæ, aut actas à ſeptentrione in meridiem nubes ſuper principia eius imbre præcipitant: aut uenienti obuię aduerſo ſpiritu, curſum deſcendentis impediunt: aut arenis, quas cum fluctibus littori applicant, oſtia obducũt, fitq; maior, uel [i]quòd nihil ex ſemet amittit, uel quòd plus quàm ſolet accipit, uel quòd minus quàm debet emittit. [k]Quòd ſi eſt alter orbis, ſuntq; oppoſiti nobis à meridie Antichthones, ne illud quidem à uero nimiũ abſceſſerit, in illis terris ortum amnem, ubi ſubter maria cæco alueo penetrauerit, in noſtris rurſus emergere: & hac re ſolſtitio accreſcere, quòd tum hyems ſit, unde oriť. Alia quoq; [l]in his terris mira ſunt. In quodã lacu Chemnis inſula, lucos ſyluasq; & Apollinis grande ſuſtinens templum, natat, & quocunq; uenti agunt, pellitur. [m]Pyramides tricenûm pedum lapidibus extructæ, quarum maxima (tres nanq; ſunt) quatuor ferè ſoli iugera, ſua

nunc, ac deinde Aſtapus, & tertio Nilus uocentur. Quid Plinius ſentiat, uide ſuprà in Solino pag. 90. *d* ¶*Aſper.*) *Aſperitas illa uocatur à Solino Cataracta: uide in iam citato loco.* *e* ¶*Elephantidem.*) *Ponit & Ptolemæus in tertia Africæ tabula hanc inſulam, ſed Tarchempſo nõ meminit, ſicut nec oppidi Cercaſeorũ, ubi primã dicit fieri Nili ſciſſionem. De Delta habes in Solino ubi ſuprà, pag. ſcilicet 90. & de oſtijs Nili pag. 91. De hippopotamis pag. 95. de Crocodilis pagina 94.* *f* ¶*Glebis etiam infundat animas.*) *Quòd Nilus glebis infundat animas, fieri poteſt quòd ob nimã ferti litatẽ eius producat animalia maiora quàm in terris noſtris, ubi multiplicia reptilia producũtur in cœnoſis aquis, atq; in animaliũ excrementis. Sic Nilus poſt inundationem, quæ hic diluuium uocatur, relinquit in cœno imperfecta animalia, quæ hauſto cœli uigore uſum perfectæ aſſequuntur uitæ.*

g ¶*Creſcit porrò.*) *In Solino pagina 91. oſtendimus, quid autores uarij ſentiant de Nili incremento & decremento.*

h ¶*Sol hyeme terris propior.*) *Hoc intelligendũ eſt de hyeme noſtra, quando circa Nili fontes eſt æſtas, & radij ſolares ad angulos rectos incidunt in terrã illam, tunc exiccari poſſunt ardore ſolis Nili fontes. At eo tempore quando apud nos eſt æſtas, & ſol his qui ſub Capricorno agunt longè abeſt, augentur aquæ in illa regione, & intumeſcere faciũt Nilum &c. Hæc uidetur eſſe mens Põponij in hoc loco.* *i* ¶*Quòd nihil ex ſemet amittit.*) *Obductis enim oſtijs, aquæ curſus impeditur, ut nihil poßit effundi in mare, & tunc neceſſe eſt ſtagnũ fieri & diluuium in terra Aegypti.*

k ¶*Quòd ſi eſt alter orbis.*) *Certa experientia iam comprobatũ eſt, alterum à meridie non eſſe orbem, ut ſcilicet poſt finem Africæ uerſus polum Antarcticum alia ſit continens terra intercedente oceano, unde ortũ ſumat Nilus, & cuius habitatores nobis ſint antipodes. Quòd ſi alius quoq; eſſet orbis, difficile uidetur fieri ut apud illos naſceretur Nilus uel alius quicũq; fluuius, qui rurſus in terra eorũ abſorptus cæco alueo, ſubter profunda maria penetret, & emergat rurſus in terris noſtris, hoc eſt, in noſtro orbe: ſic enim licebit uocare Europam & Africã, reſpectu alterius, ſi quis eſſet, orbis. Ex his lector intelligere potes, quid hic uelit Pomponius.*

l ¶*In his terris mira ſunt.*) *In Aegypto ſcilicet & Aethiopia. Et quod ſubdit de natante inſula Chemnis, fabuloſum uidetur, cum nec Herodotus fidem adhibuerit narrantibus talia, ut ipſe ſcribit lib. ſecundo.* *m* ¶*Pyramides.*) *De his Pyramidibus habes in Soli-*

ra, sua sede occupat, totidem in altitudinem eri gitur. [n]Mœris aliquando campus, nunc lacus, uiginti millia passuum in circuitu patens, altior q; ad nauigandum magnis onustisq; nauibus satis est. Psammetichi opus [o] Labyrinthus, domos mille, & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore extructus ac tectus, unũ in se descensum habet, intus penè innumerabiles uias multis ambagibus huc & illuc remeantibus, sed continuo anfractu, & sæpe reuocatis porticibus ancipites: quibus subinde alium super alios orbem agentibus, & subinde tantum redeunte flexu, quantum processerat, magno & inexplicabili tamẽ errore perplexus est. Cultores regionum multò aliter à cæteris agunt. [p]Mortuos fimo oblíti plangunt, nec cremare aut fodere fas putant, uerùm arte medicatos intra penetralia collocant. [q]Suis literis per uersa utuntur. Lutũ inter manus, farinam calcibus subigunt. Forũ ac negocia fœminæ, uiri pensa ac domos curant: onera illæ humeris, hi capitibus accipiunt. Parentes cum egent, illis necesse, his liberum est alere. Cibos palàm, & extra sua tecta capiũt, obscœna intimis ædium reddunt. [r]Colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia, sed alij alia, adeò ut quædam eorum etiam per imprudentiam interemisse, capitale sit. Et ubi morbo aut sorte extincta sint, sepelire ac lugere solenne sit. Apis populorum omnium numen est: bos niger, certis maculis insignis, & cauda linguaq; dissimilis aliorũ: raro nascitur, nec coitu pecoris (ut

no cap. 45. pag. 97. sub litera y. Hæ fictæ putantur à Plinio uanæ ostentationis gratia, ne pecunia scilicet successoribus aut insidiantibus æmulis relinqueretur. Scribit proinde idem Plinius, quòd amplissima earum octo contineat iugera soli, quatuor angulorũ paribus interuallis per octingentos octoginta tres pedes singulorum laterum, altitudo à cacumine pedes uiginti quinque. Est autem iugerum secundum Varronem, quod quadratos duos actus habet. Actus quadratus latus est pedes 120. & longus totidem: igitur iugerum habet pedes 240. et tantũ spacij arari uno die ab uno pari boũ consueuit, sicut & à iugo iugerum deriuatum est. Cæterum quando Mela dicit pyramides triccnũm pedum lapidibus extructas, id intelligendum est de crassitudine lapidum & immensis saxis, quæ in fundamentum huius ædificij posita fuerunt.

n ¶ Mœris.) Hunc lacum quidam Mœridem, alij Muridem, & alij Myridem appellant: de quo Plinius lib. 5. sic ait: Inter Arsinoiten & Memphiten lacus fuit circuitu 250. millium passuum, altitudine 50. manu factus à rege quodam, à quo & Mœridis lacus appellatus est. o *¶ Labyrinthus.) Scribit Plinius lib. 36. cap. 13. quatuor esse toto orbe insignes labyrinthos. Primus fuit Aegyptius omniũ maximus, portentosissimum humani ingenij opus, cuius magnificentiam describit hic Mela. Secundus fuit in Creta, arte maximè spectabilis, de quo Ouidius scribit 8. Metamorph. Tertius in Lemno, & hic fuit columnarum nitore insignis. Quartus in Italia à Porsena Hetruscorum rege sepulchri causa extructus. Et quando Mela hic dicit, Aegyptium labyrinthum esse Psammetichi opus, Strabo & Plinius scribunt cum à uetustissimis regibus incœptum, à Psammeticho uero ampliorem factum. Numerat præterea Strabo uigintiseptem regias quæ fuerunt in illo labyrintho, inter quas erant cryptæ multæ & longæ, quæ inter se uias flexuosas habebant, ut nemo peregrinus ingredi ullam aulam potuerit aut egredi sine duce, ne scilicet plebeijs facilis patéret aditus ad reges, quando erant intra labyrinthum.*

p ¶ Mortuos fimo oblíti plangunt.) De moribus & ritibus Aegyptiorum Aethiopumq; apud autores passim multa inueniuntur, & præsertim in funeribus fuerunt Aegyptij præ reliquis gentibus superstitiosiores, non cremantes aut defodientes corpora defunctorum, sed contra putrefactionem ea inungebant aloẽ, pice, & alijs præseruatiuis. *q ¶ Suis literis peruerse utuntur.) Scribunt ferè omnes orientales retrogrado ordine, à dextra scilicet ad sinistram, Hebræi, Arabes, Chaldæi, Aegyptij, & Syri, habentes id à Hebraismo, prima omnium scriptura. Hebræi tamen aiunt non se, sed Latinos & Græcos peruerse scribere, quum manum non ad tergum moueant scribendo, sed à tergo ad faciem. Cæterum cum Aegyptij scribendo uideantur peruertere ordinem, subijcit Mela & alia quammulta, in quibus alium à nobis obseruant ordinem, ut quòd pedibus panem conficiunt, & manu cæmentum. Fœminæ fori curent negocia, & uiri quæ domi agenda exequantur. Parentes quando egent, filiæ cogantur illos alere, filij autem nõ cogantur, sed liberũ illis sit num uelint. Extra domũ comedant, & intra eam uentrẽ exonerent.* *r ¶ Colunt effigies.) Colebant olim Aegyptij nedum uiua, sed & mortua animãtia, ut felem, ichneumonas, id est, mures Indicos, canes, accipitres, ibides, lupos & crocodilos, & cum aliquod eorũ moriebatur, sindone cõtectum cum ululatu pectus percutientes, sale liniebant ac cedri liquore unguentisq; odoriferis, quò diutius seruaretur corpus, & in sacris sepeliebant locis. Si quis aliquod horũ animaliũ sponte*

ris (ut aiunt) sed diuinitus & cœlesti igne conceptus, diesq; quo gignit, genti maximè festus est. Ipsi uetustissimi (ut prædicant) hominum, trecenos & triginta reges [s] ante Amasim, & supra tredecim millium annorum ætates certis annalibus referunt: mandatumq; literis seruãt, dum Aegyptij sunt, quater cursus suos uertisse sydera, ac solem bis iam occidisse, unde nunc oritur. [t] Viginti millia urbium Amasi regnante habitarunt, & nunc multas habitant. Earum clarissimæ procul à mari, Says, Memphis, Syene, Bubastis, Elephantis, & Thebę utiq; (ut Homero dictum est) centũ portas, siue (ut alij aiũt) centum aulas habent, totidem olim principum domos: solitasq; singulas, ubi negocium exegerat, dena armatorum millia effundere. In littore Alexandria, Africæ contermina. Pelusium Arabiæ ipsas oras secat. Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticũ, Mendesium, Pathmiticum, Tanicum, Pelusiacum, Nili ostia.

sponte occidisset, morte damnabatur, exceptis fele & ibide, quos, quocunq; casu occidi contingeret, accurrente turba, absq; iudicio interfectorem uarijs affectũ supplicijs interficiebant. Nutriebantur hæc animalia summa cura in templorũ ambitu à uiris nõ contemnendis, quæ similagine uarijsq; epulis lacte cõditis cibabant. Animalia quæ boni speciem præ se ferebant, ijs diuinitatẽ tribuebant, & multa noxia ne obessent in honore habita sunt. De Api Aegyptiorum diximus in Solino pag. 93. ubi & de crocodilo quædam scripsimus. De Ibide habes ibidem, scilicet pag. 95. s ¶ Ante Amasim.) *Hic rex secundum Eusebium fuit anno mundi 3480. qui est annus ante Christi ũ natum, secundum Paulum Orosium & Bedam, 1710. secundum Hebræos uerò est annus 280. ante Christum: tanta enim est discrepantia Latinorum ab Hebræis de mundi duratione. Sed quicquid sit, cum à principio mundi usq; ad diluuium numerentur anni 1656. & mox post diluuium Aegyptus habitari cœperit, facilè ob soli fertilitatem in regnum consurgere potuit, & Amasim multi reges præcedere. Quòd autem tredecim millium annorum ætates à quibusdam numerantur ab eo tempore quo Aegyptus esse cœpit, error gentilis est, nisi annum pro mense accipiendum contendas: sed tunc erit tempus breuius, quàm ut quater sydera suum uerterint cursum, & sol bis occiderit ubi nunc oritur. Hic oritur difficilis quæstio, quo motu cœli ordo inuersus fuerit, ut ubi iam oritur sol, ibi bis occiderit ætate Aegypti: hoc est, oriens factus fuerit occidens, & cõtrà. Respondeo, id nullo posse probari motu, nõ solis, nõ octauæ sphæræ, hoc est, motu trepidationis, neque nonæ sphæræ, qui est motus renisionis. Videtur autem mihi Pomponius hic loqui iuxta errorem annalium Aegyptiorum, in quibus scriptum fuit, sydera quater suos uertisse cursus, interim quo Aegyptus fuit habitata.* t ¶ Viginti millia urbium.) *Quum olim Aegyptiorum regnum fuerit florentißimum, ut etiam extenderit se ultra limites Aegypti, non est mirum si uiginti millia urbium fuerint in toto regno, etiamsi quædam hic solum nominentur quæ præcipuæ in Aegypto fuerunt. Strabo libro ultimo ad Thebas Aegyptias scribit obeliscos esse, quorum uetustißimis literis, quanta regum illic potentia fuerit, declaretur: & imperium tenuisse eos usque ad Scythiam, Bactrianam, Indiamq;, & quæ nunc Ionia dicitur. Memphis est hodie Alkaira, regia Aegypti: & Thebæ Diospolis, haud procul à Syene citra tropicum Cancri sita, de qua & in Solino pagina 96. sub litera u, nonnihil signauimus. De ostijs Nili habes quoque in Solino pagina 91. sub litera d.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. IX. SCHOLIA.

Inter Catabathmon & Arabas.) Hoc est, inter finem Catabathmi & Arabas. Nam est magnus tractus à principio Catabathmi, usque ad finem, uersus Aegyptum. *Dorso.*) Propterea uocatur Aethiopia sub Aegypto. *Circa Meroën.*) Diuiditur. *Vbi rursus coit.*) Post Meroën insulam, tunc uocatur Nilus. *Sol hyeme terris propior.*) Terris uidelicet, ubi Nilus oritur. Nam quando Aegyptijs est hyems, illis terris est æstas: propterea sol est propior illis terris. *Continuo anfractu.*) Flexu, ex Varrone. *Suis literis peruerse utuntur.*) Scribunt enim à dextra ad sinistram. *Trecenos & triginta reges.*) Hæc sunt Herodoti. *Quater cursus suos uertisse sydera, ac solem bis iam occidisse, unde nunc oritur.*) Hic locus torsit multos uiros doctißimos, & adhuc torquet. Sunt qui confugiant ad nescio quæ ænigmata Astronomiæ: alij ad annos triginta dierum. Nos uerò in gratiam Geographorum & Historicorum, locum exponemus. Nemini dubium est, Aegyptios pro certo habuisse, cœlum nunquam habuisse initium. Nam ex hoc fonte Plato mundum nunquam incœpisse dixit. Deinde Aegyptios tanta superstitione uetustatis laborasse, ut planè crediderint, sydera circulos suos motu proprio ab occidente in orientem quater absoluisse. Sed quum octaua sphæra spacio centum annorum unum gradum peragat, erit unus cursus proprius, triginta sex millium annorum: quæ quater addita, summam conficient centum & quadraginta quatuor millium annorum. Hi erunt anni uetustatis Aegyptiorum. Sed quòd sol bis occiderit, unde nunc oritur, difficile erit exponere: quod tamen nos faciemus summo nostri honoris periculo, subituri hanc aleam, ob præiudicatam nonnullorum autoritatem, quæ in hoc loco non obstabit, quò mi-

nus liberè sentiamus. Notum est sphæras cœlestes duos habere motus, alterum diurnum, quo omnes sphæræ raptu firmamenti ab oriente in occidentem rapiuntur, hoc quidem quatuor & uiginti horarum spacio: & alterum proprium, quo unaquæque ab occidente ad orientem mouetur, supra alios polos. Octaua sphæra spacio triginta sex millium annorum absoluit circulum: sol uno anno. Quod cum ita sit, & sol ex sententia Aegyptiorum in fine cursus sui non solum redit ad eundem gradum, sed transeat ad alium sequentem, fit ut quem octaua sphæra attigerit punctum orientis, hoc est, semicirculi, sol ipse confectas habebit decem & octo mille reuolutiones. Cum uerò eadem octaua sphæra absoluet alterum semicirculum usque ad occidentem, sol peractas habebit totidem. Hoc modo supputando in duabus reuolutionibus octauæ sphæræ, sol erit in fine semicirculi, qui est ab occidente in orientem: hoc est, in oriente ubi occidit, & in alijs duabus in eodem fine, ubi etiam occidit. Hæc plana sunt, si quis sciuerit supputare, & adhibuerit sphæram materialem. Memphis.) Nunc est Mes- 10
ser. Vt Homero dictum est.) Nono Iliados:

Οὐδ' ὅσ' ἐς ἀρχομένην προτιείσεται, οὐδ' ὅσα βίβλος
Αἰγυπτίη, ὅθι πλεῖστα ἀέθλια κτήματα κεῖται,
Αἰδ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀνὰ ἑκάστῃ
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν.

Dena armatorum millia effundere.) Hunc locum corruptissimum, post Hermolaum & Vadianum, nos ex Homero restituimus: & miror Hermolaum non uidisse dictionem illam διηκόσιοι significare ducentos. Quare ita legendum est: Ducenos armatos milites effundere. Alexandria.) Nota est, retinet enim nomen. Pe- lusium.) Nomen ostij & oppidi, nunc dicti Damiata.

SCHOLIA CAP. X.

Ptolemæus iungit Aegyptum Syriæ à parte maris mediterranei, & disiungit ab Arabia per mare rubrum. Mela uerò ponit mare rubrum intra Arabiam ipsam, ut scilicet ea pars Arabiæ quæ est citra mare rubrum, & quà monte Casio attollitur, sit sterilis, ultrà uerò odorifera & læta.

a ¶ Portum admittit.) Extenditur ergo Arabia secundum Melam inter Aegyptum & Syriam ad mare mediterraneum, sicut & mox subijcit, Azotum Palæstinæ urbem, emporium esse huius Arabiæ. b ¶ Quà in altum abit.) Quòd eleuatio montis ortum solis citius ostendat, id in nostris quoque apparet 30
regionibus, ubi in cacuminibus montium, radij solares præoccupant superficiem terræ planæ. Per quartam uigiliam intellige quartam partem noctis, hoc est, crepusculum matutinum.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. X. SCHOLIA.

Admittit.) Rectè admittit, quia Azotus non est Arabiæ, sed potius Idumææ. A quarta uigilia.) Duas horas post mediam noctem, unde quarta uigilia incipit.

SCHOLIA CAP. XI.

Post Arabiam sequitur in littore maris Syria, sed quæ in multas particulares diuiditur regiones nedum iuxta mare, uerũ & in mediterraneis locis. Nam Palæstina, Cœlesyria, Mesopotamia, Damascene, Iudæa, Sophene, addit Mela & Babyloniam, & rectè quidem, cum istæ regiones omnes una lingua utantur, nempe Chaldaica: hæ inquam regiones omnes communi uocabulo Syria appellantur. Hebræi uerò uocant Aram, & distinctionis gratia adijciunt alia nomina, ut Mesopotamiã uocant Aram naheraijm, id est, Syria fluuiorum, Leucosyriam Aram Zoba, Cœlesyriam Aram Sobal, Damascenen Aram Damasci. a ¶ Cœle dicitur.) Hanc Strabo uocat Cœlesyriam, & est inter Lybanum atque Antilibanum, ob cauam uallem sic dicta. Est enim Græcis κοῖλον locus cauus. Alij uolunt Cœlesyriam esse eam partem Syriæ qua contingit Arabiam.

b ¶ Mesopotamia.) Huius regionis situm exprimit tibi figura, quam suprà in Solino cap. 51. signauimus. Damascenen ex eadem figura atque ex Iudææ descriptione, quam in Solino cap. 48. posuimus, licebit deprehendere. Cæterum Adiabene initium est Assyriæ post Mesopotamiam. Sophene autem secundum Ptolemæum est in Armenia maiori. Palæstinæ situm tibi demonstrat memorata Iudææ figura. De Phœnice dicetur sequenti cap.

Antiochia

Arabia. Cap. X.

ARabia hinc ad Rubrum mare pertinet, sed illic magis læta & ditior, thure atque odoribus abundat: hic nisi quà Casio monte attollitur plana & sterilis. [a] Portum admittit Azotum, suarũ mercium emporium: [b] quà in altum abit, adeò edita, ut ex summo uertice à quarta uigilia ortum solis ostendat.

Syria. Cap. XI.

SYria latè littora tenet, terrasq; etiam latius introrsus, alijs alijsq; nuncupata nominibus. Nam & [a] Cœle dicit, & [b] Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene. Hinc Palæstina est, quà tangit Arabas cum Phœnice: & ubi se Cilicię committit, Antiochia olim, ac diu potens: sed cum eam regno [c] Semi-

[c]Semiramis tenuit, longè potentissima. Ex operibus certè eius insignia multa sunt, duo maximè excellunt: constituta urbs miræ magnitudinis Babylon, ac siccis olim regionibus Euphrates & Tygris immissi. Cæterũ in Palæstina est ingens & munita admodum [d] Gaza (sic Persæ ærarium uocant) & inde nomen est, quòd cum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli & opes, & pecuniam intulerat. Est non minor Ascalon. Est Ioppe, ante diluuiũ (ut ferunt) cõdita, ubi Cephea regnasse eo signo accolæ affirmant, quòd titulum eius fratrisq; Phinei, ueteres quędã aræ cum religione plurima retinent: quinetiã rei celebratæ carminib. ac fabulis, seruataq; à Perseo Andromadæ, clarum uestigiũ, belluæ marinæ ossa immania ostentant.

Antiochia urbs & regio, est inter Damascenen & Ciliciam, fuitq; metropolis in Cœle Syria, & dicta fuit olim Reblata, & postea tempore Iustiniani Theopolis, prima episcopalis sedes Petri apostoli. c ¶*Semiramis.*) *Hæc mulier secundũ Berosum quarto loco apud Babyloniam regnauit, antecedens militia, triumphis, diuitijs omnes mortales. Nemo unquam huic fœminæ comparandus est uirorũ, tanta in eius uita scribuntur, cum ad uituperationẽ, tum maximè ad laudem. Hæc enim Nini regis relicta uxor, cupiens defunctum maritũ gloria excellere, condidit in Babylonia urbem ingentem Babylonẽ ab utroq; latere Euphratis, ita ut fluuius medius urbem secaret. Circuitus urbis patebat tot stadijs quot sunt dies in anno. Pontẽ qua parte fluuius angustior erat, construxit, stadiorum quinq; longitudinis, & 30. pedum latitudinis, columnis in profundo summa arte inuicem distantibus 12. pedibus. Duas deniq; regias utrinq; ad fluuiũ quasi propugnacula extruxit. Alterum insigne opus quod fecit Semiramis, est, quòd Euphraten & Tigridẽ per riuulos in siccã terrã maioris fœcunditatis gratia immisit, arentes scilicet agros aquarũ beneficio irrigando.* d ¶*Gaza.*) *Sacer Hebraismus, qui frequentẽ mentionem de his urbibus maritimis facit, nõ à gaza seu thesauro dicit hanc urbem istud sortitam nomen, sed à fortitudine: unde uocat eam Azza, quod significat fortem. Et Zachariæ nono propheta dicit, Azzam per antithesin debilitandam. De Ioppe diximus in Solino cap. 47. & situm eius exprimit figura cap. 48. posita.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XI. SCHOLIA.

Syria.) *Nunc Suria.* *Cœle.*) *Id est, caua: hoc enim sonat κοίλη.* *Mesopotamia.*) *Id est, regio sita inter duos amnes. μεσοποτάμια enim fluuius est. Est autẽ inter Euphratem & Tygrim, nunc dicitur Halapia.* *Damascene.*) *Nunc terra de Damasco.* *Adiabene.*) *Regio iuxta Euphratem.* *Babylonia.*) *Chaldæorum.* *Palæstina.*) *Olim dicta Philestina, quòd ibi ædificatæ essent quinq; ciuitates Philistinorum. Nunc tota Palæstina diuisa est in quinq; regiones, Idumæam, Iudæam, Samariam, Galilæam, & regionem trans Iordanem.* *Tangit Arabas.*) *Arabiam Petræam ab occidente, & Desertam ab oriente.* *Phœnice.*) *Nam post Palæstinam sequitur Phœnicia, uersus septentrionem.* *Vbi se Ciliciæ committit.*) *Id est, prope Ciliciam.* *Olim ac diu potens.*) *Hæc uerba non referuntur ad Antiochiam, sed ad Syriam.* *Siccis olim.*) *Euphrates & Tygris olim non Chaldæam irrigabant: erat enim regio ficca, nisi cura Semiramidis adiectis fossis ambo fluuij immissi fuissent.*

Gaza.) *Nomen est oppidi in Idumæa.* *Ascalon.*) *Oppidum Idumææ.* *Ioppe.*) *Nunc Iaffa, portus peregrinorum Hierosolymitanorum.*

Phœnicia. Cap. XII.

PHœnicem illustrauere Phœnices, soler hominum genus, & ad belli pacisq; munia eximium. [a] Literas, & literarum operas, aliasq; etiam artes, maria nauibus adire, classe confligere, [b] imperitare gentibus, regnũ prælium q; cõmenti. In ea est Tyros, aliquando insula, nũc annexa terris defecit, quando ab impugnante quondam Alexandro iacta sunt opera. [c] Vici tenẽt ulteriora: & adhuc

SCHOLIA CAP. XII.

Est Phœnicia regio Syriæ à Phœnice rege sic uocata, Iudææ contermina, in qua sunt Tyrus & Sidon urbes, Carmelus & Libanus montes. a ¶*Literas commenti.*) *Idem scribit Lucanus, quòd Phœnices primi uocem mansuram rudibus signarunt figuris. Iosephus quoque idem asserit, sed de Græcis literis. Absq; controuersia enim Hebrææ literæ primæ fuerunt in mundo, quarum appellationem & ordinem Græci quoque secuti sunt, ut alpha pro aleph, bita pro beth, gamma pro gimel, delta pro daleth &c.* b ¶*Imperitare gentibus.*) *Hoc dicitur propter Tyrum, quæ olim regia floruit dignitate, de qua 2. Reg. 5. & Isa. 23. & Ezech. 26. multa dicuntur. Fuit autem urbs maxima & antiqua, in corde maris sita, Sidoniorum colonia, negociatio maris, emporium totius orbis, olim quidem insula, sed à Nabuchodonosor & Alexandro Magno propter expugnationem multis in breui freto comportatis aggeribus, terra continens facta est, quam cum Alexander penitus destruxisset, post 70. annos iterũ ædificata est.* c ¶*Vici tenent ulteriora.*)

Vltra Tyrum, inquit, non sunt ciuitates, sed uici, licet opulenta tum fuerit Sidoniorum ciuitas antequam à Persis caperetur.

d ¶Euprosopon.) Sonat hæc uox bonũ aspectum, quodcunq; tandem in Phœnicia illud fuerit promontorium. e ¶Byblos & Botrys.) Ponit & Ptolemæus in Phœnicia hæc duo oppida unà cum Tripoli, in quarta Asiæ tabula. Habes & ibidẽ urbem Marathon. f ¶Non obliqua pelago.) Vide tabulã Ptolemæi, & uidebis post Tripolim maris sinũ, eumq; iuxta Casium montem, sed mare nõ reflectitur usquedũ littus ascenderit ad Ciliciæ orientalem terminũ, qui est ad montem Amanũ, citra quẽ sunt urbes Antiochia, Seleucia, Laodicea &c.

& adhuc opulenta Sidon, antequã à Persis caperetur, maritimarum urbium maxima. Ab ea ad promontorium [d]Euprosopon duo sunt oppida, [e]Byblos & Botrys. Vltrà tria fuerunt, singulis inter se stadijs distantia, locus ex numero Tripolis dicitur. Tum Simyra castellũ, & urbs non obscura Marathos. Inde iam [f] nõ obliqua pelago, sed aduersa adiacens, à terra grandem sinum inflexo tractu littoris accipit. Populi ditES circunsident, situs efficit: quia regio fertilis, crebris & nauigabilibus alueis fluminum peruia, diuersas opes maris atq; terrarum facili cõmercio permutat ac miscet. In eo prima est reliqua pars Syriæ, cui Antiochiæ cognomen additur. Et in ora eius urbes, Seleucia, Paltos, Beritos, Laodicea, Arados: amnesq; inter eas eunt Lichos, & Hypatos, & Orontes: tum mons Amanus, & ab eo statim Myriandros & Cilices.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XII. SCHOLIA.

Tyros.) Nunc Sur: erat ciuitas Christianorum, sed Turcæ deleuerunt eam, & seruant portum, qui uocatur El porto de Sur. Sidon.) Nunc est Sidoni. Byblos.) Gaeta nunc. Tripolis.) Nunc Tripol de la Suria. Marathos.) Nunc Margath. Seleucia.) Hodie Solda. Paltos.) Hodie Gibel. Beritos.) Nunc est Baruth, portus Damasci. Laodicea.) Liche hodie. Orontes.) Fluuius, nunc Tarfaro. Mons Amanus.) In fine Syriæ.

SCHOLIA CAP. XIII.

Syriæ iungitur Cilicia, in eo scilicet loco ubi Alexander Magnus strauit exercitum Persarum, iuxta Isicum scilicet sinum. Inuadente enim Alexandro Magno Ciliciam, uenit Darius rex Persarũ cum 700. millibus peditum, & 30. millibus equitum in occursum eius, fulsitq; exercitus eius purpura, armis, auro & opulentia supraquàm dici potest. Ordo fuit talis: Præferebatur ignis sacer in argenteis altaribus, mox sequentes Magi patrium carmen cantantes. Hos sequebantur 365. iuuenes purpureis amiculis uelati, deinde currus sacratus Ioui trahebatur ab albis equis, & eis insidentes albis induti, habentes uirgas aureas: deinde decem uehicula auro & argento cælata: deinde equitatus duodecim gentium uarijs armis & moribus: proximi decem millia, quorum aliqui torques aureos, alij habebant uestem auro distinctam, manicatasq; tunicas gemmis adornatas: deinde cognati regis 15. millia muliebri culta luxu: rursus agmen in ueste regali currum regis præcedens: currus regis in utroq; latere decorabatur simulacris deorum ex auro & argento factis, interluccentibus gemmis: currum decem millia hastatorum sequebantur, hastæ erant argento ornatæ, & spicula auro: ad dextram & læuam regis trecenti nobilissimi propinquorũ comitabantur: horum agmen claudebatur triginta millibus peditũ, quos equi regis quadringenti sequebãtur: deinde Darij mater curru uehebatur, & in alio curru uxor eius: turba fœminarum reginas comitantium, equis uectabatur: deinde liberi regis & qui eos educabant, uehebantur: deinde pellices regis 360. regali culti nitentes: postea pecuniam regis sexcenti muli & trecenti cameli uehebant, præsidio sagittariorum sequente: hos sequebantur calones & lixæ: ultimi armati leuiter, qui cogerent agmen. Hoc apparatu uenit Darius contra aciem Macedonum, quæ non auro aut discolori ueste, sed ferro & ære nitebat, habens uix quinquaginta millia hominum, sed qui omnes animosi erant, quippe qui tot bellorum in Europa uictores extiterant. Congrediens igitur uterque exercitus, cæsa sunt in acie Persarum centum millia peditum, & decem millia equitum. In acie autem Alexandri, quingenti & quatuor sauciati, interfecti 32. pedites & 150. equites. Capta est mater & uxor Darij cum nobilibus mulieribus: capta deniq; sunt multa millia hominum & iumentorum. Et in hunc modum humiliatus est Darius, qui triumphantis magis quàm dimicantis more iniit prælium: ipse tamen euasit hac uice. a ¶ Procul inde.) Hoc est, à flexura maris procedendo ad occasum, peruenitur ad oppidum Mallon, ubi Pyramus fluuius cadit in mare:

Cilicia. Cap. XIII.

AT in recessu intimo locus est magni aliquando discriminis fusorum ab Alexandro Persarũ, fugientisq; Darij spectator, ac testis. Nunc ne minima quidem, tunc ingenti urbe celebris: Issos fuit, & hac re sinus Isicus dicitur. [a]Procul inde Amanoides promontorium, inter Pyramum Cydnumq;

Cydnumq; fluuios iacet. Pyramus Isso prior, Mallon præterfluit. Cydnus ultrà per Tarsum exit. Deinde urbs est olim à Rhodijs Argiuisq;, pòst piratis Pompeio assignante possessa: nũc Pompeiopolis, tunc Soloë. Iuxtà in paruo tumulo Arati poëtæ monumentũ, ideo referendum, quia ignotũ quam ob causam iacta in id saxa dissiliũt. Nõ longè hinc Coricos oppidũ, portu saloq; incingitur, angusto tergore continenti adnexũ. Suprà specus est, nomine Corycius, singulari ingenio, ac supraquàm ut describi facilè possit eximius. Grandi nanq; hiatu patens, montẽ littori appositũ, & decem stadiorũ cliuo satis arduũ, ex summo statim uertice aperit. Tunc altè demissus, & quantũ demittit amplior, uiret lucis pubentibus undiq;, & totum se nemoroso laterũ orbe complectitur: adeò mirificus ac pulcher, ut mentes accedentiũ primo aspectu consternat: ubi contemplati durauere, nõ satiet. Vnus in eum descensus est, angustus, asper, quingentorũ & mille passuũ, per amœnas umbras, & opaca syluæ quiddã agreste resonantis, riuis hinc atq; illinc fluitantibus. Vbi ad ima peruentũ est, rursus specus alter reperitur ob alia dicendus. Terret ingredientes [b]sonitu cymbalorũ, diuinitus & magno fragore crepitantiũ. Deinde aliquãdiu perspicuus, mox & quo magis subitur obscurior, ducit ausos penitius, alteq; quasi cuniculo admittit. Ibi ingens amnis ingenti fronte se extollens, tantummodo se ostendit: & ubi magnũ impetum breui alueo traxit, iterum demersus absconditur. Intrà spacium est, magis quàm ut progredi quispiam ausit horribile, & ideo incognitum. Totus autem augustus, & uerè sacer, habitariq; à dijs & dignus & creditus. Nihil nõ uenerabile, & quasi cum aliquo numine se ostentat. Alius ultrà est, [c]quẽ Typhoneum uocant, ore angusto, & multũ (ut experti tradidere) pressus: & ob id assidua nocte suffusus, neq; unquã perspici facilis: sed quia aliquando cubile Typhonis fuit, & quia nunc demissa in se cõfestim exanimat, natura fabulaq; memorandus. Duo deinde promontoria sunt, Sarpedum, finis aliquando regni [d]Sarpedonis: & quod Ciliciam à Pamphylia distinguit, [e]Anemurium, interq; ea Celendris, & Natidos, Samiorum coloniæ: sed Celendris Sarpedoni propior.

mare inde peruenitur ad promontoriũ Amanoiden, & hinc ad Cydnũ, qui per Tarsum fluit in mare. De Cydno fluuio uide suprà in Solino cap. 51. Vltra Cydnũ in littore maris est sita Pompeiopolis, quæ antea Soloë uocata fuit. Hinc sequitur Corycos oppidũ & Corycius specus, de quo in memorato quoque Solini loco diximus.

b ¶Sonitu cymbalorũ.) Sic credidit stulta gentilitas, diuinitus immissum sonitum illum, & quò admirabiliorẽ eum facerẽt, addiderũt de suo, speciem cymbalici tinnitus illum præ se ferre, cum tamen strepitus quidam fuerit aquarũ stillantiũ intra cauernas rupium. c ¶Quem Typhoneum uocant.) Meminit & Solinus obiter huius specus cap. 51. nempe quòd is fuerit cubile Typhonis gigantis. Sonat autem τυφὼν uentũ, & uentus in uisceribus terræ cõmotus, cõcutit terram perinde ac si gigas potentissimus se moueret sub terra. Hic putatur huius loci esse intellectus. d ¶Sarpedonis.) Sarpedon rex fuit Lyciæ, qui Troianis aduersus Græcos auxilium tulisse fertur.

e ¶Anemurium.) Hæc loca, Anemuriũ, Celendris & Sarpedon, in Ptolemæo quoq; inueniuntur è regione Cypri insulæ.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XIII. SCHOLIA.

Issos.) Nunc Laiassa. Pyramus Isso prior.) Si procedas uersus ortum. Mallon.) Nunc Malo. Tarsum.) Nunc Tarso. Cliuo.) Cliuus, descensus est. Lucis pubentibus.) Lucos habet pubentes, id est, uirentes. Contemplati durauere.) Id est, deposuerunt metum, quem contrahunt primo aspectu. Cymbalorum.) κύμβαλον, inquit Hesychius, est ἁπλοῦν ὄργανον μουσικῆς, species organi musici. Ducit ausos penitus.) Hic locus à nobis quoque restitutus est, legendum enim penitius. Typhonis.) Hic fuit gigas, cuius aspectu uersi sunt dij in uaria animalia.

Pamphylia. Cap. XIIII.

IN Pamphylia est Melas nauigabilis fluuius, oppidũ Sida, & alter fluuius [a]Eurymedon. Magna apud eũ Cymonis Athenienſiũ ducis aduersus Phœnicas & Persas naualis pugna atq; uicto-

SCHOLIA CAP. XIIII.

Succedit Ciliciæ ad occidentem Pamphylia, quæ rursum ad occasum coniungitur Lyciæ. a ¶Eurymedon.) Hic fluuius per mediã fluit Pamphyliam, apud quem Cymon dux Athenienſium contra

Xerxem fugientem è Græcia, atq; exercitum eius, nauali pugna uictoriã consecutus est. b ¶Aspendos.) Hoc, inquit, oppidum Aspendos ædito colle situ, prospectat mare ubi pugnatũ est inter Athenienses & Persas. c ¶Oestros & Cataractes.) Hos fluuios & Ptolemæus ponit in prima Asiæ tabula, nisi quod Oestrum uocat Cestrum. d ¶Hic quia se præcipitat.) Cataractes, inquit, nomen istud habet à præcipitijs. Nam secundum Strabonem, magno strepitu ex alta rupe deijcitur. e ¶Inter eos Perga est.) Ptolemæus non inter istos fluuios, sed post Cataracten in termino Pamphyliæ occidentali ponit oppidum Pergæ, ubi extra ipsum in ædito colle Diana templum habuit. Phaselis quoq; ibidem locum habet ad littus maris, finem designans Pamphyliæ, condita olim à Mopso Argiuorum rege.

ria fuit. Mare, quo pugnatũ est, ex edito admodum colle prospectat [b] Aspendos, quam Argiui condiderant, possedere finitimi. Deinde alij duo ualidissimi fluuij, [c] Oestros & Cataractes. Oestros nauigari facilis: hic quia se præcipitat, ita dictus. [d] Inter eos Perga est oppidum: & Dianæ, quam ab oppido Pergeam uocant, templũ. Trans eosdem mons Sardemisos, & Phaselis à Mopso condita, finis Pamphiliæ.

PETR. IOAN. OLIVARIVS IN CAP. XIIII.

Decimumquartũ Caput nihil habet quod egeat sudoribus nostris, propterea prætermisimus.

SCHOLIA CAP. XV.

Cõtinuatur Lycia Pamphyliæ, à Lyco rege Pandionis filio sic cognominata, quæ Termile primũ appellata fuit secundũ Herodotum lib. 1. a ¶Chimæræ ignib.) De Chimæra diximus suprà in Solino cap. 52. cap. uerò 51. eiusdẽ habes de Tauro mõte: hic ferè totã includit Lyciam, quo fit, ut si ab eius ortu in occasum prospicias, dextro latere ad septentrionẽ, sinistro ad meridiẽ uersus eat in occidentẽ, ut hic Mela scribit. At in hoc situ ortus eius non potest capi pro ipso promõtorio, sed ubi à promõtorio discessũ fuerit usq; ad cacumen Tauri, ibi ramos emittit ad septentrionẽ et meridiẽ. De uarijs eius nominibus diximus in Solino memorato capite. Caspiæ pilæ uocatur eo loco, ubi inter Medos et Parthos procurrit in mare. Solin. uocat Caspias portas, de quibus uide cap. 60. b ¶Pataram.) Scribit Strabo sex illustres esse urbes in Lycia, Xanthum, Pataram, Pinaram, Olympum, Myram & Tlonem. c ¶Telmisos.) Ptolemæus ponit hanc urbem ad fluuium Xanthum, & non ad extremum Lyciæ terminum. Solinus cap. 53. uocat eam Telmessum.

Lycia. Cap. XV.

LYcia continuò, cognominata à Lyco rege Pandionis filio, atq; (ut ferunt) infestata olim [a] Chimæræ ignibus. Sydæ portu, & Tauri promõtorio grandem sinum claudit. Taurus ipse ab Eois littoribus exurgens, uastè satis attollitur. Deinde dextro latere ad septentrionem, sinistro ad meridiem uersus, it in occidentem rectus & perpetuo iugo: magnarumq; gentium, quà dorsum agit, terminus. Vbi terras dirimit, exit in pelagus. Idem autem & totus, ut dictus est, dicitur, etiam quà spectat orientẽ. Deinde Hæmodes, & Caucasius, & Paropamisus. Tum Caspiæ pylæ, Niphates, & Armeniæ pylæ: & ubi iam nostra maria contingit, Taurus iterum. Post eius promontoriũ flumen est Lymira, & eodem nomine ciuitas: atque ut multa oppida, sic præter [b] Pataram non illustria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide, Delphico simile. Vltrà Xanthus flumẽ, & Xanthos oppidum, mons Cragus: & quæ Lyciam finit, urbs [c] Telmisos.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XV. SCHOLIA.

Chimæræ.) Chimæra ramentum Tauri montis. Dextro latere.) Ad Imaum montem refertur. Sinistro ad meridiem.) Ad Damasium montem, Tauri ramentum. Magnarum gentium.) Sericæ regionis Gymnosophistarum, Caspiciæ, Sachæ, Bactrianorum, Sogdianorum, Ariæ, Drangianæ, Gedrosiæ, Arachosiæ, Margianæ, Hyrcanæ, Carmaniæ, Parthiæ, Mediæ, Persidis, Assyriæ, Susianæ, Mesopotamiæ, Armeniæ maioris & minoris, Ciliciæ, Pamphyliæ, & Lyciæ: ubi exit in pelagus. Quà spectat ad orientem.) Dicitur Taurus semper uersus orientem. Hæmodes.) Vbi incipit ramentum Imai montis. Caucasius.) Prope Albaniam & Iberiam, inter Hyrcanum mare & Pontum Euxinum. Paropamisus.) E regione Bactrianæ & Ariæ. Caspiæ pylæ.) Ad mare Hyrcanum, siue Caspium. Niphates.) Ad mediam Parthiam & Hyrcaniam. Armeniæ pylæ.) Ad Armeniã maiorem. Et ubi iam nostra maria attingit.) In Lycia. Post eius promontoriũ.) Eius Tauri. Nam in Lycia ubi exit in mare, Taurus, sicut in principio uocatur. Pataram.) Patera nunc. Ab hac regione usq; ad Bithyniam, est Asia minor, quæ nunc dicitur Anatolia, siue Turchia.

Caria.

Caria. Cap. XVII.

CAria sequit. Habitator incertæ originis: alij indigenas, sunt qui [a]Pelasgos, quidã Cretas existimant, gens usq; eò quondam armorũ, pugnæq; amans, ut aliena etiã bella mercede agerẽt. Hic castella aliquot sunt: deinde promontoria duo, Pedalion & Crya, & [b]secundũ Calbin amnem Caunus oppidũ ualetudine habitantiũ infame: inde [c]ad Halicarnasson hæc adiacent: Rhodiorum aliquot coloniæ, portus duo, Gelos, & cui ex urbe quam amplectitur Thissamissa cognomen est. Inter eos oppidum Larumna, & Pandion collis in mare emissus. Tum tres ex ordine sinus, Thymnias, Schenus, Bubessus. Thymniæ promontoriũ Aphrodisiũ est. Schenus ambit Hilam, Bubessus Cynotum, Gnidus in cornu peninsulæ: interq; eam & Ceramicũ sinũ in recessu posita Euthane. Halicarnassos Argiuorũ colonia est: & cur memoranda sit, præter conditores [d]Mausoleum efficit, regis Mausoli monumentũ, unum de miraculis septem, Artemisiæ opus. Trans Halicarnasson illa sunt, littus Leuca: [e]urbes Mindus, Aryanda, Neapolis. Sinus Iasius, & Basilicus. Iasio est Bargylos.

SCHOLIA CAP. XVI.

Caria succedit occidentem uersus Lyciæ, et est regio meridionalis Asiæ minoris. Habet enim Asia minor multas regiones, nempe Ioniam, Cariam, Phrygiam, Aeoliã, Mysiam, & Lydiam. Sunt qui annumerant quoq; Lyciam. a ¶*Pelasgos.*) *Sunt Pelasgi populi Macedoniæ, qui olim Thessali fuisse putantur.* b ¶*Secũdum Calbin.*) *Nascitur Calbis in Crago monte, & haud procul à Cauno labitur in mare. Est autem Caunus oppidum pestilenti cœlo subditũ, & propterea habitantiũ aduersa ualetudine infame.* c ¶*Ad Halicarnasson.*) *Hæc olim regum Cariæ regia fuit, unde Herodotus originẽ duxit. Pro Larumna Ptolemæus habet Lorima, & ponitur in cornu Cariæ extremo, sicut & Cnidus.* d ¶*Mausoleum.*) *Est Mausoleum in Halicarnasso sepulchrum, quod Artemisia Mausoli uxor tam egregio perfecit opere, ut inter septem orbis miracula olim numeraretur. Eleuabatur in altũ 25. cubitis, & cingebatur columnis 36. Ab hoc sepulchro, omnia precioſa sepulchra ex nomine eius Mausolea dicuntur.* e ¶*Vrbes Mindus.*) *Parua est Caria, sed populosissima & oppidis plena.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XVI. SCHOLIA.

Caria.) *Pars Asiæ minoris prima.* *Valetudine habitantiũ.*) *Pallent omnes ibi.* *Rhodiorũ aliquot coloniæ.*) *Est enim Rhodus insula è regione Cariæ.* *Gnidus.*) *Promontorium est, nunc Cabo de Chio.*

Ionia. Cap. XVII.

POst Basilicum Ionia aliquot se ambagibus sinuat, & primũ à Posideo promontorio inflexũ inchoans, cingit oraculũ Apollinis, dictum olim Branchidæ, nunc Didymi. Miletum urbem quondã Ioniæ totius, belli pacisq; artibus principem, patriam Thaletis astrologi, & Timothei musici, & Anaximãdri physici, aliorumq; ciuium inclytis ingenijs meritò inclytam, utcunque Ioniam uocãt: urbem Hyppin amnis Mæandri exitum, [a]Latmum montem Endymionis, à luna (ut ferunt) adamati fabula nobilem.

SCHOLIA CAP. XVII.

A Caria si pergas ad septentrionẽ, occurrit Ionia, incipiens à Posideo promõtorio. Post Posidium uerò, inquit Strabo, Milesium est oraculum, Apollini Didymæo sacrum apud Branchidas ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodũ cætera templa omnia, Ephesio excepto. Scribit & Herodotus lib. primo de hoc templo in hunc modum: Erat apud Branchidas oraculũ peruetustum, quo Aeoles Ionesq; cõmuniter uti consueuerũt. Oraculum hoc in Milesiorum agro est situm ad Panormum lacum. Porrò Miletus olim totius Ioniæ clarissima fuit urbs, genitrix multarũ per cuncta maria urbium. Nati deniq; sunt in ea multi uiri clari, quorũ aliquos hic enumerat Mela. Addit his & Strabo quosdam, nempe Anaximenem, Hecatæum historicum, & Aeschinem oratorem. Hæc urbs ob sui claritatem aliquando Ionia dicta est. a ¶*Latmum montem Endymionis.*) *Scribitur de Endymione quòd primus lunæ cursum inuenerit, ad quod inuestigandum, opus illi fuit montis huius supercilio. Alij tradunt sepulchrum eius esse apud Latmium montem: sic enim maior pars scriptorum uocat hunc montem. Porrò fabula adamati à Luna, id est, Iunone, hæc est. Ferunt Endymionem relatum à Ioue in cœlo, adamantem uerò Iunonem simulacro deceptum & eiectum descendisse ad inferos. Alij fabulam de perpetuo Endymionis somno exponunt. Nam quum lunæ uarios motus quæreret, nocteq; uigilaret & interdiu dormiret, somno fingitur dormiuisse perpetuo, adamatus à luna.*

bilem. Deinde rursus inflexa, cingit urbẽ Prienen, & Gesi fluminis ostiũ, moxq; ut maiore circuitu, ita plura complectit. Ibi est Panioniũ [b]sacra regio, & ob id eo nomine appellata, quòd eam cõmuniter Iones colunt. Ibi à fugitiuis, ut aiunt, condita (nomen famæ annuit) [c]Phygela. Ibi Ephesus, & [d]Dianæ clarissimũ templum, quod Amazones Asia potitæ consecrasse traduntur. Ibi [e]Caystros amnis, ibi Lebedos Clariq; Apollinis fanum, quod Manto Tiresiæ filia, fugiens uictores Thebanorum Epigonos: & [f]Colophon, quam Mopsus eiusdem Mantûs filius statuit ad promontoriũ quo sinus claudit, quod altera parte alium, quem [g]Smyrnæum uocant, efficit, angustisq; ceruicibus reliqua extendit. Inde latius abit [h]in peninsulæ faciem, super angustias, hinc Teos, illinc Clazomena: & quia terga iungunt confinio adnexa maris, diuersis frontibus diuersa maria prospectãt. In ipsa peninsula est Coryna. In sinu Smyrnæo est Termodon amnis, & urbs Leuca: extra eum Phocis Ioniæ ultima.

b ¶*Sacra regio.*) *Vocatur Panionium sacra regio, quòd olim Iones ibi conuenirent & Neptuno diem festum ex more celebrarent.* *c* ¶*Phygela.*) *Est Græcis φυγὴ fuga & exilium: unde de Phygela Plinius sic inquit: Iuxtà fugitiuis condita, uti nomen indicio est, Phygela. Strabo Pygellam nominat.* *d* ¶*Et Dianæ templum.*) *De magnificentia & nobilitate huius templi nonnihil diximus in Solino cap. 53.*

e ¶*Caystros.*) *Caystros & Cayster Lydiæ fluuius, Sardibus proximus, ab ambustione nomen habet, quòd propinquus sit Catacecaumenæ, quæ pars est Ephesiæ regionis prætorrida & deustæ similis, nullam præter uitem proferens arborem. Cæterum Lebedos celebre est oppidũ ob Scenicorum histrionum collegium, qui ludos ac certamina Libero patri quotannis celebrabant. Est quoq; non procul Claros ciuitas, Apollinis oraculo nobilis, quam Manto Tiresiæ filia condidit, fugiens Thebanorum uictores Epigonos, id est, posteros, qui aduersus Thebas bellum mouerunt.*

f ¶*Colophon.*) *Hæc urbs Ionica multis nominibus clara est, primùm quod in equestribus certaminibus plurimũ ualuit, ut ubi bella componi difficulter potuerint, huius urbis equitatu dirimerentur: hinc natum adagiũ, Colophonem imponere uel addere, pro summam operi manum imponere. Deinde quòd Colophonij amplissimas haberent nauales opes: tertio quòd patria existeret multorum clarissimorũ uirorum, etiam secundum quosdam Homeri. De Mopso qui cum Chalcante de peritia diuinandi certauit, habes apud Strabonem lib. 14.*

g ¶*Smyrnæum.*) *Est Smyrnæus sinus ab urbe Smyrna, quam quidam Homeri patriam esse putant. Herodotus lib. 1. dicit eam olim fuisse ex numero duodecim ciuitatum Aeolicarum.* *h* ¶*In peninsulæ faciem.*) *Inter duos sinus Colophonium & Smyrnæum, expatiatur in mare uersus Chium insulam cornu quoddam terræ, quod hic peninsulam uocat, habens mox in ingressu duo insignia oppida, Teon & Clazomenam. Vide Ptolemæi tabulam primam Asiæ, & patebunt hæc omnia oculis tuis multò clarius quàm hic scribi literis queant.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XVII. SCHOLIA.

Ionia.) *Asiæ minoris pars, nunc dicta Queiẽ, cum prouincia Turcæ.* *Vtcunque Ioniam uocant.*) *Ad Miletum refertur: nunc Melasa.* *Amazones.*) *Inter Iberos & Hyperboreos.* *In ipsa peninsula.*) *Inter Teos & Smyrnam, quæ nunc Lamires.*

Aeolis. Cap. XVIII.

SCHOLIA CAP. XVIII.

Duplex est Aeolis, una in Asia, Græcorum colonia, media inter Ioniam & Mysiam, de qua hic Mela scribit. Alia est inter Siciliam & Italiam, complectiturq; septem insulas, quarũ quædam ignem spirant, de quibus Iustinus libro quarto scribit. Ab his uenerunt Aeolij, & appulerũt in Mysiam, nomenq; suum huic regioni indiderunt. In eius extremitate septentrionali iuxta fauces Hellesponti, sunt Troiani. *a* ¶*Mysia.*) *Est duplex Mysia in hac Asia minori, major & minor, & utraq; est extra Bithyniam. Est & duplex Mysia in Europa iuxta Istrum, superior & inferior, quam quidam scribunt Mœsiam per diphthongum.*

ROxima regio, ex quo ab Aeolijs incoli cœpit, Aeolis facta, ante [a]Mysia: & quà Hellespontum attingit Troianis possidentibus Troas fuit. Primam urbem à Myrino cõditore Myrinam uocant: sequentem Pelops statuit uicto Oenomao reuersus ex Græcia: Cymen nominauit, pulsis qui habitarant, dux Amazonum Cyme. [c]Suprà

b ¶*Pelops.*) *Hic Tantali regis Phrygum filius fuit, certauitq; curuli certamine cum Oenomao, & uicit eum equorum pernicitate, filiamq; eius Hippodamiam ex pacto duxit uxorem, & Pisæ regnum consecutus est. Est autem Pisa Peloponnesi ciuitas. Cæterum ab hoc Pelope denominata est insula Græciæ Peloponnesus, & oppidum*

[c]Suprà, Caicus inter Eleam decurrit, & Pitanem illã, [d]quæ Archesilam tulit, nihil affirmantis Academiæ clarissimũ antistitẽ. Tum in promontorio est Canna oppidum: quod præteruectos sinus excipit nõ paruus, sed longè ac molliter flexus, retrahensq; paulatim oras usque ad ima mõtis Idæ. [e]Isthmos paruis urbibus aspersus est, quarum clarissima est Cistena. Gremio interiore cãpus Thebæ nomine, Adrimittion, Astyram, Eteſſam oppida, eodẽ quo dicta sunt ordine adiacentia, cõtinet. In altero latere [f]Antandrum. Duplex causa nominis iactatur. Alij Ascanium Aeneæ filium cum ibi regnaret captum à Pelasgis ea se redemisse cõmemorant: alij ab ijs putant conditam, quos ex Andro insula uis & seditio exegerat. Hi Antandrũ quasi pro Andro, illi quasi pro uiro accipi uolunt. Sequens tractus tangit Gargara, & [g]Asson, Aetolorum colonias. Tum sinus alter ἀχαιῶν λιμὴν, non longè [h]ab Ilio littora incuruat, urbe bello excidioq; clarissima. Hic Sigæum fuit oppidũ, hic [i]Achiuorũ fuit bellantium statio. Hucab Idæo monte demissus Scamander exit, & Simois, [k]fama q; natura maiora flumina. Ipse mons uetere [l]diuarum certamine, & iudicio Paridis memoratus, orientẽ solem aliter quàm in alijs terris solet aspicio, stentat. Nanq; ex summo uertice eius speculantibus, penè à media nocte sparsi ignes passim micare, & ut lux appropinquat, ita coire, ac se cõiungere uidentur, donec magis magisq; collecti, pauciores subinde, & una ad postremũ flamma ardeant. Ea cum diu clara

oppidum Mysiæ Pelopeia. Cyme uerò à duce Amazonũ, pulsis habitatoribus, nomen sortita est. c ¶ *Suprà Caicus.*) Ptolemæus hunc fluuiũ qui inter Pitanem & Eleam decurrit, uocat Cecium. d ¶ *Quæ Archesilan tulit.*) Est Archesilas nomẽ philosophi, qui ex Pitane Aeolica ciuitate ortus, relicta patria Athenas profectus in Academiam se ad Crantorem contulit, & cõmutauit Platonicam philosophiam, & nouam quandam instituere cõtendit, propter quod & cauillator uocatus est. Hic cum se nihil scire affirmaret, nec alios quicquã scire patiebatur, id quod Mela quoq; hic succinctis indicat uerbis. e ¶ *Isthmos.*) Quid sit Isthmos, habes in Solino cap. 13. Ptolemæus non meminit huius Isthmi, nec peninsulæ quæ cõtinet campum Thebanorum. Pro Adrimittiũ, ipse legit Adramittiũ.

f ¶ *Antandrum.*) Hæc uox, inquit, est uel ab Andro insula, quasi ἀντὶ ἀνδρὸς, uel ab ἀνὴρ, quod in genitiuo quoque habet ἀνδρὸς, ut sit sensus, pro uiro data est ciuitas.

g ¶ *Asson.*) Hoc oppidum haud procul abest à Troade, ubi scilicet est sinus ἀχαιῶν λιμὴν, id est, Achiuorum portus, sic dictus quòd Græci illic appulerint.

h ¶ *Ab Ilio.*) Fuit Iliũ regia Priami, quæ & Troia à nomine regionis nominatur. Excidium eius reddidit hanc urbem nominatissimam. Ferunt illam extructam post diluuium anno 828. regnauerũtq; in ea sex reges, Dardanus, Erichthonius, Troës, Ilus, Laomedon, & Priamus, sub quo deleta est. Causa eius excidij fuit, quòd Paris Priami filius ui abduxit Helenam uxorem Menelai regis Græcorum: tunc Athenis conuenerunt omnes proceres regni Græcorum, & omnium consensu statuerunt reducere reginam. Interim cum abijssent fratres Helenæ Castor & Pollux, ut sororẽ repeterent, sæuiente mari submersi sunt, atq; à uulgo inter deos relati. Rursum miserunt Græci Diomedem & Vlyssem, qui reginam repeterent: sed cum nihil effecissent, tota Græcia castra mouit cõtra Troiam: quibus Hector alter Priami filius obuiam ueniens magno bellico apparatu, sæpe Græcos in fugam cõuertit, sed tandem ab Achille duce exercitus Græcorum confossus interijt. Paris quoq; telo confodit Menelaum regem Græcorũ, quin & Aiacem athletam usq; ad mortẽ sauciauit, & dum is letaliter se uulneratũ sentiret, furore extremo agitatus, tam uehementẽ ictum illisit capiti Paridis, ut mortuus caderet de equo. Amisso itaq; Paride Troiani fugerũt intra mœnia, & cum diu obsessi oppugnarentur, multi tædio affecti proditionem moliebantur urbis, præsertim Aeneas & Antenor, intromissisq; noctu Græcis, urbem in manus hostium tradiderunt: qui grassantes in ea, omnis ætatis & sexus homines occiderunt, & urbem ipsam incendio delecuerũt, abduxeruntq; raptam Helenam. Durauit hoc bellum decem annis & octo mensibus. i ¶ *Achiuorum statio.*) Quum Græci, inquit, oppugnarent Ilium, castra posuerunt iuxta Sigæum oppidum. k ¶ *Fama quàm natura.*) Ida mons altissimus spectat ad Troadem, & abundat aquis, descendũtq; ex eõ multa flumina, ut sunt Scamander, Simois & Esepus: sed paruæ sunt, cum mox absorbeantur à mari, celebria tamen propter ea quæ gesta sunt contra Ilienses. l ¶ *Diuarum certamine.*) Est & in Creta mons Ida, in quo est antrum sacrum, quòd ibi Iupiter nutritus fuerit. Sic in Ida qui est circa Helle spontum, est antrum deabus sacrum, & celebre ob Paridis acceptum iudicium. Quòd autem ortus solis aliter ibi quàm in alijs terris apparere hic dicitur, id propter uaporum ascendentiũ è terra aliam & aliam dispositionem, atque ob solis uiciniorem & remotiorem ab horizonte præsentiam contingit. Idem apud nos sæpe uidere

contingit in aurora. Primũ enim radij solares sparguntur in nubibus, & rutilant ut ignis, deinde propinquante sole coëunt in unam claram lucem, donec tandem lux solis uera emergat. Globus lucis qui solis ortum præcedat, in regione nostra fortasse à nemine est deprehensus. m ¶ Fit arctius mare.) Coëunt enim ibi Europæ & Asiæ littora, aut potius latera, paruo maris interposito meatu: nec iam abluit mare terras, sed strictũ tenetur inter duarũ orbis partiũ limites, ut nõ possit diffluere in littora.

diu clara & incendio similis effulsit, cogit se, ac rotũdat, & fit ingens globus. Diu is quoq; grandis, & terris adnexus apparet: deinde paulatim decrescens, & quanto decrescit eo clarior: fugat nouissimè noctẽ, & cum die iam sol factus, attollitur. Extra sinum sunt Rhetæa littora, Rhetæo & Dardania claris urbibus, Aiacis tamen sepulchro maximè illustria. Ab his m fit arctius mare: nec iam abluit terras, sed rursus diuidens angusto Hellespõti freto, littus obuium findit, facitq; ut iterum terræ, quà fluit, latera sint.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XVIII. SCHOLIA.

Aeolis.) Pars Asiæ minoris. Myrinam.) Sebastopolis nunc dicta. Sequentem Pelops statuit. Victo Oenomao reuersus ex Græcia, Cymen nominauit, pulsis qui habitarant, dux Amazonũ Cyme.) Hæc uerba sensum aliquem habent, si ubi est Statuit, ibi periodum feceris. Academiæ.) Nouæ. Nam ueteris princeps fuit Plato. ἀχαιῶν λιμένι.) Græcorum portus. Sigæum.) Oppidum & promontoriũ: nunc caput Sanctæ Mariæ. Hellesponti.) Turcæ ex parte Asiæ Hellespontum uocant Brachium Sancti Georgij.

SCHOLIA CAP. XIX.

Bithynia primũ Bebrycia, postea Mygdonia, ac deinde Bithynia à Bithyno rege dicta fuit. Sunt qui totum tractum illum ad Mysiam attinuisse perhibeant, antequam Bithyniæ sortiretur uocabulum: quin Ptolemæus nullam harum urbium, quarum hic Mela à principio meminit, ponit in Bithynia, sed Mysia Asiæ minoris regione. Abydos opponitur Sesto interlabente mari septem stadiorum, ubi Xerxes rex Persarum pontem struxit, & traduxit maximũ exercitum ab Asia in Europam. a ¶ Amoris commercio.) Hoc dicitur propter Leandrum Hero puellæ amasium, qui fuit ex Abydo urbe. b ¶ Vbi primùm fulsisset.) A fulgore igitur Lampsacum urbs nomen accepit. Est enim λάμπω Græcis idem quod splendeo. c ¶ Propontis.) De Hellesponto, Propontide & Ponto diximus in Solino cap. 15. in fine. d ¶ Pugna quæ primùm inter Persas.) Pugna ista in Bithynia facta, prima fuit: altera autem facta est iuxta Isicum sinum, de qua suprà cap. decimotertio in Cilicia nonnihil scripsimus.

e ¶ Cyzicum.) Insula est in Propontide duobus pontibus iuncta cõtinenti, habens urbem eiusdem nominis, mœnibus arce & turribus marmoreis. Habet autẽ nomen à Cyzico, quem Iason per imprudentiam interemit. Fuit proinde hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cum primis Asiæ urbibus comparanda, tribus armamentarijs inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. Ptolemæus & quidam post eum uocant hanc urbem Cyricum. Cæterum Minyi populi sunt ex urbe Phrygiæ Minyarum. f ¶ Olympus.) Sunt quatuor montes hoc nomine: primus est in Thessalia, secundus in Gallogræcia, tertius in Mysia, cuius hic meminit Mela: quartus ad mare rubrum haud longè ab Heliopoli. g ¶ Myrlea.) Hanc Ptolemæus uocat Apameam, sicut & Cion appellat Prusam.

Bithynia. Cap. XIX.

INterius Bithyni sunt, & Mariandynei. In ora Graiæ urbes, Abydos & Lampsacũ, Parion & Priapos. Abydos magni quondam [a] amoris commercio insignis est: Lampsacũ Phocæis appellantibus nomen ex eo traxit, quòd consulentibus, in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, [b] ubi primũ fulsisset, ibi sedem capesserent. Tum rursus fit apertius mare [c] Propontis. In id Granicus effunditur, [d] pugna quę primùm inter Persas & Alexandrum fuit, nobilis. Trans amnem sedet in ceruice peninsulæ [c] Cyzicũ: nomen Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, cum Colchos peterent, fusum acie cæsumq; accepimus. Pòst Placia, & Scylace, paruæ Pelasgorum coloniæ. Quibus à tergo imminet mons [f] Olympus, ut incolæ uocant, Mysius. Is flumen Rhyndacum in ea quæ sequuntur, emittit. Circà angues nascunt immanes: neq; ob magnitudinẽ modò, sed ob id etiã mirabiles, quòd ubi in alueũ eius æstus solemq; fugerunt, emergunt atq; hiant: superuolantesq; aues, q̃uis altè & perniciter ferant, absorbent. Trans Rhyndacũ est Daschylos, & quam Colophonij collocauere [g] Myrlea. Duo sunt inde modici sinus: alter sine nomine Cion amplectit, Phrygiæ haud longè iacẽtis opportunissimũ

tunisſimũ emporiũ: alter[h] Olbianos. In promontorio fert Neptuni fanum, in gremio Aſtacon, à Megarenſibus conditam. Deinde priores terræ iterum iacent, exiturique in Pontum pelagi canalis anguſtior. Europã ab Aſia ſtadijs quinq; diſterminat Thracius (ut dictũ eſt) Boſphorus. Ipſis in faucibus oppidum, in ore templum eſt. Oppidi nomẽ[k] Chalcedon: auctor Archias, Megarenſiũ princeps. Templi numẽ Iupiter, cõditore Iaſone. Hic iam ſeſe[l] ingens pontus aperit (niſi quà promõtoria ſunt) huc atq; illuc, longo rectoq; limite extentus, ſinuatus cætera. Sed quia cõtrà minus quàm ad læuam & dexteram abſceſsit mollibus faſtigijs, donec angustos utrinq; angulos faciat, inflectitur ad formam Scythici arcus, maximè incuruus, breuis, atrox, [m] nebuloſus, raris ſtationibus, non molli neq; arenoſo circundatus littore, uicinus aquilonibus: & quia non profundus eſt, fluctuoſus atq; feruẽs. Olim ex colentiũ ſæuo admodũ ingenio [n] Axenus, pòſt cõmercio aliarũ gentium mollitis aliquantũ moribus, dictus Euxinus. In eo primũ Mariandynei urbem habitant, ab Argiuo (ut ferunt) Hercule datam, Heraclea uocitatur, id famæ fidem adiecit. Iuxtà ſpecus eſt [o] Acheruſia, ad manes (ut aiunt) peruius, atq; inde extractum Cerberum exiſtimant.

h ¶Olbianos.) Eſt Olbia eadem quæ & Nicea, ſita in Aſtacino ſinu, ubi ſub Conſtantino Magno celebratum fuit Concilium uniuerſale, & damnata hæreſis Arriana. In eo quoq; concilio prohibitæ fuerunt præſbyteris uxores: quod cum aduerteret Paſnutius Chriſti confeſſor, epiſcopus Aegypti, & cui pro fide Chriſti fuit dexter erutus oculus, & ſiniſter ſucciſus poples, confeſſus eſt ibi publicè, honorabiles eſſe nuptias, & caſtitatem eſſe concubitũ cum propria uxore, ſuaſitq; concilio ne talem poneret legem, quæ occaſionem fornicationis præberet. i ¶ Priores terræ iterum iacent.) Hoc eſt, poſt ſinum flexuoſum rurſum terra emittit cornu in mare, contrahiturq; mare in anguſtam canalem ob concurſum Aſiæ & Europæ, quarum littora ſolũ quinq; diſtãt ſtadijs in Boſphoro ipſo. Habet autem ſtadium 125. paſſus, hoc eſt, pedes 625. k ¶ Chalcedon.) Hanc urbem Megarenſes condidere, cæci appellati quòd non potius oppoſitum littus elegêre, in quo iacet Byzantium ſeu Cõſtantinopolis optimo loco. Eſt & fanũ Iouis in Chalcedone, extructũ à Iaſone. l ¶Ingens pontus.) Maris Euxini figurationem ſignauimus ſuprà in figura Europæ, illic licebit aduertere quomodo à ſeptentrione contrahitur, à meridie in orientem & occidentem extenditur in modum arcus Scythici. m ¶Nebuloſus.) Hoc dicitur propter Cimmeriũ Boſphorum, de cuius incolis Homerus ſic ſcribit: Illis ſol nunquã Phaëthon ſua lumina ſpargit, Pernicioſa ſuper nox ſemper tenditur iſtis. Hinc umbræ Cimmeriæ. n ¶Axenus.) Secundum Plinium lib. 6. Pontus Euxinus antea ab inhoſpitali feritate Axenus appellatus eſt, peculiari inuidia naturæ ſine ullo fine indulgentis auiditati maris. Pòſt cõmercio aliarum gentium mollitis aliquantũ moribus, dictus eſt Euxinus, quaſi bonum hoſpitiũ. o ¶Acheruſia.) Meminit & Solinus cap. 50. huius ſpecus. Sunt qui dicunt Acheruſiam paludem eſſe in quam immittantur cadauera in ulteriorem ripam deferenda: nauim uerò ipſam qua traijcitur, Barim, hoc eſt, onerariam appellari, & inde natam de Charonte fabulam, qui animas tranſuehat Stygem. Sed hæc de Acheruſia Italiæ ſunt accipienda. Cerberi fabulam refert Ouidius Metamorph. lib. 7.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XIX. SCHOLIA.

Bithyni.) Extra Aſiam minorem: ſed Turcæ maiores dicuntur. Lampſacum.) Nunc Circe. Parion.) Hodie Pariſa. Cyzicum.) Vulgò Spiga. Daſchylos.) Diaſquilos hodie.

Paphlagonia. Cap. XX.

RVm Tios oppidum, Mileſiorũ quidem colonia, ſed iam ſoli, gẽtisq; Paphlagonum: quorum in littoribus penè medijs promontorium eſt Carambis. Citrà [a] Parthenius amnis, urbesq; Seſamus & Cronna, & à Cytoro Phryxi filio poſita Cytoros. Tum Cimolis accolitur, & quæ Paphlagoniam finit, Armene.

SCHOLIA CAP. XX.

Eſt Paphlagonia cõtermina Bithyniæ, ſic dicta à Paphlagone Phinei filio, cuius et Solinus meminit capite 56. Carambim promontorium ſaxoſum Ptolemæus non in medio, ſed mox poſt finem Bithyniæ ponit.

a ¶ Parthenius amnis.) Eſt Parthenius idem quod uirgineus, & dictus eſt hic fluuius Parthenius à Diana, quòd huius fe undis oblectarit.

PETRI IOANNIS OLIVARII SCHOLIA IN CAP. XX.

Tios.) Nunc Tio. Cronna.) Nunc Comana. Cimolis.) Nunc Cinopolis.

SCHOLIA CAP. XXI.

Sunt Chalybes populi in Hiſpania, ſunt & Chalybes ponticæ oræ habitatores, quos Ptolemæus intra Paphlagoniam ponit. Vocati autem ſunt Chalybes, quòd primũ putentur eruiſſe & domuiſſe ferrum. Horum inſigniores urbes fuerũt Amiſus & Sinope.

a ¶*Cynici.*) *Secta quædã philoſophorũ dicta fuit Cynica, id eſt, canina, quòd in caſtigationibus canum more mordaces eſſent contra uitia, uel quòd licentia ſermonis rabiem quandam caninam repræſentarent.*

b ¶*Halyn.*) *Ptolemæus ponit Halyn in Galatia, & Thermodonta in Cappadocia. Iuxta Thermodonta conſederũt Scythicæ fœminæ, nempe Amazones, à quarũ regina conditũ eſt oppidum Themiſcyrũ, denominatiq; ſunt campi Themiſcyræi quos occupauerũt. Ptol. uocat urbem illam Themiſcyram.* *c* ¶*Carambim.*) *Eſt Carambis promontoriũ in Paphlagonia uerſus ſeptentrionem in mare Euxinũ porrectũ. Vide tabulam primam Aſiæ in Ptolemæo.*

d ¶*Cuſtodia tenent.*) *Experti enim erãt, aut ab alijs audierãt, quanta peſtis eſſet rex, qui pro animi ſui libidine dominiũ in ſubditos exerceret, contempta æquitatis lege.*

Chalybes. Cap. XXI.

CHalybes proximi clariſsimas habẽt Amyſon, & Sinopen,[a] Cynici Diogenis patriã. Amnes[b] Halyn & Thermodonta. Secũdum Halyn urbs eſt Lycaſto: à Thermodonte cãpus, in eo fuit Themiſcyrum oppidum. Fuere & Amazonum caſtra, ideo Amazonum uocant. Tibareni Chalybas attingũt, quibus in riſu luſuq; ſummum bonum eſt. Vltra[c] Carambim Moſſynœci turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant. propatulò ueſcũtur, promiſcuè cõcumbunt. Et palàm reges ſuffragio deligunt, uincu liſq; & arctiſsima[d] cuſtodia tenent: atq; ubi culpam prauè imperando meruere, inedia diei totius afficiũt. Cæterum aſperi, inculti, pernoxij appulſis: deinde minus feri. Verùm & hi incõditis moribus, Macrocephali,[e] Diſcheri, Buxedi. Raræ urbes, Ceraſus & [f] Trapezus maximè illuſtres. [g] Inde is locus eſt, ubi finem ductus à Boſphoro tractus accipit, atq; inde ſe in ſinu ad uerſi littoris flexu attollens, anguſtiſsimũ Põti facit angulum. Hic ſunt Colchi. Hinc Phaſis erumpit.

e ¶*Diſcheri.*) *Hi ab alijs nominantur Bizeres & Bizares.* *f* ¶*Trapezus.*) *Hanc urbem ex imperio Conſtantinopolitano, ut quidam ſcribunt, Turcæ primũ occupauerunt, ac deinde ſenſim ſeſe inſinuarũt in totũ imperium illud orientale. Vnde Haitonus Armenus ſic ſcribit: Circa annum domini 1307. quando Turcæ occupauerunt dominiũ ſuum, nõ potuerunt ciuitatem Trapezuntinam, nec eius pertinentias occupare, propter caſtra fortiſsima & alia munimenta, & ſic totum littus maris Euxini manſit in potentia Imperatoris Conſtantinopolitani, miſitq; ille ſingulis annis gubernatorem unum, qui dux dicebatur, ad regendam terram illam. Accidit autem, ut ex illis ducibus unus Imperatori rebellis fieret, uſurparetq; dominiũ terræ illius pro ſe, et fecit ſe regem: quod cum malè haberet Imperatorẽ Conſtantinopolitanũ, illumq; excludere regno conaretur, dux ille inuocato auxilio Turcarũ, qui iam multas uicinas occupauerant terras, reſtitit Imperatori, atq; exercitũ eius profligauit. Secundum alios euerterũt Turcæ illud imperiũ paucis poſt annis quàm Byzantium eſt ſub Mahumete tyranno captum. Nacti itaq; Turcæ hoc regnũ, indies latius pomœria eius extenderũt, donec tandem Adrianopolim Thraciæ urbem obtinuerunt, ubi & regiam collocarunt ſedem. Verùm nõ cõtenti tam magno regno, etiam Conſtantinopolitanũ imperium anno Chriſti 1453. ſibi ſubijciunt. Hinc eſt quòd ante tempora noſtra Turcarũ imperator triplicis regni titulum ſibi uendicauit, nempe regni Trapezuntini, Adrianopolitani & Conſtantinopolitani. Nata eſt autem hæc peſtis ex quorundam ruſticorũ colluuie & factione, qui ducem conſtituentes Otomanum, breui incredibiles ſumpſere uires, & innumeras ſubiecerũt ſibi gentes, nempe Armenos, Cappadociã, Lycaoniam, Iſauriam, Lyciam quæ nunc Briquia, Ioniam quæ Quiſcum, Paphlagoniam, Lenech, Ciliciam, Syriam, Thraciam &c. de quibus paulò inferius fuſius ſcribam. Viuunt autem ſecundũ leges & inſtituta, quas Mahumetes falſus propheta Saracenis Arabiæ genti anno ſalutis 629. ſanxit, homo patre dæmonũ cultore, matre Iſmaëlita natus, callidus et uaſer ingenio, inter Chriſtianos diu uerſatus, rem pernicioſam humano generi ex duabus legibus cõmentus, cui legi ne ab hominibus ſanæ mentis iretur obuiam, capitalem inſcripſit pœnã, ne ſcilicet quis auderet de ea diſputare, uſus ad hoc Sergij monachi impio conſilio & opera. Hæc ut populariora eſſet, ex omnium gentium ſectis aliquid aſſumpſit. Chriſtum in primis laudandũ cenſuit, uirum fuiſſe affirmans ſanctũ, & omni uirtute præſtantem, eum deniq; ſupra humanitatis faſtigium ponere, nunc uerbum, nunc ſpiritum & dei animam prædicans, uirginis utero natum. Euangelia ab Apoſtolorum diſcipulis corrupta eſſe dicebat, oportuiſſe per Alcoranum ſuum emendari. Sed hæc prolixiora ſunt quàm ut hic compendio tradi poſſint.*

g ¶*Inde is locus eſt.*) *A Boſphoro, inquit, Thraciæ, tractus littoris maris porrigitur longo ſpacio in orientem uſque ad Trapezũ, & hinc recuruatur in angulum quem inhabitant Colchi, per quorũ terram fluit Phaſis*

& cadit

erumpit. Hîc eodẽ nomine, quo amnis est, Athenistagora Milesio deductũ oppidum. Hîc Phryxi templum, & lucus,[h] fabula uetere pelis aureæ nobilis. Hinc orti montes, longo seiugo, & [i] donec Rhiphæis coniungant exporrigunt: qui altera parte in Euxinũ & Mæotida & Tanaim, altera in Caspium pelagus obuersi, Ceraunij dicuntur. Iidem aliubi Tauríci, Moschi, Amazonici, Caspij, Coraxici, Caucasi, ut alijs alijs'ue appositis gentibus, ita alijs alijsq; dicti nominib. At in primo flexu iam curui littoris oppidũ est, quod Græci mercatores cõstituisse: & quia cum cæca tempestate agerentur, ignaris quæ terra esset, cygni uox notam dederat, Cygnũ appellasse dicunt. Relíqua eius, feræ, incultæq; gentes, uasto mari assidentes tenent,[k] Melanchlæni: terrestria, Sexsolytæ, Coraxi, Phthirophagi, Heniochi,[l] Achæi, Cercetici. Etiã in confinio Mæotidis Syndones. In Heniochorũ finibus Dioscurias, à Castore & Polluce pontum cum Iasone ingressis: Syndos, in Syndonũ ab ipsis terrarũ cultoribus cõdita est. Obliqua tũc regio, & in latum modicè patens, inter Pontum paludemq; ad Bosphorũ excurrit: quæ duobus alueis in lacum & in mare profluens, Corocondamam peninsulam reddit. Quatuor urbes ibi sunt, Hermanassa, Cepœ, Phanagoria, & in ipso ore Cimmeriũ.[m] Hàc ingressos lacus accipit longè lateq; diffusus, quà terras tangit incuruo circundatus littore, quà mari propior est (nisi ubi aperitur) quasi margine obductus citra magnitudinẽ, propè Ponto similis.[n] Oram quæ à Bosphoro ad Tanaim usque deflectitur, Mæotici incolũt, Toreatæ, Arrichi, Phicores, & [o] ostio fluminis proximi Iaxamathæ. Apud eos eadem artes fœminæ, quas uiri exercẽt, adeò ut ne militia quidem uacent. Viri pedibus inhærent, sagittisq; depugnant: illæ equestre prælium ineunt. Nec ferro dimicãt, sed quos laqueis intercepere, trahendo conficiunt. Nubũt tamen: uerũ ut nubiles habeant, nõ in ætate modus est: nisi quæ hostem interemerẽre, uirgines manent. [p] Ipse Tanais ex Rhiphæo

& cadit in Pontũ. Est & oppidũ Phasis ab Athenistagora Milesio deductũ. *h* ¶ *Fabula.)* *Meminit Ouid. lib. 7. & 8. huius fabulæ, nempe quòd cum Phryxus in ea loca peruenisset, arietem quo uectus fuerat mactauit Ioui, aurea eius pelle in templo à se cõdito suspensa, quam Iason rapuit. Habet autem aurei uelleris figmentũ originem ab auriferis Colchidis fluminibus, è quibus aurum hauritur lanosis pellibus.* *i* ¶ *Donec Rhiphæis.)* *Vide in Ptolemæo secundã Asiæ tabulam, & apparebit tibi alia Ceraunorum montiũ dispositio. Non enim extenduntur à Colchide ad mõtes Rhiphæos aut Hyperboreos, uel etiam ad Tanaim fluuiũ, sed ab Euxino mari exporriguntur ad Caspium pelagus. Hi montes q̃ uaria habeant uocabula, diximus in Solino cap. 48.*

k *Melanchlæni.)* *Hi populi à nigris uestibus sic denominati sunt. Et quòd sequitur, Terrestria, subaudiendum, inhabitant loca.* *l* ¶ *Achæi.)* *Meminit & Ptolemæus Achæorum, Cercitarum (sic enim uocat Cerceticos) Syndonum & Coraxorũ, quos omnes ponit in cornu terræ quod à Caucaso porrigitur usque ad Bosphorum, & disiungit Mæotiden à ponte Euxino. Hæc peninsula obliquam facit regionem, nedum in Ponto, uerùm & in Mæotica palude, sed modicè in latũ patet. Mela uocat eam hic Corocondamam. Ptolemæus autem dicit Corocondamam esse Ponti ciuitatem. Sed quomodo hæc peninsula duobus alueis in lacum & in mare profluit? Respondet Strabo lib. 11. supra Corocondamam esse lacum, & hic secundum Melam duplici alueo Corocondamam includit, efficitq; peninsulam.* *m* ¶ *Hàc ingressos.)* *Qui per angustiam Bosphori ingrediuntur, hos lacus excipit Mæoticus, qui mox longè lateq; in orientem & occidentẽ diffunditur, sed Tanaim uersus terra utrinq; distenta, in Europa & Asia sensim ad se redit, & fit lacus angustior: sicut econtra uersus mare Euxinum fit latior: & esset planè mare unum, nisi lacus ipse margine obduceretur terrarum, quæ utrinq; concurrunt, & Bosphori angustiam duntaxat transeuntibus derelinquunt.* *n* ¶ *Oram.)* *Orientale littus.* *o* ¶ *Ostio fluminis.)* *Iuxta ostium Tanais habitant Iaxamathæ, apud quos uiri & fœminæ eadem exercent artes. In militia tamen uiri pedites pugnant, & mulieres equestres, nec aliqua uiro iungitur, nisi prius hostem interemerit.* *p* ¶ *Ipse Tanais.)* *Quidam aiunt Tanaim descendere ex Rhiphæis montibus, alij asserunt illum oriri ex palude: nos suprà in Solino cap. 25. indicauimus quid recentiores sentiant de huius fluuij ortu. Id certum est, Tanaim fluxum tenere Nilo contrarium. Nam Tanais fertur à septentrione in meridiem, & Nilus huic occurrens, ab austro in aquilonem præceps rapitur: uterq; autem limes est occidentalis Asiæ. Nam Nilus secundũ Melã disterminat Asiã ab Africa, & Tanais in septentrione*

secludit Asiã ab Europa. q ¶Aliquot nomina.) Ptolemæus ponit Sachatas, Perierbidos, Iaxamataras &c. r ¶Mæotici γυναικοκρατούμενοι.) Hi sunt qui mulierũ parent imperio, ubi Amazones tenent regnũ. s ¶Turcæq;.) Ex hoc colligitur nomen Turcæ non esse nouum, ut quidam sentiũt, & nos quoq; suprà in hoc capite idem scripsimus, quandoquidem Mela longè supra mille annos Turcarũ mentionẽ fecerit. Sed in dubium adhuc reuocatur, num Turcæ, quos Christiani hodie crudeles patiuntur hostes, descenderint ab illis Turcis, quorũ Mela hic meminit, quantumlibet inter nomina conueniat. Sunt enim qui de origine eorum sic scribunt: Quum Tartari ab oriente usq; ad Scythiam Europæam ditionem suam propagassent, fuit circa annum Christi 1300. in aula magni Tartari miles quidam nomine Otomanus, sortis humilis, & fortuna tunc obscurus, uiribus tamen corporis robustus & audax, qui propter illatas iniurias cum quadraginta equis secedens, cœpit occultè in Cappadocia montes & aditus opportunos occupare, & ex opportunitate loci & temporis prædas agere: ad quem plurimi grassatores, ut fit in huiusce modi genere hominum, confluxerunt, & coaluerunt uehementer, inuadentes & occupantes gentes & ciuitates, & tandem totam acquirentes Cappadociam, Pontum, Bithyniam, Asiam minorem, Pamphyliam & Ciliciam. Huic Otomano ex humanis rapto, succedit filius eius Archanes, qui audacia & ambitione patri non dissimilis, imperium à patre cœptum nedum conseruauit, uerùm & auxit. Deinde anno Christi 1363. subsecutus est filius Archanis Ammurates tertius Turcarũ rex, qui totam ferè occupauit Thraciam. Huic successit filius eius Paiazites quartus rex, qui rerum maximarũ cupidus, Macedoniam, Thessaliam, Phocidem, Bœotiam & Atticam sui iuris effecit, Bulgaros & Illyrios assiduis debilitauit incursionibus, donec tandem & ipse Dei iudicium sensit. Nam circa annum Christi 1400. Tamerlanes rex Tartarorũ ex gregario milite factus imperator multarũ gentium, postquam Parthos subegit atq; Scythas, Iberos, Albanos, Persas & Medos, deinde Mesopotamiam & Armeniam inuasit, transitoq; Euphrate cum 400. millibus equitum, & 600. millibus peditum, in Asia minori regem Turcarũ Paiaziten superauit, & interfectis aliquot suorũ millibus, ipsum cepit, & catenis aureis uinctũ inclusit in cauea in modũ feræ, & circunduxit per omnem Asiam ueluti spectaculũ humanarũ rerum. Prandens uerò quasi canem sub mensa sua comedere iussit: ascensurus equum, eo tanquam scabello usus est. Hic Tamerlanes capto Turca per Asiam minorẽ currens, Smyrnam, Antiochiam, Sebasten, Tripolim, Damascum, & multas alias urbes cepit & incendit, & in tantum sæuiebat, ut quæ alijs ardua esse uiderentur, ipse promptius obire tentabat. In obsidionibus urbium prima die albo utebatur tentorio, secunda rubro, tertia nigro: & qui se dabant in albo sedenti, salutem cõsequebantur: rubeus autem color mortem indicabat: & niger, ciuitatis excidiũ & omnia in cinerem conuertenda. Et cum semel quandam populosam ciuitatem obsidione cinxisset, & illa primo die deditionem neglexisset, & deinde se dederet, & pueri puellæq; in candida ueste ramos oliuæ illi obuiam gestarent, ut iram eius lenirent, ille pueros statim iussit equis cõculcari, & urbem captam incendio deleri. Cumq; semel interrogaretur cur tanta crudelitate uteretur, respondit illi: Tu me hominem arbitraris, sed falleris: ira enim Dei sum & uastitas orbis. Post hunc quintus rex Alpinus, & secundum alios Calepinus appellatus, regnauit, cum quo Sigismundus Imperator iuxta urbem Nicopolim infeliciter pugnauit. Nam cum Bulgaria à Turcis capta esset, Sigismundus Vngariæ rex contractis magnis uiribus ex Anglia, Gallia & Burgundia, Mœsiæ fines siue Bulgariam ingreditur, & expugnatis aliquot ciuitatibus, castra ponit ad Nicopolim, anno scilicet salutis 1396. Turca igitur aduenientes cum magnis copijs, dum Galli primam aciem expeterent, & primum hostium sustinerent impetum, ab equis desiliunt, ut æquo marte cum Turcis belli euentum experirentur: cumq; equi sine custodibus in castra redissent, Vngari Gallos ab hoste cæsos rati, tumultuari cœperũt, & ideo à Turcis in fugam coniecti sunt. Fugit autem & Sigismundus primùm quidem Constantinopolim, quam Turcæ nondum subegerant, deinde in Rhodum, ac tandem in Croatiam Dalmatiamq; peruenit. Alpinum subsecutus est sextus rex Mahumetes, anno scilicet Christi 1408. qui multis excursionibus fines sui imperij dilatauit. Quo morte sublato, filius eius Ammurates septimus regnauit, qui Illyricos & Vngaros uastauit, Peloponnesum ui cepit, & murum Isthmi Corinthiaci deiecit, Albam Vngariæ anno Christi 1439. obsidione cinxit: relinquensq; post se filium Mahumetem octauum regem, & is Christianorum perniciosus hostis fuit, quippe qui Constantinopolim expugnauit, Bulgariam & Rusciam sibi subiecit, Nigropontum in deditionem accepit, Tauricam insulam sui iuris fecit, Moldauiam & Vualachiam uastauit, & multa alia mala

phæo mõte deiectus adeò præceps ruit, ut cum uicina flumina, tum Mœotis et Bosphorus, tum Ponti aliqua brumali rigore durentur, solus æstus hyemẽq; iuxtà ferens, idem semper & sublimis incitatusq; decurrat. Ripas eius Sauromatæ, & ripis hærentia possidẽt: una gens, aliquot Populi, & q aliquot nomina. Primi r Mæotici γυναικοκρατούμενοι. Regna Amazonũ. Fœcũdos pabulo, ad alia steriles nudosq; campos tenent Budini. Geloni urbem ligneam habitant. Iuxtà Thyrsagetæ s Turcæq;, uastas syluas occupant, aluntúrq; uenando. Tum continuis rupibus latè

bus latè aſpera & deſerta regio ad t Arymphæos uſque permittitur. His iuſtiſsimi mores. Pro domibus nemora, alimenta baccæ, & maribus & fœminis nuda ſunt capita. Sacri itaq; habentur, adeoq; ipſos nemo de tam feris gentibus uiolat, ut aliis quoq; ad eos confugiſſe pro aſylo ſit. Vltra ſurgit mõs Rhiphæus, ultraq; eum iacet ora quæ ſpectat oceanum.

alia mala Chriſtianis intulit. Hoc mortuo, ſucceſsit nonus Baiazeth, & expugnauit Modonam, anno ſcilicet Chriſti 1500. Geſſit quoque multa prælia cum Sophi Perſarum rege, ſed infeliciter. Poſt hunc anno 1512. imperium arripuit Zelembeg, qui & Zelimus, ſed nõ diu tenuit. Cui ſucceſsit Solymannus, magnus in Chriſtianos tyrãnus, quippe qui noſtro æuo, anno ſcilicet Chriſti 1522. occupauit Rhodum, Albam Vngariæ, & nouiſsimè anno Chriſti 1529. Viennam Auſtriæ obſidione cinxit, ſed nõ expugnauit. t ¶ *Arymphæos.) De his populis ſcribit & Solinus capite uigeſimoſeptimo, & de Rhiphæis capite uigeſimoquinto.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XXI. SCHOLIA.

Amyſon.) Nunc Quinopoli. Sinopen.) Hodie Sinopi. Cæraſus.) Cæraſo nunc. Trapezus.) Trapezonda. Hac ingreſſos lacus.) Paludem Mæotida intelligit, quæ nunc dicitur El Mar Negro. Sauromatæ.) Sarmatæ, nunc magni Bulgari. γυναικοκρατούμενοι.) Id eſt, mulieribus ſubiecti.



DE SITV ORBIS LIBER SECVNDVS.

SCHOLIA CAPITIS PRIMI.

Hactenus lustrauit Mela omnia littora & maritima loca Africæ & Asiæ, nunc tra iecto ostio Tanais, redit per Mæoticam paludem in Europam, & dicit ingredientibus lacum Europam esse ad siniſtram, egredientibus autem ad dextram, id quod ex figura suprà posita ocularitèr discere poteris.

a ¶ *Rhiphæis montibus.*) *Sunt, inquit, & Rhiphæi montes in Europa, dextrũ scilicet tenentes latus, ex quibus Tanais propter assiduam niuium resolutionem incrementa accipit. Sic ueteres senserũt. Qui uerò nostro æuo de his regionibus scripserũt, easq; lustrarũt, negant ibi inueniri montes Alanos, Hyperboreos & Rhiphæos, unde nominatissima ista flumina, Tanais, Borysthenes maior & minor, & Volha, originẽ trahant: sed de Tanai sic scribũt: Tanais nominatissimus fluuius, à Tartaris & Moscouitis Don nuncupatus, fontes & originem habet in Moscouia, haud procul à dicto lacu Recensi. Consurgit de terra plana, sterili, limosa, paludinosa, & nemorosa. Est enim Moscouia regio plana, non montosa, nemorosa & paludinosa, in qua multa oriuntur flumina: de quibus uide Matthiam à Michou Canonicũ Cracouiensem, qui ex professo nostro æuo de his regionibus & fluminibus scripsit, & nos quoq; suprà in Solino cap. 25. expressimus per figuram origines & confluentias memoratorum atq; aliorũ fluuiorum.* *b* ¶ *Gryphi.*) *Quæ hic de gryphis scribuntur, fabulosa existimant: sicut & ea quæ de Arimaspis unocula gente hic cõmemorantur & referuntur ex aliorũ sententia, quorum & Solinus mentionẽ facit cap. 25. Cæterum disputationem antiquitatis Scytharum tractauimus libro secundo Iustini historici, qui ab initio illius libri scribit, quomodo inter Scythas & Ægyptios diu cõtentio fuerit de generis uetustate. Vide ibi.*

c ¶ *Agathyrsi.*) *Hi secundum Plinium libro 4. capite 12. insignes sunt cæruleo capillo. Hamaxobitæ uerò sic dicti sunt, quòd Græcis ἅμαξα plaustrum sit, & putantur hodie esse Moscouitæ.* *d* ¶ *Plaga excurrens.*) *Hæc est Taurica Cherronesus, quam Tartari Præcopenses inhabitant, à Mahumete Turcarum octauo imperatore, qui Constantinopolim expugnauit, deuicti sunt & Turcis subiecti. Vrbs præcipua huius peninsulæ uocatur Caffa, fuitq; aliquando sub dominio Ianuensium.* *e* ¶ *Taurici.*) *Hi à Ptolemæo Tauroschytæ appellantur, habentq; situm haud procul ab ostio Borysthenis, sed iuxta Melam sunt intra Tauricam.* *f* ¶ *καλὸς λιμήν.*) *Significant hæ duæ dictiones portum bonum: & κριοῦ μέτωπον arietis frontem sonat, promontorium scilicet quod ultra Tauricos in meridiem exporrigitur, sicut & Parthenion, quod Ptolemæus uocat Dianæ promontorium.* *g* ¶ *Cherronesus.*) *Capitur hic Cherronesus pro certo oppido, non pro peninsula Taurica, sicut & Nymphæus specus secundum Strabonem oppidum fuit. In hac peninsula sunt ciuitates Theodosia, Parthenion, Heraclea, Cimmerium.* *h* ¶ *Quinque millia passuum.*) *Tantus est Isthmos quo Taurica*

Scythia Europæa. Cap. I.

ASiæ in nostrum mare Tanaimq; uergentis, quem dixi finis ac situs est. At per eundem amnẽ in Mæotida remeantibus, ad dextram Europa est, modò siniſtro latere inuigantium apposita, ac[a] Rhiphæis montibus (nam & huc illi pertinent) proxima. Cadentes assiduè niues adeò inuia efficiũt, ut ultra ne uisum quidem intendentium admittant. Deinde est regio ditis admodũ soli, inhabitabilis tamẽ, quia[b] Gryphi sæuum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mirè amãt, mireq; custodiũt, & sunt infesti attingentibus. Hominum primi sunt Scythæ, Scytharumq; quis singuli oculi esse dicuntur, Arimaspi. Ab eis Essedones usq; ad Mæotida. Huius flexum Buges amnis secat, [c] Agathyrsi & Sauromatæ ambiunt: quia pro sedibus plaustra habent, dicti Hamaxobitæ. Obliqua tunc ad Bosphorũ [d] plaga excurrens, Ponto ac Mæotide includit. In paludem uergentia Satarchæ tenent. In Bosphorũ Cimmericũ oppida Myrmecion, Panticapeũ, Theodosia, Hermisium. In Euxinum mare, [e] Taurici. Super eos sinus portuosus, & ideo [f] καλὸς λιμὴν appellatus, promontorijs duobus includitur: alterum κριοῦ μέτωπον uocant, Carambico, quod in Asia diximus, patet aduersum: Parthenion alterũ. Oppidum adiacet [g] Cherronesus à Diana (si credatur) conditũ, & Nymphæo specu, quòd in arce eius Nymphis sacratum est, maximè illustre. Subit tum ripam mare, & donec [h] quinq; millia passuum absit à Mæotide,

Mæotide, refugientia usq; subsequens littora, quæ Satarchæ & Tauríci tenent, peninsulã reddit. Quod inter paludẽ & sinũ est, Taphræ nominãt. [i] Sinus Carcinites. In eo urbs est Carcine: quam duo flumina, [k] Gerros & Hypacyris uno ostio effluentia attingũt, uerũ diuersis fontibus, & aliunde delapsi. Nam Gerros inter Basilidas & Nomadas euoluit. Syluæ deinde sunt quas maximas hæ terræ ferunt, & Panticapes, qui Nomadas Georgosq; disterminat. Terratum longè distenta excedens tenui radice littori adnectitur. Pòst spacioſa modicè, paulatim se ipsa fastigiat, & quasi in mucronẽ longa colligens latera, facie positi ensis allecta est. [l] Achilles infesta classe mare Ponticũ ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse uictoriã, & cum ab armis quies erat, se ac suos cursu exercitauisse memorãt. Ideo dicta est δρόμος ἀχίλλεως. Tum Borysthenes gentem sui nominis abluit, inter Scythiæ amnes amœnissimus: turbidis alijs, liquidissimus defluit, placidior q̃ cęteri, potariq; pulcherrimus, alit lætissima pabula, magnosq; pisces: quibus & optimus sapor, & nulla ossa sunt. Longè uenit, ignotisq; ortus è fontibus, quadraginta dierũ iter alueo stringit: tãtoq; spacio nauigabilis, secundũ Borysthenida & Olbida Græca oppida egreditur. Callipidas Hypanis includit. Ex grandi palude oritur, quã matrem eius accolæ appellant: & diu qualis natus est defluit. Tandem nõ longè à mari, ex paruo fonte, cui Exampeo cognomẽ est, adeò amaras aquas accipit, ut ipse quoq; iam sui dissimilis, et nõ dulcis hinc defluat. Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasq; descendit. Hos ab Istricis Tyra separat, surgit in Neuris: quà exit, sui nominis oppidũ attingit. At ille qui Scythiæ populos à sequentibus dirimit, [m] apertis in Germania fontibus, alio quàm desinit nomine exoritur. Nam per immania magnarũ gentiũ diu Danubius est: deinde aliter appellantibus accolis, Ister fit: acceptisq; aliquot amnibus, ingens iam, & eorum qui in nostrum mare decidunt tantũ Nilo minor, totidẽ quot ille ostijs, sed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus effluit. Ingenia cultusq; gentiũ differunt. [n] Essedones funera parentũ læti, & uictimis ac festo coitu familiarium celebrant. Corpora ipsa laniata, & cæsis pecorum uisceribus immixta, epulando consumunt. Capita ubi fabrè expoliuere, auro cincta pro poculis gerunt. Hæc sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia. Agathyrsi ora artusq; pingunt, ut quisq; maioribus præstant, ita magis uel minus: cæterũ ijsdem omnes notis, & sic ut abluí nequeant. Sarmatæ auri & argenti [o] maximarũ pestium ignari, uice rerum cõmercia exercent, atq; ob sæua hyemis admodũ assiduæ, demersis in humũ sedibus, spe

Taurica cohæret continenti. *i* ¶ *Sinus Carcinites.)* *Hic est sinus qui Tauricæ adiacet ad occidentem.* *k* ¶ *Gerros.)* *Hic fluuius cadit in eum sinum in quem Buges fluuius exoneratur. Cæterum quis sit Hypacyris fluuius, non constat: coniectura tamen est eum esse quem Ptolemæus Carcinitum nominat, excipiturq; à sinu Carcinite. Sunt denique ibi syluæ maximarum arborum, sed quarum Ptolemæus non meminit, sicut nec Panticapis fluuij.* *l* ¶ *Achilles infesta.)* *Ponit quoque Ptolemæus hoc loco è regione ostiorum Danubij insulam, quam uocat Leucam Achillis. Vide tabulam Europæ octauam. Porrò δρόμος ἀχιλλέως sonat cursum Achillem. Est denique ibi magnus maris sinus, qui excipit Borysthenem fluuium, quem hodie Moscouitæ, apud quos nascitur, uocant Neper. Cognitus enim est nostro tempore ortus eius sicut & Tanais, de quorum originibus ueteres dubitarunt. Solinus tamen cap. 25. dicit Borysthenem nasci apud Neuros. Capite uerò 24. describit amnem Hypanem, qui haud procul ab ostijs Borysthenis labitur in mare. Axiacen fluuiũ inuenies suprà in tabula quam Solino capite 15. adiecimus. Hunc fluuium hodie Nester uocant. Porrò Tyra fluuius oritur in Carpatho monte, & inter ostia Axiacis atque Danubij descendit in pontum Euxinum.* *m* ¶ *Apertis in Germania fontibus.)* *Hos fontes ego ipse qui hæc scribo, adij, & proprijs oculis conspexi, figuris denique contemplandos expressi, ne quis de origine Danubij deinceps unquam dubitare posset. Vide suprà in Solino capite 23. figuram originis & descriptionem Danubij.* *n* ¶ *Essedones.)* *Meminit & Solinus capite 25. harum gentium & earundem morum. Per festum coitum intellige solennem & magnum amicorum concursum. De Agathyrsis suprà sub litera c diximus.* *o* ¶ *Maximarũ pestium.)* *Pestes uocat aurum & argentum, quòd mali homines eis abutuntur ad uitia.*

p ¶ *Braccatæ*

cus aut ſuffoſſa habitant, totum [p] braccati corpus, & niſi quà uident, etiã ora ueſtiti. [q] Tauri Iphigeniæ & Oreſtis aduentu maximè memorati, immanes ſunt moribus, immanemq; famã habẽt, ſolere pro uictimis aduenas cædere. [r] Baſilidis ab Hercule & Echidna generis principia ſunt, mores regij, arma tantũ ſagittæ. Vagi Nomades pecorũ pabula ſequunt̃, atq; ut illa pecori durant, ita diu ſtatam ſedem agunt. Colunt Georgi, exercentq; agros. Axiacæ furari quid ſit ignorãt, ideoq; nec ſua cuſtodiũt, nec aliena contingũt. [s] Interius habitantiũ ritus aſperior, & incultior regio eſt. Bella cędesq; amãt, mosq; eſt bellantibus, cruorem eius quem primũ interemerũt, ipſis è uulneribus bibere. Vt quiſq; plures interemerit, ita apud eos habeẽ eximius. Cęterum expertem eſſe cædis, inter opprobria uel maximum eſt. Ne fœdera quidem incruenta ſunt: ſanciant ſe qui paciſcunt̃, exemptumq; ſanguinem ubi permiſcuere, deguſtant: id putant manſurę fidei pignus certiſſimũ. Inter epulas, quot quiſq; interfecerit, referre lętiſsima & frequentiſſima mentio: binisq; poculis, qui plurimos retulere, perpotatis interlocantur. Is honos præcipuus eſt. Pocula ut Eſſedones parentum, ita inimiciſsimorũ capitibus expoliunt. Apud Anthropophagos ipſæ etiam epulæ uiſceribus humanis apparãtur. Geloni hoſtium cutibus equos, ſeq; uelant: [t] illos reliqui corporis, ſe capitũ. Melanchlænis atra ueſtis, & ex ea nomen. [u] Neuris ſtatũ ſingulis tempus eſt, quo ſi uelint in lupos, iterumq; in eos qui fuere, mutent̃. Mars omniũ deus: ei pro ſimulacris enſes & centoria dedicant, hominesq; pro uictimis feriunt. Terræ latè patent, & ob excedentia ripas ſuas plerũq; flumina, nuſquã nõ ad pabula fertiles; alicubi uſqueadeo ſteriles ad cętera, ut qui habitant, lignorũ egentes, ignes oſsibus alant.

p ¶Braccati.) Eſt bracca ueſtis fluxa & intonſa atq; uarij coloris, qua olim utebantur gentes in frigidioribus plagis. Vnde Ouidius: Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. q ¶Tauri Iphigeniæ.) De Tauris Herodotus lib. 4. ſic ſcribit: Tauri uirgini naufragos immolant, & quoſcunq; Græcos illuc delatos: & poſtquam preces peregerint, hominis caput claua feriunt: truncũ eius quidam aiunt perturbari è rupe, nam in rupe prærupta templum eſt eorum ſitum: cruci affigũt caput. Dæmonem cui immolant, aiunt eſſe Iphigeniam Agamemnonis filiam. In hoſtes quos ceperint hoc agunt: amputatum quiſq; caput hoſtis domũ reportat, fuſti ſuffixum admodũ ſublime ſupra tecta ſtatuit, & plerunq; ſupra fumarium: ideo in ſublimi locantes, quòd dicant eos totius domus eſſe cuſtodes. Fuit & Oreſtes Agamemnonis filius, homo ferus & agreſtis, cuius & Herodotus meminit libro primo, & Ouid. lib. Triſt. 4.

r ¶Baſilidis.) Ab hoc Baſilide deſcenderunt Baſilidæ populi, qui ab Hercule deſcenderunt. Nomadum meminit quoq; Solinus cap. 25. Georgi ſic dicti ſunt quòd colant terram: nam Græci agricolam γεωργὸν uocant. Horum quoque mentionem ſicut & Axiacarum facit Solinus iam memorato capite. s ¶Interius habitantiũ ritus aſperior.) Mira leguntur apud autores de Scytharum interiorũ agreſtibus moribus. Nam gaudent plurimũ humana cæde, & quẽ primum uirum in bello uir Scytha ceperit, eius ſanguinem potat. Quoſcunq; in prælio interemerit, eorum capita regi offert. Detrahunt etiam occiſis cutem, & multi ſunt qui coria humana tanquam brutorũ conſuunt, quibus pro amiculis induuntur. Capita hoſtium hoc modo præcidunt: amputant illud in orbem circa aures, uerticeq; ſumpto excutit, deinde exterius crudo bouis corio ſuperducunt, interius inaurant, etiam qui ditiores ſunt, & pro poculis utuntur: hoſpitibus qui ad eos ueniunt, uiri alicuius exiſtimationis exhibent, referuntq; illos à ſe eſſe ſuperatos. Semel quotannis ſinguli regionum principes uinum crateri miſcent, de quo Scythæ omnes bibunt, & nemo guſtat qui nihil præclari operis ædiderit, ſed ſine honore ſeorſim ſedet, quæ res apud illos maximæ eſt ignominiæ: qui uerò plures cædes fecerunt, hi duobus pariter quos habent calicibus potant. Cæterum quomodo fœdera ineant, ſignauimus in Solino capite 25. Habes quoq; ibi de ritibus Eſſedonum, & de Anthropophagis atq; Gelonis, à principio capitis. t ¶Illos reliqui corporis.) Equos, inquit, corporis cute tegunt, ſe autem pelle cranei. u ¶Neuris ſtatum tempus.) Hæc nedum à Plinio pro fabula habentur, uerùm & ab Herodoto, qui minoris eſt autoritatis. Is quarto libro ſic ſcribit: Dicuntur homines à Scythis & ab ijs qui in Scythia incolunt Græcis, ſemel quotannis ſinguli ad aliquot dies effici lupi, & rurſum in priſtinum habitum redire: quod tamen dicentes, mihi non perſuadent.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN LIB. II. CAP. I. SCHOLIA.

Ac per eundem amnem in Mæotida remeantibus ad dextram Europa eſt, modò ſiniſtro latere innauigantium appoſita.) Alia lectio habet: Ac per eundem amnem in Mæotida remeantibus, ad dextram Europa eſt modò,

modò, siniſtro latere innauigantium appoſita. Locus eſt ſubobſcurus, ſiue ſequutus fueris priorem lectionem, ſiue poſteriorem. Dicam tamen quod ſentio. Si quis ex fonte Tanais, per Tanaim in Mæotida redierit, reuera Europam relinquet ad dexteram amnis: ſed ſi quis ex fonte uſque ad paludem nauigauerit, non eſt dubium quin remigantes ad ſiniſtram eandem relinquent. Scythæ.) Europæi. Hoc nomine Scytharum continentur Sarmatæ ſuperiores, qui nunc ſunt Poloni & Rutheni, ſiue Ruſij, ſiue Roxani: & Podolia regio, & Cherſoneſus Taurica, quæ nunc Tartaria minor dicitur. Sauromatæ.) Sarmatæ, dixi eos eſſe Polonos maiores & minores. καλὸς λιμήν.) Id eſt, bonus portus. κριὸς μέτωπον.) Arietis frontem. Baſilides.) Vualachi nunc, Nomades quoque uſque ad Iſtrum fluuium. A Tauricis uſque ad Iſtrum eſt Vualachia, quam olim habitarunt Getæ, ἀρόμ& ἀχίλλε&. Inter Scythiæ.) Dixi à fontibus Tanais uſque ad Danubium uocari regionem Scythicam, uocabulo uniuerſali. At ille.) Danubius eſt, qui Scythiam, ſiue Vualachiam, ſiue Tartaros minores, A ſequentibus populis dirimit.) A Bulgaris & Boſinis. Apertis in Germania fontibus.) Oritur Danubius in Abnobio Germaniæ monte. Nam per immania magnarum gentium.) Per Auſtriam, Vngariam, quarum altera dicitur Pannonia ſuperior, hoc eſt Auſtria: altera Vngaria inferior. Per Myſiam, inter Bulgariam & Vualachiam uſq; ad Pontum. Deinde aliter appellantibus.) Dicitur Iſter ab Aria ciuitate Vualachiæ uſq; ad Pontum.

Thracia. Cap. II.

IS Thracia proxima eſt, eaq; [a] à ponticí lateris fronte uſq; in Illyricos penitus immiſſa, quà latera agit, Iſtro pelagoq; cõtingitur: regio nec cœlo læta nec ſolo, & niſi quà mari propior eſt, infœcunda, frigida, eorumq; quę ſeruntur, malignè admodum patiens. Raro uſquam pomiferam arborẽ, uitem frequentius tolerat: ſed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, niſi ubi frigora obiectu frondiũ cultores arcuere. [b] Viros benignius alit, non ad ſpeciem tamen, nam & illis aſper atq; indecens corporum habitus eſt: cæterum ad ferociam & numerũ, ut multi immitesq; ſint, maximè ferax. Paucos amnes, qui in pelagus euadunt, uerùm celeberrimos, [c] Hebrum, Neſton & Strymona emittit. Mõtes interior attollit, Hæmon & Rhodopen & Orbelon, ſacris Liberi patris, & cœtu Mænadũ Orpheo primũ initiante celebratos: è quibus Hæmus in tantum altitudinis abit, ut Euxinum & Adriam ex ſumma uertice oſtendat. Vna gens Thraces habitãt, aliis aliisq; præditi & nominibus & moribus. Quidam feri ſunt, & ad mortem paratiſſimi, Getę uticq;. Id uaria opinio perficit. Alij redituras putant animas obeuntium: alij, etſi non redeant, nõ extingui tamen, ſed ad beatiora tranſire. Alij emori quidem, ſed id melius

SCHOLIA CAP. II.

Poſt oſtia Danubij ſequitur Thracum regio, in qua eſt Byzantium ſeu Conſtantinopolis, imperij orientalis olim caput, hodie uerò Turcarum regia ſedes, quam ipſi non Conſtantinopolim aut Byzantium, ſed Czaroudom, id eſt, Cæſaris domũ uocant.

a ¶ A pontici lateris fronte.) Connumerat Mela utranque Myſiam inferiorem & ſuperiorem Thraciæ, quæ hodie eſt Vualachia, Bulgaria, Raſcia & Seruia, habetq; Iſtrum pro latere ſeptentrionali, & pelagus, id eſt, Pontũ & Propontidem pro termino orientali. b ¶ Viros benignius alit.) Hominum magis eſt ferax quàm terræ naſcentium, ſed producit homines feros & aſperos, & tam numeroſos, ut ſi unius imperio regerentur & idem ſentirent, ut dicit Herodotus, inexpugnabiles eſſent, & omnium gentium ualidiſſimi. Nam corporum magnitudine omnes homines antecedunt, truci uiſu, terrifico uocis ſono, & annoſa ætate. c ¶ Hebrum.) Hic fluuius naſcitur iuxta Adrianopolim in mõte Rhodope, & labitur in mare Aegæum è regione Samothraciæ inſulæ: celebratur propter aurũ quod ex arena eius colligitur. In hunc quoque proiectum aſſerit Ouidius libro undecimo Transformationum, caput Orphei. Meminit & Solinus cap. 15. Hebri, Neſti, & Strymonis fluuiorum, atque Hæmi montis. Hic mons tantæ celſitudinis eſſe perhibetur, ut uertex eius à planitiẽ ſex millium paſſuum erigatur, & inde uideri poſſint mare Ponticum, Adriaticũ atq; Alpes. Cæterum Mænades quarum hic meminit Mela, fuerunt mulieres, quæ Liberum patrem ſemper ſectatæ, Bacchi ſacra celebrabant, paßis capillis furentiũ more huc atq; illuc curſitantes. d ¶ Alijsq; præditi nominibus.) Ex his fuere Getæ, qui ſe non mori perſuaſum habuere, ſed ad Xamolxim, uel ſecundum alios Salmoxim, deũ ſuum poſt fatũ migrare. Fuit autẽ hic Salmoxis Pythagoræ quondã diſcipulus, qui in patriã reuerſus, cum uideret Thraces malè uiuere, ipſe edoctus iuxta Ionicos mores, dedit ipſis leges, perſuaſitq; populariibus eas ſeruantibus poſt obitũ ad ſe in eum locũ ire, ubi ſuperſtites omniũ bonorũ compotes eſſent: per hoc deitatis opinionem conſecutus, è Thracum ſe cõſpectu ſubduxit atq; euanuit, maximo ſui deſiderio poſt ſe relicto.

lius esse quàm uiuere. Itaq; [e] lugent apud quosdam puerperia, natiq; deflentur: funera contrà festa sunt, & ueluti sacra, cantu lusuq; celebrantur. Ne fœminis quidem segnis est animus. super mortuorum uirorum corpora interfici, simulq; sepeliri, uotum eximium habent: & quia plures simul singulis nuptę sunt, cuius id sit decus, apud iudicaturos magno certamine affectant. moribus datur, estq; maximè lætũ, cum in hoc contenditur, uincere. [f] Mœrent aliæ uocibus, & cum acerbissimis planctibus efferunt. At quibus cõsolari eas animus est, arma opesq; ad rogos deferunt, paratiq; (ut dictitant) cum fato iacentis, si detur in manus, uel pacisci, uel decernere, ubi nec pugnæ nec pecuniæ locus sit, manentq; domínas proci. Nupturæ uirgines non à parentibus uiris tradunt, sed publicè aut locantur ducendæ, aut uæneũt. Vtrum fiat, ex specie & moribus causa est. Probæ formosæq; in precio sunt: cæteras qui habeant, mercede quæruntur. Vini usus quibusdam ignotus est: epulantibus tamen ubi super ignes quos circũ sident, & quædam semina ingesta sunt, similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. In littoribus Istro proxima est [h] Istropolis: deinde à Milesijs deducta Galatis & Tritonice, & portus Caria, & Tiristris promontoriũ, quod præteruectos alter Põti angulus accipit aduersus Phasiaco, & nisi amplior foret, similis fuit. Hic Bizone motu terræ intercidit. Est portus Crunos, urbes Dionysiopolis, Odessos, Messembria, Anchialos: & intimo in sinu, atq; ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit, magna Apollonia. Recta dehinc ora, nisi quòd media fermè in promontoriũ quod Thinniam uocant, exit, & incuruis cõtra se littoribus obtenditur, urbemq; sustinet Halmydesson, & Phileas, & Phinopolim. Hactenus Pontus: deinde est [i] Bosphorus & Propontis. In Bosphoro Byzantium, in Propontide Selymbria, [k] Perinthus, Bathynis: amnesq; qui interfluũt, Erginus & Atyras. [l] Tum Rheso regnata quondam pars Thraciæ, & Bysanthe Samiorũ, & ingens aliquando

e ¶ Lugentur puerperia.) Habent Thraces, præsertim qui Trausi uocantur, hunc morem, ut nato puero propinqui eum circunsedeant, & ploratione prosequantur, recensentes quascunq; necesse sit illi, postquam uitam ingressus est, perpeti humanas calamitates. Hominem uerò fato functum, per lusum & lætitiam terræ demandant, referentes quot malis liberatus, in omni sit modò felicitate. Sed qui supra Crestonæos habitant, ista agunt: singuli plures habent uxores, et ubi quis eorũ decesserit, fit disceptatio magna inter uxores, quænam magis dilecta fuerit à marito, habeturq; ab amicis de hoc acre iudicium: & quæ talis iudicata est & hunc honorem adepta, ea à uiris & mulieribus exornata, ad tumulũ à suo propinquissimo unà cum uiro mactatur, cæteris uxoribus lugentibus & pro dedecore habentibus quòd non tales fuerint.

f ¶ Mœrent aliæ uocibus.) Quòd scilicet indignæ iudicatæ fuerunt ut sepelirentur cum marito. His tamẽ admitur mœror aut mitigatur per procos, qui earum ambiunt connubia hoc pacto: Deferunt ad rogum opes & arma, ut opibus paciscantur, aut armis duellum ineant cum fato, ubi tamen nec pecunia nec armis quicquã agi potest, nisi quis cum laruis existimet pugnandum. De uirginibus nupturis habes multa in Solino cap. 15. & de sepultura apud Herodotum libro quinto à principio.

g ¶ Quædam semina ingesta.) Meminit & Solinus memorato capite huiusmodi seminum. h ¶ Istropolis.) Vrbs illa Milesiorum est colonia, habetq; situm citra meridionale ostium Danubij. Vide nonam Europæ in Ptolemæo tabulam. Tritonicæ uerò Galatarum coloniæ non meminit. Habet idem Ptolemæus Tiristre promontorium, quod longo maris tractu opponitur Phasiaco Colchidis oppido, cuius suprà libro primo cap. ult. sub litera g mentionem fecimus. Vrbis Bizonæ quæ terræmotu concidit, Ptolemæus non meminit. Dionysiopolim uerò, Odessum, Messembriam, Anchialon & Apolloniam supra promontorium Thinniam in littore maris apud eum inuenies. Infra Thinniam autem Byzantium uersus, urbes maritimæ describuntur, Halmydessos, Phileas, quæ & Ptolemæo promontorium est, atque Phinopolis. i ¶ Bosphorus.) De Bosphoro Thracio uide Solinum cap. 22. In hoc Bosphoro situm est Byzantium, quondam à Pausania Spartanorum rege conditum: nomen uerò habet secundum Eustathium à Byza præfecto classis Megarensium: deinde à Constantino Constantinopolis & Roma noua, à Turcis uerò Czaroudom, ut ipse suprà quoq; scripsimus. k ¶ Perinthus.) Hæc urbs clara est ob amphitheatrũ solidi marmoris, quod inter orbis miracula celebratur. l ¶ Tum Rheso.) Scribit Homerus lib. Iliad. 10. Rhesum Thraciæ regem cum equis albis in auxilium Troianorum uenisse, & à Diome-

quando Cypsella. Pòst locus, quem Graij [m] μακρὸν τεῖχος appellant, & in radice magnæ peninsulę sedens Lysimachia. Terra quę sequit̃, nusquam lata, atq; [n] hic arctissima inter Hellespontum Aegæũq; procurrit. Angustias Isthmon, frontem eius Mastusiam, totam Chersonesum appellant. Ob multa memorabilis est. In ea flumen [o] Aegos, naufragio classis Atticæ insigne. [p] Est & Abydo obiacens Sestos, Leandri amore pernobilis. Est & regio, in qua Persarũ exercitus diuisas spacio pelagoq; terras, ausus pontibus iungere: (mirum atq; ingens facinus) ex Asia in Græciam pedes, & non nauigata maria transgressus est. Sunt [q] Protesilai ossa consecrata delubro. Est & portus Cœlos, Athenensib. & Lacedæmonijs nauali acie decernentibus, Laconicæ classis signatus excidio. Est [r] Cynosema tumulus Hecubæ, siue ex figura canis, in quam conuersa traditur, siue ex fortuna, in quã decciderat, humili nomine accepto. Est Macidos, est Eleus, quæ finit Hellespontũ. [s] Aegæũ statim pelagus uastè longũ littus impellit, summotasq; terras hinc ad promontorium, quod Sunium uocatur, magno ambitu mollicq; circumagit. Eius tractum legentibus prætectisq; Mastusiam, tum sinus intrandus est, qui alterũ Chersonesi latus abluens, iugo facie uallis includitur, & ex fluuio quem accipit, Melas dictus: duas urbes amplectitur, Alopeconesum, & in altero Isthmi littore sitam Cardiam. Eximia est Aenos, ab Aenea profugo condita. Circa Hebrum Cicones, trans eundem Doriscos, ubi Xerxem copias suas, quia numero non poterat, spacio mensum ferunt. Deinde promontorium Serrium, ex quo [t] canentem Orphea secuta narrant̃ nemora: & Zone. Tum Scœnos fluuius, & ripis eius adiacens Maronia. Regio ulterior

& à Diomede interfectũ. m ¶ *μακρὸν τεῖχος.*) *Sonãt hæ duæ græcæ dictiones, longum murum, & secundum Ptolemæum est oppidum, quod ipse quoq; uocat Longum murum. Cæterum Lysimachia urbs iandudum dicitur terræmotu corruisse.*

n ¶ *Hic arctissima.*) *Est enim iuxta Lysimachiam Isthmos & angustus introitus in Chersonesum Hellesponti. Vocabuli Chersonesi rationem suprà signauimus. Sunt autem quatuor insignes Chersonesi, nempe Chersonesus Taurica, Thracia, Aurea, quæ est in India, & Cymbrica, quam hodie Daciam & Daniam uocamus.* o ¶ *Aegos.*) *Fluuius est Thraciæ, ad cuius ostia classis Athenienſium à Lysandro capta fuit atque fracta.* p ¶ *Est & Abydo.*) *Est Abydos urbs Asiæ à Milesijs condita: cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mari, à casu uirginis Hellesponto nuncupato: id cum Asiã ab Europa diuidat, Xerxes Persarum rex ponte coniunxit, exercitumq; suum fecit per pedes ab Asia transire in Europam: de qua re uide Iustinum lib. 2. Cæterum Abydon Leander suo amore insignem reddit, de quo & suprà diximus.*

q ¶ *Protesilai.*) *Hic Protesilaus Thessalus fuit, interfectus ab Hectore in initio Troiani belli. Vide Thucydidem libro octauo, ubi quoq; inuenies de nauali pugna Athenienſium & Lacedæmoniorũ, quæ contigit iuxta portum Cœlon, haud procul ab Abydo.* r ¶ *Cynosema.*) *Sonat hæc græca uox, canis sepulchrum, quo nomine dictus est tumulus Hecubæ uxoris Priami, quæ ex impatibili dolore post cladem exitiumq; patriæ ac suorum in canem conuersa fertur.* s ¶ *Aegæum statim pelagus.*) *Plinius capite undecimo quarti putat hoc mare sic dictum à scopulo qui inter Tenedum & Chium insulas extat, quam à capræ specie Græci αἴγα dicunt. Strabo uerò libro nono dicit nomen accepisse hoc mare ab Aegis Euboeæ oppido. Sunt alij qui deriuant nomen ab Aegæo Thesei patre, qui ex Athenarum arce illuc se deiecit, ac in mare præcipitauit. Adducit & Solinus aliam rationem huius nominis capite decimoquinto in fine: uide ibidem. Figuram & situm huius maris tibi ostendit tabula Græciæ, quam suprà in Solino capite 15. ordinauimus. Si libet, poteris Sunium scribere in Attica iuxta Athenas. Porrò sinus Melanus est inter Samum insulam & Chersonesum Hellesponti, Mastusia autem fermè in ipso Isthmo. De Hebro flumine suprà in hoc capite nonnihil diximus: scribit quoque de eo Ouidius libro 15. Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit Viscera, quod taclis inducit marmora rebus. Doriscos uerò urbs Thraciæ oppoſita Samothraciæ, à Dori nympha, hoc est, dea marium nomen accepit. Iuxta eam Xerxes numerauit, aut uerius mensurauit exercitum suum immensum.* t ¶ *Canentem Orphea.*) *Fingunt poëtæ Orpheum Oeagri filium regem Ciconum sic cecinisse, ut arbores, saxa, feras & flumina suo illexerit sono. Videtur Mela hæc omnia habere ex septimo libro Herodoti, qui ita scribit: Est Doriscus Thraciæ littus pariter & campus ingens, quem grande flumen Hebrus interfluit, ubi extructus est is murus qui Doriscus appellatur, cui impoſitum est Persarum præsidium à Dario. Cum igitur locus digerendis recensendisq; copijs idoneus sibi uide*

retur, Xerxes ita sibi faciendum putauit. Eius iussu nauarchi cum eò appulissent, omnes naues ad littus Doriſco contiguum receperũt, ubi Sala urbs Samothraciæ & Zona sitæ sunt, cuius ultimũ promontoriũ Serrium nominatur, qui locus quondam fuerat Ciconum. Per hoc tempus apud Doriſcum Xerxes lustrabat exercitũ. Equidẽ quantũ singuli attulerint copiarum, pro certo affirmare non possum, quoniã à nullis prorsus hominib. id refertur. Cõstat autẽ terrestriũ copiarũ numerum fuisse 170. myriades, id est, 1700000. quæ faciunt decies septies centena millia. u ¶ Diomedem tulit.) Fuit hic Diomedes Thracum rex truculentus, qui equos suos aduenarum carnibus in Tyrida oppido pascebat, sed postea ab Hercule equis suis in pabulum appositus fuit. Alij pro Tyrida legunt, Tynda. Pro huius rei signo manet adhuc turris, turris Diomedis uocata, id quod & Solinus scribit. Abdera uerò urbs, Democriti philosophi patria, à Diomedis sorore condita & denominata est: licet alij putent sic dictam ab Abderito Herculis delitijs, à Diomedis equis dilacerato & humato, dum pugnaret Hercules cum Diomede, ac deinde ibi conderet Abderam in memoriam Abderiti.

x ¶ Philippi.) Philippi ciuitas est Thraciæ, quam Philippus Macedonũ rex ædificauit, & à nomine suo Philippos appellauit. Hinc campi Philippici, in quibus Cæsar & Pompeius primo, & postea Augustus et Brutus cum Cassio dimicauerunt. Hinc Philippenses, ad quos diuus Paulus epistolam scripsit. y ¶ Athon.) Est Athon & Athos mons inter Macedoniam & Thraciam mirandæ altitudinis, ut usq; ad insulam Lemnon umbram proijcere dicatur, de quo suprà in Solino cap. 14. & 21. nonnihil scripsimus.

ulterior u Diomedem tulit, immanibus equis mandendos solitum obiectare aduenas, & ijsdem ab Hercule obiectum. Turris, quam Diomedis uocant, signum fabulæ remanet: & urbs quam soror eius suo nomine nominauit, Abdera. Sed ea magis id memorandum habet, quòd Democritũ Physicũ tulit, quàm quod ita condita est. Vltrà Nestos fluit, interq; eum & Strymona, urbes sunt Philippi, Apollonia, Amphipolis. Inter Strymona & Athon, turris Calarnea, & portus Caprullon, urbs Acanthos, & Oesyma. Inter Athon & Pallenen, Cleona & Olynthos, z Strymon (sicut diximus) amnis est, longeq; ortus, & tenuis, alienis subinde aquis fit amplior: & ubi non longè à mari lacum fecit, maiore q; uenerat alueo erumpit. Athos mons est adeò elatus, ut credat altius quàm unde imbres cadunt, surgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in uertice sustinet, a nõ abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet. Cæterũ non promontorio, ut alij, uerũ totus est, totoq; longè dorso procedit in pelagus: quà continenti adhæret, à Xerxe in Graios tendente perfossus, transnauigatusq;, & factus freto nauigabili peruius. Ima eius tenent paruæ Pelasgorũ coloniæ. In summo fuit oppidum Acroathon, in quo (ut ferunt) dimidio longior, quàm in alijs terris ætas habitantiũ erat. Pallene soli tam patentis, ut quinq; urbium sedes sit atq; ager, tota in altum abit, angusta satis unde incipit. Ibi est Potidea. At ubi laxius patet, Mende Scioneq; referendæ: illa ab Eretrijs, hæc ab Achiuis capto Ilio remeantibus posita.

z ¶ Strymon.) Hic fluuius autore Plinio oritur in Hæmo, & priusquam dirigat cursum, in septem funditur lacus. Secundum Ptolemæum uerò originem trahit ex Orbalo monte, sed qui unus ferè est cum Hæmo. a ¶ Non abluitur cinis.) Haud absimilia scribit Solinus cap. 13. de Olympo Thessalico. Porrò de Athi montis abscisione scribit Herodotus libro septimo, & Solinus cap. 14. De Acroatho scribit Herodotus sic: Intra Athon sitæ sunt urbes Dion, Olophyxus, Acroathon, Thysus, Cleonæ, quas Perses è continenti insulanas facere aggressus est. Significat autem Acroathon, uerticem Athi: nam urbs illa sita fuit in edito montis loco, cuius incolæ Macrobij cognominati sunt, id est, longæui, ut apud Solinum legimus cap. 21. De urbibus Pallene, Potidea, Mende, Scioneq;, nihil est ab alijs notatum quod Mela hic non breuiter recenseat.

PETRI IOANNIS OLIVARII SCHOLIA IN CAP. II.

His Thracia.) Bulgaris Thracia, huius metropolis est Constantinopolis. Adriam.) Hoc est, mare Adriaticum. Getæ.) Hic Mela collocauit Getas, omnes tamen ultra Danubium eos ponunt. Manentq; dominas proci.) Hunc locum, qui nullum habebat sensum, nos coniectura tantum restituimus. Ego nescio quomodo hæc uerba quadrent cum præteritis, nisi dicamus deprauatam fuisse scripturam. Nam lectio habebat, Mœrendoq; minus proficere. Deprauatio hoc modo facta est. Manent, pro mœrendo: minas, pro minus: proci, pro proficere. Dissoluerant enim mœrendo in partes, mœren & do. Et hoc modo locus erit integer, & sententia erit aperta. Ita enim exponetur locus, Dictitant eas mœrendo, minus proficere. Si cui fortè non arriserit mea opinio, afferat meliorem, & habebimus illi gratiam. Mesembria.) Nunc Messember. Phileas.) Nunc Fillea. Byzantium.)

Macedonia. Cap. III.

QVm Macedonũ populi, quot urbes habitant? quarum [a] Pellam maximè illustrem alumni efficiũt, Philippus Græciæ domitor, Alexander etiam Asię. In littore [b] flexus Mecybernęus inter promontoria diuidit Canastreum, & portum qui Copos dicitur: urbes Toronem & Physcellam, atq; unde ipsi nomen est, Mecybernã incingit. Canastreo promontorio Scione proxima est. Mecybernæus aũt in medio, quà terra dat gremium, modicè in littora ingreditur. Cæterum longis in altum immissis lateribus, ingens inter maria sinus est. In eum [c] Axius per Macedonas, et iam per Thessalos Peneus excurrit. [d] Ante Axiũ Thessalonice est. [e] Inter utrũq; Cassandria, Cydna, Aloros, Derris: à Peneo Sepias, Cordynia, Melibœa, Castanea, pares ad famã, nisi quòd Philoctetes alumnus Melibœam illuminat. [f] Terræ interiores claris locorũ nominibus insignes, penè nihil ignobile ferũt. Hinc non longè est Olympus, hic Pelion, hic Ossa, mõtes gigantum fabula belloq; memorati: hic Musarum parens domusq; [g] Pieria: hic nouissimè calcatũ Graio Herculi solum, saltus Oetæus, hic sacro nemore nobilia Tempe, hic Libethra carminumq; fontes obiacent. Tum iam uastè & [h] multum prominens Græcia, & dum Myrtoum

Byzantium.) Nota ciuitas. μακρὸν τεῖχος.) Longum murum. Aegæum mare.) Nunc Archipelago dicimus. Athos.) Nunc dicitur Monte sancto.

SCHOLIA CAP. III.

Macedonia olim multis denominata fuit nominibus: nam dicta fuit Hæmonia, Aemathia atque Macedonia: fuitq; secundum Plinium centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, Philippo & Alexandro. De limitibus Macedoniæ habes apud Solinum capite 14. a ¶*Pellam.*) *Hæc urbs in littore maris Aegæi sita, illustrata fuit natalibus Philippi Macedonum regis & Alexandri, unde & uterq; Pellæus dictus est. Ptolemæus ponit Pellam iuxta Axium fluuiũ, semotã nõnihil à littore maris. Cæterum quomodo Philippus domuerit Græciam, inuenies apud Iustinum libro octauo & nono, & apud Diodorum Siculum de gestis Philippi.* b ¶*Flexus Mecybernæus.*) *Hunc sinum Ptolemæus uocat Thermaicum, à Therme oppido.*

c ¶*Axius.*) *Hic fluuius labitur in sinum Thermaicum, & ut ueteres tradiderunt, efficit pecudem nigram suis potam aquis, diuersa ab Haliacmo uicino amne natura, qui uelleris nitorem potæ ex se pecudi asseruat. Per Thessalos fluit Peneus, ex Pindo Epirotico monte ortus, labiturq; iuxta Ossam montem in mare. Hic fluuius apud autores etiam uetustos semper celeber fuit, ob eius amœnitatem: nam calculo uiridis est, & multo circa ripam abundat gramine, habetq; canorum auium concentum. Vide Plinium capite octauo libri quarti.* d ¶*Ante Axium Thessalonica est.*) *Hoc est, Thessalonica paulò septentrionalior est, quàm sit ostium Axij fluminis. Hanc clarissimam urbem diui Pauli epistola clariorem reddidit.* e ¶*Inter utrunque.*) *Inter Axium & Peneum fluuios, in littore maris multæ sunt famosæ ciuitates, præsertim Melibœa, quam Philoctetes insignem reddidit. Hic enim Peantis fuit filius, & cum Hercules in Oeta monte in fata concessurus esset, donauit eum suis sagittis, & ne corporis reliquias monstraret, uetuit.* f ¶*Terræ interiores.*) *Cum Mela hactenus littora marium secutus, descripserit duntaxat obuia quæq; loca, montes, promontoria, sinus, ciuitates & alia id genus, hic Græciam ingressus, digreditur à maritimis, & omnes Græciæ describit regiones. Et primum quidem ex 34. montibus qui in Thessalia inueniuntur, potiores recenset, ut sunt Olympus, Pelius, Ossa &c. Hinc est quod poëtæ finxerunt, olim in Thessalia Gigantes congestis montibus uoluisse Iouem è cœlo deturbare. Illic etiam ex montibus, si quandoque torrentes niuibus & aquis pluuialibus inundare cœperint, ossa ex illa eluuione feruntur detegi, quæ adinstar corporis humani sunt, & in campos apertos impelluntur. De Olympo & Pelio uide Solinum cap. 13. Situm horum montium ostendet tibi Græciæ figura proximè sequens. De Pelio scribit Ouidius Fast. 5. Pelion Hæmoniæ mons est obuersus in Austros, Summa uirent pinu, cætera quercus habet. Hic est Pelion, qui Argo nauis fabricandæ materiem præbuit. Ossæ montis situm poteris uidere in tabula Græciæ, quam capiti Solini decimoquinto adiecimus. Hic in finibus Thessaliæ positus, Centaurorum stabulum fuit, & Secundum Senecam, Olympo olim fuit coniunctus.* g ¶*Pieria.*) *Pieria mons est & regio, inde Pierides Musæ, de quibus in Solino capite 13. nonnihil diximus. Porrò in monte Oeta Graius Hercules ultimo calcasse terram dicitur, quando deposita mortalitate deus factus à stultis creditus est. De nobilibus Tempe diximus & suprà in Solino, neupe Tempe esse loca amœnissima, à natura uel arte facta. Libethra uerò dicta sunt à Libethro Macedoniæ monte, ad cuius radices fons esse perhibetur Pimplea, unde Musæ dicuntur Libethrides.* h ¶*Multum prominens Græcia.*) *Quàm promineat Achaia & Peloponnesus, satis indicat adiecta Græciæ descriptio. Myrtoum pelagus, est mare quod est circa Cyclades in-*

ſulas, inter mare Aegæum & Ionium ſeu Creticum, à Myrtilo Mercurij filio, qui in id proiectus fertur, ſic dictum. i ¶Proximè ſpacioſa.) A confiniis Epiri ſpacioſa eſt Hellas, & longo tractu procurrit ad orientem in mare Aegæum, habens mare Aegæum ad unum latus, & Ionium ad alterum: ſed Ionium magis intrat latera, ab Epiro ſcilicet uſque ad Iſthmum Peloponneſi ſinum magnum efficiens: & rurſum tranſito Iſthmo, qui quinque duntaxat millibus paſſuũ patet, ſinus eſt Megaricus: & hos duos ſinus incidit Iſthmos ipſe, qui connectit Peloponneſum peninſulam cõtinenti. Cæterũ Hellas eſt regio Græciæ quæ eſt extra Iſthmum in continente, ab Hellene Deucalionis et Pyrrhæ filio ſic dicta, quam Ptolemæus appellat Achaiam. Vocatur etiam propriè Græcia, à quodam Græco, qui in ea olim rerum potitus eſt. k ¶In Ionium mare.) Hæc ocularitèr uidere poteris in deſcriptione Græciæ, quomodo Peloponneſus in mare Ionium ad occaſum magis quàm in ortum expandatur. Rationem nominis inuenies explicatam ſuprà in Solino capite decimotertio & decimoquinto, in fine. Habet autem hæc peninſula innumeros ferè ſinus, promontoria, flexus, receſſus, & exporrectiones, quibus ut fibris littora eius inciſa uideantur, dum extrema eius ora, quæ hic fibræ comparatur, tam inæquali & flexuoſo circumſcribitur margine. Sunt proinde fibræ omnium rerum extremitates, ut ſunt extremitates cordis, iecoris, pulmonis, foliorum arboris: & quoniam Peloponneſus habet figuram platani fõlio ſimillimam, ob anguloſos receſſus, rectè circunferentia eius dicitur in modum fibrarum inciſa.

Myrtoum pelagus attingat, à ſeptentrione in meridiem uecta: quà ſol oritur, Aegæis, quà occidit, Ioniis fluctibus obiacet: ac [l] proximè ſpacioſa eſt Hellas nomine, grandi fronte procedit, mox mari utroque & Ionio magis latera eius intrante, donec quinq; millia paſſuum pateat, media fermè propè inciditur. Deinde rurſum terris huc ſe & illuc, uerùm [k] in Ioniũ mare magis expandentibus progreſsisq; in altum, non tam lata quàm cœperat, ingens tamen iterum & quaſi peninſula extenditur, uocaturq; Peloponneſos, ob ſinus & promontoria, queis ut fibris littora eius inciſa ſunt: ſimul quòd tenui tramite in latus effunditur, Platani folio ſimillima.

l ¶Prima

millima. In Macedonia [l]prima est Thessalia, deinde Magnesia, Phthiotis. In Græcia Doris, Locris, Phocis, Bœotis, Attis, Megaris: sed omniũ Attis clarissima. In Peloponneso Argolis, Laconice, Messenia, Achaia, Elis, Arcadia: ultrà Aetolia, Acarnania, Epiros, usque in Adriam. De locis atq; urbibus, quæ mare nõ abluit, hæc maximè memoranda sunt: in Thessalia, Larissa, aliquando Iolcos: in Magnesia, [m] Antronia: in Phthiotide, Phthia: in Doride, Pindus, & iuxtà situm Erineon: in Locride, Cynos & Calliaros: in Phocide, Delphi, & mons Parnasus, & Apollinis fanum atq; oraculum: in Bœotia, Thebæ, & [n] Cythæron fabulis carminibusq; celeberrimus: in Attide, Eleusin, Cereri consecrata, & clariores quàm ut indicari egeant, Athenæ: in Megaride, unde regioni nomen est, [o] Megara. [p] At in Argolide, Argos & Mycenæ, & templum Iunonis uetustate & religione percelebre: in Laconide, Terapne, Lacedæmon, Amyclæ, mons Taygetus: in Messenia, Messene & Methone: [q] in Achia atque Elide quondam Pisæ Oenomai, Elis, & numen celebrumq; Olympij Iouis, [r] certamine gymnico, & singulari sanctitate, ipso quidem tamẽ simulacro, quod Phidiæ opus est, maximè nobile. [s] Arca-

l ¶ *Prima est Thessalia.*) Extra montem Oetam, qui ab Aegæo mari in occidentem rectà extenditur ad Epirũ, sunt Thessalia, Magnesia, quæ est iuxta Ossam & Pelium montes: atque Phthiotis, quæ est inter Thessaliam et Magnesiam. Citra uerò montem Oetam post Epirum incipiunt Græciæ regiones, & hoc ordine describuntur per totum Achaiæ tractum: Doris, Locris, Phocis, Bœotis, Megaris, Attis siue Attica, in qua est Athenienſium urbs, & Sunium extremum Græciæ promontoriũ. In Peloponneso sunt regiones istæ: Argolis, quæ & Argia: mox post Isthmũ ad ortum patens Laconica, in qua est Lacedæmon seu Sparta, Argolidi succedens: Messenia, quæ angulum tenet occidentalem simul & meridionalem: Achaia propria, quæ in latere occidentali septentrionalem tenet angulum: & inter Messeniã atq; Achaiã est Elis, inter Elidem uero & Laconicam est Arcadia, inter Achaiam uerò & Argolidem est Sicyonia. Porrò ultra Achaiam Peloponnesi, in continenti scilicet, est Aetolia, deinde occidentẽ uersus Acarnania, hinc Epirus, quæ extenditur usq; ad Adriam, hoc est, Adriaticum mare. *m* ¶ *Antronia.*) Hæc urbs nomen sortita est ab antris, è quibus molares lapides excidũtur: unde & Strabo eam Antron uocat. Pindus uerò est mons Thessaliæ Apollini Musisq; sacer, Acarnaniam ab Aetolia diuidens. Est & Pindus nomen urbis Doridis, iuxta quam situm est Erineon. Cynum dicit Plinius emporium esse Locridis. De Delphi & Delphico oraculo scripsimus in Solino cap. 12. à principio & fine. De Thebis habes ibidem in fine, & cap. 15. sub litera k. *n* ¶ *Cythæron.*) Mons est Bœotiæ, de quo uide Ouidium lib. 3. Metamorph. Eleusis uerò ciuitas Atticæ nomen habet ab Eleusio, quem Ceres docuit omnem agriculturam, & in ea mystica celebrabantur Cereris. Haud procul ab Eleusi est Athenarum urbs, quæ, ut quidam scribunt, in regnum ex incolis eodem solo natis creuit. Primi enim lanificij, olei & uini usum docuere: arare quoque & serere frumenta glande uescentibus monstrauere. Præterea literæ & facundia, ciuilisq; ordo disciplinæ, ueluti templum Athenas habent. Reges habuerunt Cecropem, Deucalionem, Cranaum, cuius filia Attis regioni nomen dedit. Deinde succeßit Amphionides, qui primus Mineruæ urbem sacrauit, & nomen ciuitati dedit. Vltimus fuit rex Codrus, qui permutato regis habitu, pannosus sarmenta collo gerens, castra hostiũ ingrediens à milite quodam interfectus est. Post eum administratio reipub. annuis magistratibus permissa est. Electus autem est Solon, uir iustitia insignis, qui tulit leges ciuitati. Antea enim libido regum pro legibus habebatur. Apud Iustinum lib. 2. inuenies plura de laudibus Athenienſium. *o* ¶ *Megara.*) Hanc urbem nobilitarunt multi docti uiri, potißimum Euclides Geometrarum princeps, qui Megarensis fuit.

p ¶ *At in Argolide.*) Hic Mela ingressus Peloponnesum, describit insigniora eius loca. In Argolide est Argos, quod aliquando Hippium fuit cognominatum, quòd nobilibus præstiterit equis. Mycenæ uerò à Mycena Nympha sic appellatæ sunt, & regnauit olim in ea regione Agamemnon, qui & eam urbem illustrauit: sicut Terapne ab Helena, in qua natâ fuit, celebris facta est, & Amyclæ ob Castoris & Pollucis educationẽ notiores redditæ. De Lacedæmone, quæ & Sparta dicta est, nõ est ut hic quicq̃ dicatur, cum uirtutes & gesta Lacedæmoniorum omnibus pateſcant. Lege, si placet, secundum & quintum Iustini librum, & inuenies quàm strenui & inuicti Lacedæmonij contra hostes suos fuerint. Libro tertio apud eundem autorem multa inuenies de Messeniorum cum Lacedæmonijs bello. *q* ¶ *In Achaia.*) Est Achaia ista propria in ora Peloponnesi occidentali, è regione scilicet Isthmi, habens urbes Elidem, Pisas, Helicen. In Pisis olim fuit regia Oenomai, quem Pelops deuicit. Helicen absorpsit terræmotus: nam cum is terræmotus pelagus in sublime extulisset, fluctus eam penitus obruerunt, licet duodecim stadijs à littore distaret. *r* ¶ *Certamine gymnico.*) Habuerũt Græci multa celebria

certamina, nempe Olympia, Phthia, Isthmia & Nemæa, in quibus Græci magnos honores constituerunt uictoribus athletis. Olympica fuerunt quæ in Olympo Arcadiæ monte iuxta Pisam & Elidem quinto quoq; anno in honorem Olympij Iouis celebrabantur, & qui uicisset corona oleagina donabatur. Et hæc secundũ quosdam instituta sunt anno mundi 4400. qui est annus à capta Troia 406. in eoq; certamine Hercules primus coronatus est. Hinc numeratio Olympiadum, de qua in Solino cap. 2. nõnihil diximus sub litera i. Porrò simulacrum Iouis secundum Strabonem fuit ex auro solido fabrefactum, & secundum Plinium ex ebore, singulari Phidiæ artificio formatum.

[s] Arcadiam Peloponnesiacæ gentes undiq; incingũt. In ea sunt urbes, Psophis, Tenea, & Orchomenon: montes Pholoë, Cyllenius, Parthenius, Mænalus: flumina Erymanthus & Ladon. [t] In Aetolia Naupactos, in Acarnania Stratos oppida. In Epiro [u] Dodonæi Iouis templum, & fons ideo sacer, quòd cum sit frigidus, & immersas faces sicut cæteri extinguat, ubi sine igne procul admouẽtur, accendit. [x] At cum littora leguntur à promõtorio Sepiade per Demetriam & Boion, Phtheleon & Echinon ad Pagasæum sinum cursus est. Ille urbem Pagasam amplexus, amnem Sperchion accipit: & quia [y] Minyæ Colchida petentes, inde Argonauem soluere memorat. Ab eo ad Suniũ tendentibus illa prænauigãda: Maliacus & Opuntius grandes sinus, & in his cæsorum etiam Laconum trophæa, [z] Thermopylæ, [a] Opœs, Scarphia, Cnemides, Alope, Anthedon, Larymna: Aulis Agamemnoniæ Graiorumq; classis in Troiam coniurantium statio: [b] Marathon magnarum multarumq; uirtutum testis, iam inde à Theseo Persarum maxima clade pernotus: [c] Rhamnus parua, illustris tamen, quòd in ea fanum est Amphiarai, & Phidiaca Nemesis. Thoricos & Brauron olim urbes, iam tantum nomina

s ¶ Arcadiam.) Occupat Arcadia mediterraneum Peloponnesi, à mari undiq; remota, ideo regiones iam enumeratæ incingunt eam. Sunt autem multa celebria loca in hac Arcadia, nempe Stymphalus lacus, Lerna palus, Pelasgia à Pelasgo rege & sapiente uiro sic dicta, qui uitæ cultioris eis autor fuit, & uictum ex stirpibus herbarũ arborumq; frondibus transtulit ad glandem, maxime fagineam. t ¶ In Aetolia.) Transit hic Mela ex Peloponneso ultra sinum maris ad continentem: est enim è regione Achaiæ Peloponnesiacæ Aetolia, in qua est Naupactos, quæ nostro æuo Lepantum nominatur. Est autem urbs peruetusta, & fuit multo tempore sub dominio Venetorum, sed anno Christi 1500. à Turca obsidetur & capitur. u ¶ Dodonæi Iouis.) Est Dodona ciuitas Epiri, iuxta quam propinquum erat nemus Ioui sacrum, ubi quercus uocales fuisse dicuntur, & columbæ responsa dedisse. x ¶ At quum littora leguntur.) Redit hic Mela à locis mediterraneis ad littorum descriptionem, incipiens in Magnesia à promontorio Sepiade. y ¶ Minyæ.) Vrbs est Thessaliæ, quæ prius Almonia dicta fuit. Hinc Minyæ qui cum Iasone & Argonautis nauigarunt in Colchidem, ut uellus aureum raperent. Fuerunt autem Argonautæ heroës illi, qui ex Græcia cum Iasone in Colchos profecti sunt, ex quibus præcipui fuere Castor & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hilas puer, sic cognominati à naue quam innauigauerunt. Notandum hic, quòd ab urbe Minyarum per sinum Maliacum & Opuntium tandem peruenitur ad Sunium extremum Atticæ promontorium, peragratis multis locis, quæ ordine à Mela describuntur. Opuntius sinus sic dicitur ab Opunte oppido, & Maliacus à Maliea. Trophæa cæsorum Laconum, sunt monimenta publicæ uictoriæ gratia erecta, quæ in Locrensium agro erant posita in memoriam sexcentorum Laconum, qui duce Leonida pro Græciæ libertate pugnauerunt, & magna gloria, cæsi à Persis, occubuerunt. De hoc uide Iustinum libro secundo. z ¶ Thermopylæ.) Mons Oeta ab oriente in occidentem extensus, in cacumen extollitur, & in rupes acutas, præruptas, præcipitesq; finitur, paruumq; & angustum uiatoribus à littore Locros petentibus & ex Thessalia relinquit transitum, ut in quibusdam locis uix uehiculum agi possit: qui transitus Pylæ, id est, portus & angustiæ uocantur, & hinc Thermopylæ. Sunt enim ibi propè thermæ & calidæ aquæ: ad hos ingressus Phocenses murum Thessalorum metu struxerunt. Athenienses quoque eas angustias contra Philippum Macedonem clausisse scribuntur. a ¶ Opœs.) Hæc eadem est quæ & Opus Opuntis, cuius iam mentionem fecimus. Reliqua loca, Scarphia, Cnemides, Alope, Anthedon & Larymna, etiam commemorantur à Ptolemæo & Strabone. Ponit Ptolemæus & Aulidem Agamemnoniæ classis stationem: nam Agamemnonis conatu bellum in Troianos fuit excitatum. b ¶ Marathon.) Hinc Marathonius campus, in quo strages multorum millium Persarum facta est, de qua Iustinus libro secundo scribit. Confecit & Theseus Taurum in hoc loco, ut habes apud Ouidium libro octauo. c ¶ Rhamnus.) Hinc Rhamnusia indignationis dea, quam Græci ῥαμνουσίαν uocant, cuius simulacrum pulcherrimum eo in loco colebatur, quod quidam marmoreum tradunt à Phidia ulnarum in

nomina. Sunium promontorium est, finitq; id littus Hellados, quod spectat ad orientem. Inde [d]ad meridiem terra conuertitur usq; ad Megaram, Atticæ ut modò latere, ita nunc fronte pelago adiacens. Ibi est [e]Pyræus Atheniensium portus: Scyronia saxa, sæuo quondam [f]Scyronis hospitio, etiam nunc infamia. Megarensium tractus [g]Isthmon attingit: hoc illi cognomen est, quia quinque millium spacio Aegæum mare ab Ionio submouens, angusto tramite Helladi Peloponneson annectit. In eo est oppidum Cenchreæ, fanum Neptuni, ludi, quos Isthmicos uocant, celebres: [h]Corinthos olim clara opibus, pòst clade notior, nunc Romana colonia: ex summa arce, quam [i]Acrocorinthon appellant, maria utraq; cõtuens. Peloponnesi oram (sicut diximus) sinus & promontoria lacerant: ab oriente [k]Bucephalos & Chersonesus & Scylleon: ad meridiem Malea, [l]Tænaros, [m]Acritas, Ichthys: ad uesperũ Chelonates & Araxos. Habitãt ab Isthmo ad Scylleon [n]Epidaurij, Aesculapij templo inclyti: & Trœzenij

narum in altitudine decem factũ. Amphiaraus uerò uates fuit, & sic Græciæ honorauit famam ut deus haberetur, & ab eo solo in quo humatus fuit oracula peterentur.

d ¶ Ad meridiem terra conuertitur.) Hoc est, littus terræ opponitur meridici, sed procurrit à Sunio ad occidentem, donec uenias ad Isthmum cui incumbit Megara. e ¶ Pyræus.) Pyræus Atheniensium portus, cui urbs coniungebatur, muro protracto ex oppido in modum duorum crurium, ob aduentantium multitudinem semper feruens, quadringentarum nauiũ fuit capax. Sunt qui scribũt Pyrrhæũ, alij uerò Pyræum. Secundum Strabonem hic portus & emporium distabat ab Athenis duobus millibus passuum, & tantus fuit murus. f ¶ Scyronia saxa.) Solinus capite duodecimo scribit urbi Athenarum saxa Scyronia propinqua esse, & porrigi sex millibus passuum. Hæc saxa uiam maritimam non admittunt, sed super ea est uia ab Attide in Megaram, excelsa, & transitu periculosa, propter multa præcipitia casum uiatori in subiectum æstuans mare minantia. Hìc Scyron latro dicitur proiecisse in pelagus quoscunque qui in eum uenerunt locum, sed ipse tandem simili pœna à Theseo Athenarum rege affectus, loco nomen infame reliquit. g ¶ Isthmon.) De Isthmo scripsimus in Solino capite duodecimo & decimoquinto in fine. In Isthmo Peloponnesi est templum Neptuni, piceárum arborum luco circunclusum, ubi ludos Isthmicos decertatos Corinthij celebrare soliti sunt. Fuerunt autem hi ludi quinquennales à Theseo instituti, ad horum æmulationem quos ad Olympiam Hercules cœperat, quorum suprà sub litera q meminimus. h ¶ Corinthos.) Potentißima fuit hæc urbs antequam à Romanis caperetur. Viros habuit innumerabiles, peritia reipublicæ administrandæ, & præclararum artium captu præstantes. Ipsius urbis ambitus fuit quadraginta stadiorum, peruenitq; ad summi opificij artes. Ager nõ admodum bonitate pollet, propter suam asperitatem. Veneris templum adeò locupletatum fuit Corinthi, ut sicra mille puellas caperet. In hac urbe fuit formosißima omnium eius temporis meretricum Lais, captiua ducta ex Sicilia, de qua Solinus capite undecimo nonnihil scribit. Porrò quod Mela hic scribit Corinthum opulentissimam urbem à Romanis cladem accepisse, Strabo eam cladem sic explicat: Quum legati populi Romani fortè tecta quædam magnifica præterijssent, Corinthij effusis sordibus eos commaculare ausi fuerunt: cuius gratia cum alia quoque superbiæ atque insolentiæ eorum haud obscura extarent argumenta, ingenti comparato exercitu L. Mumius imperator eam solo æquauit. i ¶ Acrocorinthon.) Est Acrocorinthus mons Peloponnesi excelsus inter duo maria, Aegæum scilicet & Ionium, stadiorum trium & dimidij, sub cuius radice in plano iacet ciuitas Corinthus. Vertex Acrocorinthi Veneris sacram habet ædiculam. k ¶ Bucephalos.) Portus iste, sicut & Chersonesus atque Scylleon promontorium, est in Arcadia. Malea autem promontorium est in Laconia, & procurrit quinquaginta millibus passuum in mare uersus Cretam insulam, sic dictam à Maleo Argiuorum rege, qui in eo templum extruxit pulcherrimum, quod Maleoticum appellant. Porrò nauigatio circa hoc promontoriũ est ualde periculosa, propter aduersos uentorum flatus. Hinc natum prouerbium: Cum ad Maleam deflexeris, domesticos obliuiscere. Vel sic, Maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere. l ¶ Tænaros.) Promontorium illud expositum est in meridiem, distatq; haud procul à Sparta ciuitate: & quia in eo hiatus magnus est, & strepitus progredientium percipiuntur, dixerunt uetere per hunc esse descensum ad inferos. Sunt ibi quoque lapidicinæ optimorum lapidum, qui & Laconica marmora & Tænarei uocantur lapides. m ¶ Acritas.) Promontorium istud est in Messenia, Ichthys autem in Elide, ad uesperum, hoc est, occidentem exposita, sicut & Chelonates, quem Ptolemæus uocat Chelonitam. Cæterum Araxos est in Achaia Peloponnesi. n ¶ Epidaurij.) Ab Epidauro oppido Argiæ sic dicti, quod Aesculapij templo celeberrimum habetur. Trœzenij uerò ab urbe Trœzene in ipsa Argiæ Chersoneso sita sic dicti sunt, celebres uel hoc nomine, quòd humanißimè susceperunt Athenienſum uxores & omnem iuuentutem, eo tempore quo

zenij, fide ſocietatis Atticæ illuſtres. °Portus Saronicus, & Schenitas & Pagonus. Oppida autem, Epidaurus & Trœzen, & Hermiona, his littoribus appoſita ſunt. Inter Scylleon & Maleam Argolicus, inter hanc & Tænaron Laconicus: hinc ad Acritã Aſinæus, inde ad Ichthyn Cypariſſius. PIn Argolico ſunt noti amnes, Eraſinus atq; Inachus, & notum oppidum Lerne. In Laconico Githius & Eurotas. ᑫIn ipſo Tænaro Neptuni templum & ſpecus, illi quem in ponto Acheruſium diximus, facie & fabula ſimilis. In Aſinæo flumen Pamiſſum, in Cypariſſio ʳ Alpheus. nomen dedere urbes in littore ſitæ, hinc Cypariſſus, illinc Aſine. Meſſenij Pyliíq; terras colunt, & ipſa pelago Pylos adiacet. Cyllene, Callipolis, Patrę oram illam tenent, in quã Chelonates & Araxos excurrũt: ſed Cyllene, quòd Mercurium ibi natum arbitrãtur, inſignis. ˢRhion deinde (maris id nomen eſt) anguſtè & uelut freto lacus, ore frequenti incidens, inter Aetolos & Peloponneſiacos uſq; ad Iſthmon irrũpit. In eo ad ſeptentrionẽ ſpectare littora incipiunt. ᵗIn his eſt Aegion & Aegira, & Oluros, & Sicyon: ᵘat in aduerſis Pagæ, Creuſis, Anticyra, Oeanthia, Cyrrha, & notior aliquanto nomine Calydon, & Euenos. ˣExtrà Rhion. In Acarnania maximè clara ſunt, oppidum Leucas, flumẽ ʸ Achelous. In Epiro nihil Ambracio ſinu nobilius eſt, facit ſinus, qui anguſtis faucibus, & quę minus mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit, faciũt urbes quæ

Xerxes Perſarum rex tantis copijs ingreſſus eſt Græciam ut illam expugnaret.

o ¶Portus Saronicus.) In Ptolemæo habes ſinum Saronicum, qui ſcilicet alluit littora Argiæ, Iſthmo uiciniora: & ſinus qui hunc ſequitur & terminatur ad Maleã promontorium, uocatur Argolicus. Deinde inter Maleam & Tænaron eſt ſinus Laconicus: & hinc ad Acritan promontorium ſinus eſt Aſinæus, ab Aſine oppido ſic dictus, quem Ptolemæus ſinum Meſſenium uocat. Poſt hunc ſequitur ſinus Cyparißius, à Cyparißio promontorio ſic dictus: & tandem ſinus Chelonicus. p ¶In Argolico.) Deſcriptis ordine ſinibus, redit ad ſinũ Argolicum, ut oſtendat quid in ſingulis memoratu dignum inueniatur. De Eraſino fluuio legitur apud autores, quòd terras ſubeat et rurſum emergat. De Inacho uerò fluuio aliud nihil inuenitur, niſi quòd nomen acceperit ab Inacho primo Argiuorũ rege. Lerne quæ & ipſa eſt in Argolico ſinu, celebris facta eſt propter paludem, ubi fuit hydra quinquaginta capitum ab Hercule interfecta. De fluuijs Githio & Eurota nihil ferè inuenitur, niſi quòd Eurotas dicitur præterfluere Lacedæmoniorũ mœnia, & quòd multa laurus creſcat ad ripas eius.

q ¶In ipſo Tænaro.) Vſque ad hunc locum Arion citharœdicæ artis magiſter delphini dorſo per fluctus maris tranſuectus dicitur. Vide Solinum cap. 12. Porrò Tænari fabula, quæ Acheruſiæ fabulæ ſimilis eſt, hinc nata eſt. Fertur quòd in hoc Laconiæ promontorio olim fuerit ſerpens perniciоſus, cuius ueneno multi homines interierunt, donec ab Hercule interfectus fuit: & quoniam in eo promontorio ſpecus horrendi & tenebroſi hiatus inueniuntur, putauerunt multi ibi deſcenſum eſſe ad infernum, & finxerũt poëtæ Herculem ibi Cerberum Ditis canem catenis Adamante nexis eduxiſſe ab inferno & trucidaſſe.

r ¶Alpheus.) Scribunt poëtæ hunc fluuium mergi in Elide, & ſubter mare occultis meatibus fluere in Siciliam, deſinereq; in fontem Syracuſanum, quem Arethuſam uocant. s ¶Rhion.) Sic dicit Mela uocari ſinum illum qui eſt inter Peloponneſum & Aetoliam, & aliàs ſinus appellatur Corinthiacus: nam extenditur à Drepano promontorio uſque ad Iſthmum in quo eſt ſita Corinthus. Claudit autem Drepanum anguſtis faucibus hunc ſinum, ut ſit terrarum ad Græciam pertinentium ferè principium. Plinius hoc promontorium uocat Antirium, ubi oſtium eſt Corinthiaci ſinus minus mille paſſuũ latitudine influentis, Aetoloſq; dirimentis à Peloponneſo. Porrò promontorium quod contrà procedit, ab eodem Rhion appellatur. t ¶In his eſt Aegion.) A promontorio Drepano uerſus Iſthmum ad orientem ſunt iſta loca, Aegion, Aegira, Oluros & Sicyon, inter quæ Sicyon maioris nominis & antiquitatis extat, ubi olim primus Aegialeus regnaſſe fertur. u ¶At in aduerſis.) Hoc eſt, in regionibus continentis terræ, nempe in Locride, Phocide & Bœotia, ſunt Pagæ haud procul ab Iſthmo, ſicut & Creuſis in Bœotia, Anticyra in Phocide, quæ helleboro clara eſt: unde extat prouerbiũ, Nauiget Anticyras, quod dicitur de homine inſano. Oeanthia in Locride, Cyrrha in Phocide, unde dicuntur Cyrrhæi ſcopuli, & Cyrrhæa antra, atq; fontes Cyrrhæi, pro fontibus Parnaſſi. x. Calydon urbs eſt Aetoliæ, ſita iuxta Euenum amnem. x ¶Extrà Rhion.) Extra Locridem & Aetoliam atque promontorium eius quod Rhion uocatur, eſt Acarnania, in qua eſt oppidum Leucas, ut eo nomine inſigne, quòd incolæ eius ipſam olim inſulam fecerunt, ſed uentorũ flatu congeriem arenæ accumulantiũ cõtinenti eſt reſtituta. y ¶Achelous.) Hic fluuius dirimit Acarnaniam ab Ambracia, quæ regia fuit Pyrrhi, ſed Auguſtus eam à uictoria Nicopolim nominauit.

quæ aſsidunt, [z] Actium, Argi Amphilochij: Ambracia, Aeacidarũ regia, Pyrrhiq;. Butroton ultrà eſt. Deinde [a] Ceraunij montes: ab ijs flexus [b] in Adriam. hoc mare magno ſeceſſu litorum acceptum, & uaſtè quidem in latitudinẽ patens, quà penetrat tamẽ uaſtius, Illyricis uſq; Tergeſtũ, cætera Gallicis Italisq; gentibus cingitur. [c] Parthini & Daſſaretæ prima eius tenẽt, ſequẽtia paulatim Encheleæ, Phæaces: deinde ſunt quos propriè Illyricos uocant: tum Pyrei, & [d] Liburni, & Iſtria. Vrbiũ prima eſt [e] Oricũ, ſecũda Dyrrhachiũ, Epidamnos antè erat, Romani nomen mutauere, quia uelut in damnũ ituris omẽ id uiſum eſt. Vltrà ſunt [f] Apollonia, Salona, Iadera, Narona, Traguriũ, ſinus Polaticus, & Pola quondam à Colchis (ut ferunt) habitata (in quantũ res tranſeunt) nunc Romana colonia. Amnes autẽ [g] Aeas, & Nar, & Danubius, qui iam dictus eſt Iſter: ſed Aeas ſecundũ Apolloniam, Nar inter Pyreos & Liburnos, [h] per Iſtros Iſter emittitur. [i] Tergeſtum intimo in ſinu Adriæ ſitum finit Illyricum.

nominauit. Ptolemæus tamen duas facit ciuitates Ambraciam & Nicopolim: Ambraciam ponit intra ſinum Ambracium, & Nicopolim extra ſinum in Epiro. Cæterũ Epirus aliquãdo Moloſſia dicta fuit, & à Chaone Chaonia, nũc uerò Albania appellatur, & eſt clara apud autores propter ſinũ Ambracium, qui anguſtis faucibus ſpacioſum accipit æquor. Sed & Acheron fluuius infernalis ſecundum quoſdam in hunc labitur ſinum. z ¶ *Actium.*) *Eſt Actium Epiri promontoriũ, ubi Auguſtus deuictis nauali prælio Antonio & Cleopatra, urbem condidit, & Nicopolim à uictoria nominauit. Sunt & quinquennales Actij ludi inſtar Olympiorum, Apollini Actio dicati, qui prius & à finitimis agebantur, ſed ab Auguſto honorificentius fuerũt celebrati. Porrò Argos Amphilochium alia eſt urbs, ab Argo Oreſtico ſiue Hippio, de quo ſuprà diximus. Ambracia uerò ornatiſsima Epiri ciuitas, regia fuit & Aeacidarum ab Aeacida deſcendentium, & Pyrrhi regis.*

a ¶ *Ceraunij montes.*) *Hi montes ſic ſunt dicti, quòd crebris fulminibus infeſtentur.* b ¶ *In Adriam.*) *Hoc eſt, Adriaticum mare, cuius dextrũ littus poſt Epiroticos tenent Macedones, Dalmatæ, Illyrij, Liburni & Hiſtri, uſq; ad oppidum Tergeſtum: ultra Tergeſtum uerò terram inhabitant Galli & Itali, de quibus ſequenti capite dicetur.* c ¶ *Parthini.*) *Populi ſunt oram Macedoniæ inhabitantes, ſicut & Daſſaretæ, quos Plin. à tergo Epiro iunctos aſſerit. Hinc eſt urbs Encheliarum atq; Phæacum. Poſt Macedoniam ſequitur gens Illyriorum, ſub qua & Dalmatæ comprehenduntur, qui olim multis annis aduerſus Romanos bella geſſerunt, habentes caſtella 50. dignitate præſtantia, & oppida, quæ Cæſar Auguſtus uaſtauit incendio. Mons Adrius eſt in Dalmatia, mediam ipſam diuidens, hinc ſcilicet ad mare, & hinc ad reliquam terram.* d ¶ *Liburni.*) *Eſt Liburnia inter Dalmatiam & Illyriam, uel, ut alij aiunt, pars eſt Dalmatiæ, in qua ſunt Salonæ, urbs inſignis: hodie putant eſſe Croatiam.* e ¶ *Oricum.*) *Vrbs iſta in confinijs eſt Epiri & Macedoniæ, ubi ſcilicet inter ipſam & Brunduſium Calabriæ urbem, utrunq; maris littus à ſe non niſi 85. millibus paſſuum dirimitur: unde ibi ex Italia in Epirum commodiſsima eſt nauigatio. Dyrrhachium uerò in confinio ferè eſt Macedoniæ & Dalmatiæ, quod quum antea Epidamnus uocaretur, Romani abolito hoc nomine ueluti infauſto ad littora eius appellentibus, Dyrrhachij antiquũ uocabulum reſtituerunt. Sunt qui eam urbem Epiro aſſcribunt.* f ¶ *Apollonia.*) *Hanc urbem Ptolemæus ponit in ora mediæ Macedoniæ, Salonam uerò in Dalmatia, Iaderam in Illyride, ſicut & Tragurium & Polam in Hiſtria, ubi & Polaticus eſt ſinus. Polam aiunt olim à Colchis habitatam: ſed cum edax tempus & inuidioſa uetuſtas omnia deſtruant & aboleant, tandem Romanorum facta eſt colonia.* g ¶ *Aeas.*) *Hic fluuius ſecundum Strabonem ex interioribus Macedoniæ occidentem uerſus iuxta Apolloniam in Adriaticum pelagus ruit. Nar uerò, à quo Nareſij dicuntur populi, per Dalmatiam ex Scardo monte in mare Adriaticum fluit.* h ¶ *Per Iſtros Iſter emittitur.*) *Illud non eſt uerum, niſi Iſtriam extendere uoluerimus uſq; ad Noricos uel Pannones. Scribit & Strabo quoſdam fuiſſe ante ſua tempora, qui putarunt fluuium à Danubio deriuatum, per Iſtros in Adriaticum deuolui ſinum, cum contrà omnia ferè flumina citra Alpes nata in Danubium exonerentur.* i ¶ *Tergeſtum.*) *Hæc urbs haud procul abeſt à Venetijs, intercedente ſinu Tergeſtino, quã uulgò hodie Trieſt uocant, Aquileiam habens ad occidentem modico diſtantem interuallo.*

PETRI IOANNIS OLIVARII SCHOLIA IN CAP. III.

Canaſtreum.) Nunc Caniſtro. *Theſſalonice.*) Nunc Salonica, patria Theodori Gazæ. *Caſſandria.*) Nomen retinet. *Pella.*) Nomen retinet. *Tempe.*) Nemora ſunt. *Prominens Græcia,*) Duobus in locis, in Sunio promontorio, nunc dicto Strues, ſiue Cabo de la Columba, & in Peloponneſo nunc La morea. *Hellas nomine, grandi fronte.*) De Græcia, grandi fronte, id eſt Sunio promõtorio. *Mox mari utroq;.*) In Pelopõneſo. Nam ad ſinum Megaricũ eſt Aegæum, & à ſinu Corinthiaco incipit Ionium. *Et quaſi peninſula.*) De Peloponneſo loquitur. *Thebæ.*) Celebres apud Thucydidẽ. *Athenæ.*) Nunc uicus. *At in Argolide.*) Viſus eſt Mela con

fundere hæc. Nam cum agit de Argolide, iam loquitur de Peloponneso. Laconide.) In medio Peloponnesi. Methone.) Modona nunc. Messene.) Missetia. Naupactos.)Hodie Lepanto. Vsq; ad Megaram.) Nunc est Alcatoë. Corinthos.) Nunc Goranto. Malea.)Nunc Maluesia. Tænaros.)Nunc Ereapolis. Epidaurus.) Nunc Limera. Troëzen.) Nunc Predena. Scylleon.) Damala nunc, promontorium. Patræ.) Nunc Patras.) Maleum promontorium.) Cabo de Maluasia. Leucas.) Leucates. Ambracio sinu.) Ab Ambracia ciuitate, quæ nunc est Larta. Magno secessu.) Maris Adriatici. Illyricis.) Nunc sunt Sclauoni. Liburni.) Nunc interiora tenent, inter Dalmatas & ueros Illyricos. Istria.) Cuius præcipua ciuitas est Pola. Dyrrhachium.)Nunc Durazo. Per Istros Ister emittitur. Non loquitur de Danubio. Constat enim Danubium longè distare ab Istria. Præterea Danubius non dicitur Ister, nisi in Vualachia, ut diximus. An fuerint, qui senserint esse fluuium in Istria, qui uocetur Ister, Strabo est autor: horum sententiam Mela sequitur. Sed nullum esse talem fluuium, constat ex nostra peregrinatione, quod etiam audiueramus ante illam profectionem: & Vadianus uir iudicio meo undecunq; doctissimus, dum eam regionem penetraret, nusquam uidit Istrum fluuium.

SCHOLIA CAP. IIII.

De Italia tam multa iam dicta sunt à Solino cap. 8. ut ea satis explicent hoc Pomponij Melæ caput: sed ne desimus lectori, annotabimus breuiter quæ hic accõmoda uisa fuerint. Italia prius Hesperia ab Hespero Atlantis fratre dicta est, quippe qui à fratre pulsus & Hispaniæ & Italiæ nomen dedit. Macrobius tamẽ dicit eam sic uocari ab Hespero stella, quòd illius occasui sit subiecta. Dicitur etiã Oenotria, à bonitate uini quod in Italia nascitur: est enim œnon græcè uinum. Postea Italia dicta ab Italo Siculorũ rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges posuit. Est autẽ Italia metallis grauida, ubique uitalis & salubris, eximia in ea cœli tẽperies, campi fertiles, aprici colles, innoxij saltus, opaca nemora, munifica syluarũ genera, mira frugum, uitium & olearũ fertilitas, nobilia pecori uellera, perspicui & piscosi lacus, flumina fontesq; salubres, portus plurimi, ut uerè dicta sit à quibusdam omniũ terrarũ alumna atq; parens, cœlestiũ prouidentia electa, quæ sparsa cõgregaret imperia, molliretq; efferarũ gentiũ ritus, discordes ad colloquia munere literarũ latinoq; sermone congregaret. Est omnibus in Italia una lingua, nisi quòd in Cisalpina Gallia & Veneto recessu sermo est accuratior. In Hetruria uerò, Latio, Campania & Lucania sermo simplex: in Apulia & Calabria sermo cum Græcis promiscuus durat. a ¶Ab Alpibus incipit.) Alpes, inquit, sunt Italiæ limes septentrionalis, distinguentes eam à Germania atq; Gallia. Hinc enim incipit Italia, & procedit in longũ, Apœnini mõtis iugo perpetuo per totam eius longitudinẽ inter utrunq; mare recto dorso ducto. De hoc monte Polybius lib. 3. sic inquit: Apœninus mons paulò supra inferum mare ab Alpibus oritur, moxq; se magis atq; magis ab illis disiungens, recto dorso in superũ mare fertur, quasi usq; ad urbem Senam. Inde rursus ad dextram flectens, per mediã Italiam in Siculum fretum discurrit. b ¶In duo cornua scinditur.) Italiæ descriptionem habes suprà in Solino cap. 8. Vt tamen extrema eius duo cornua & receptos sinus clarius uideas, uisum fuit hic aliam ob oculos ponere figuram, quæ & Italiæ extrema, atq; Siciliæ situm exprimeret. c ¶Tota angusta.) In quibusdam locis Italia 200. millibus passuũ habet latitudinem, in alijs 100. duntaxat millibus passuum. Alij dicunt, ubi maior est latitudo, ibi spacium mensuratur 410. mill. pass. ubi uerò minor, 136. Eius longitudo, quæ attenditur ab Augusta prætoria, quæ in finibus Alpium sita est, & per Romam Capuamq; porrigitur usq; ad oppidum Rhegyum, decies centena & uiginti millia pass. colligitur. d ¶Togatam Galliam.) Est duplex Gallia, Togata, quæ et Tonsa uocatur, & est Cisalpina, intra Italiæ scilicet fines inclusa, sic dicta à toga succincto uestis genere & apposito, quam Veneti colunt & Carni, seu Aquileienses. A Carnis hodie denominata est regio Carniola, uicina Carinthiæ. Alia est Gallia Comata, à nutriendi capilli studio sic dicta, quam & Transalpinam uocant atq; Braccatam, à singulari uestium genere quo olim usi fuerũt: & hæc in tres diuiditur prouincias, nempe Belgicam, Celticam & Aquitanicam. Sunt tamen qui Braccatam Galliam distinguũt à Comata, Braccatam uocantes Narbonensem. e ¶Picentes.) Enumerat primũ populos quosdam, qui post Venetos inhabitant littus maris Adriatici, incipitq; à Picentibus, qui hodie Marca uocãtur Anconitana, in qua ciuitates sunt Pisaurũ, Senogallia, Vrbinũ, Ancona.

Italia. Cap. IIII.

DE Italia magis, quia ordo exigit, cẽ quia mõstrari eget, pauca dicentur: nota sunt omnia. [a] Ab Alpibus incipit in altũ excedere, atq; ut procedit, media se perpetuò Apœnini mõtis iugo attollens, inter Adriaticũ & Thuscum, siue (ut aliter eadem appellantur) inter superum mare & inferũ excurrit, diu solida: uerũ ubi longè abit, [b] in duo cornua scinditur, respicitq; altero Siculum pelagus, altero Ionium: [c] tota angusta, & alicubi multò, quàm unde cœpit angustior. Interiora eius alię aliæq; gentes habitant. Sinistra parte Carni & Veneti colunt [d] Togatam Galliam. Tum Italici populi [d] Picentes, Frentani, [f] Dauni

[f]Dauni, Apuli, Calabri, [g]Salentini. Ad dextrã sunt sub Alpibus Ligures, sub Apœnino Hetruria. Post Latiũ Volsci, Cãpani, & super Lucaniam [h]Brutij. Vrbium quæ procul à mari habitantur opulentissimæ sunt, ad sinistram [i] Patauiũ Antenoris, Mutina & Bononia Romanorũ coloniæ: ad dexterã Capua à Thuscis, & [k]Roma quondam à pastoribus cõdita, nunc si pro materia dicaẽ, alterũ opus. At in oris proxima est à Tergeste [l] Cõcordia. Interfluit [m] Timauus, nouem capitibus exurgẽs, uno ostio emissus. Deinde Natiso nõ longe à mari ditem attingit Aquileiam: ultrà est [n] Altinũ. Superiora late occupat littora [o] Padus: nanq; ab imis radicibus Vesuli montis exortus, paruis se primùm fontibus colligit, & aliquatenus exilis ac macer, mox aliȝs amnib. adeò augescit atq; alitur, ut se per septem ad postremum ostia effundat. Vnũ de ijs magnũ, Padum appellãt: inde tam citus prosilit, ut discussis fluctibus diu qualem emisit undam agat, suumq; etiam in mari alueũ seruet,

Ancona, Camerinũ, Firmum, & Asculum.

f ¶Dauni.) *Hi ferè sunt Apuli, à quibus & Apulia, Daunia cognominata est.*

g ¶Salentini.) *In Salentinorũ regione est Hidruntũ, Iapygiũ promontoriũ, quod & Salentinũ dicitur: omnis enim Italia coacta in angustias, scinditur in duo promontoria, Laciniũ & Salentinũ. De Liguria, Hetruria & Latio diximus in Solino, & infrà quoq; de eis nõnihil dicemus.* *h* ¶Brutij.) *Hi habitant in altero cornu, in quo scilicet est Laciniũ promontoriũ.* *i* ¶Patauiũ Antenoris.) *Hæc est Padua, quam Antenor condidit.* *k* ¶Roma à pastoribus condita.) *De nomine & extructione Romæ habes multa in Solino cap. 2. Origo quidẽ eius fuit rustica & cõtempta, sed splendidus cultus superadditus, ueluti alterum fuit opus.*

l ¶Concordia.) *Hæc sicut et Vincentia, Verona, & multæ aliæ ciuitates, in regione sunt Venetorum, non multum ab ora maris Adriatici distantes.* *m* ¶Timauus.) *Quis sit iste fluuius non satis hodie constat. Certum est ex Alpium montibus multos amnes & torrentes deriuari, & in Adriaticum fluere mare, sed qui ferè omnes, præter Athesim & Padum, ab autoribus neglecti sunt, quòd minores essent quàm quòd eorum celebrarentur nomina. Idem sentiendum de Natisone, qui alluit Aquileiam, olim quidem ditem & insignem, hodie uerò ob multas perpessas sub Hunis calamitates humilem.* *n* ¶Altinũ.) *Hoc situm est ad palustria Padi, in quo L. Verus Imperator apoplexia interisse dicitur.* *o* ¶Padus.) *Hic fluuius, ut Plinius scribit lib. 3. è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum Gabiennorum uisendo fonte profluens, condensq; sese cuniculo, & in Forouibiensium*

agro iterum exoriens, nulli amniũ claritate inferior, à Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëthontis illustratus: augetur ad Canis ortus liquatis Alpium niuibus. Quòd autẽ Mela subijcit, Istrum excipere Palũ in ipso mari, in fine præcedentis capitis falsum esse indicauimus. p ¶Fanestris colonia.) Est Fanum Piceni seu Vmbriæ amœnissima urbs, sita in littore Adriatico haud longè ab amne Metauro. Hinc adiectiuum Fanestris.

q ¶Dicta Ancona.) Sonat Græcis ἀγκὼν cubitũ, & à cubiti effigie hæc urbs hoc accepit uocabulum: nam est iuxta Anconam pars oræ prominens, quæ ingentem ambitu suo complectitur portum, contrapositis duobus promõtorijs & portũ præmunientibus, intra se urbem habens in ipso sitam flexu, conditam, ut Strabo scribit, à Syracusanis Dionysij tyrannidem fugientibus.

r ¶Montemq; Garganũ.) Mons iste in finibus Apuliæ inuenitur, exporrectus in mare Adriaticũ, iuxta quem est sinus Vrias, cuius Ptolemæus non meminit. Ponit uerò Sypontũ iuxta eundem montem, quæ urbs & Sypus uocatur. Haud procul abest fluuius Aufidus, Canusij præterfluens mœnia. Cæterũ Barium & Egnatia nõ multum distant à Brundusio in eodem sitæ littore. Est autem Brundusium, & reliqua loca hic citata, in altero cornuũ Italiæ, quod scilicet spectat ad mare Ionium. s ¶Vrbs Graia Callipolis.) Quidam hic pro Callipoli, legendũ putant Gallipolim. t ¶Iterumq; distinguens.) Mare, inquit, quod inter duo cornua excipitur, distinguitur promõtorijs tenuibus in tres sinus, nempe Tarentinum, Scyllaceum, & Consilinũ. u ¶Salen & Lacinium.) Sale est in cornu orientali, & Laciniũ in occidentali, & intra hæc duo promontoria continetur sinus Tarentinus, quem Mela hic primũ uocat. Mox sub Lacinio promontorio incipit secundus, nempe Scyllaceus, extenditurq; usq; ad Zephyrium promontoriũ, quod nos suprà in montis figuratione expressimus. x ¶Et Brutium.) Hoc promontorium uocat Ptolemæus Scylleum, & est in extremo loco occidui cornu, ubi olim Sicilia putatur annexa fuisse Italiæ, sed postea maris sæuitia abscissa est. De quo infrà cap. 7.

seruet, donec eum ex aduerso littore Istriæ eodem impetu profluẽs Ister amnis excipiat. Hac re per ea loca nauigantibus, quà utrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulciũ haustus est. A Pado ad Anconam transitur Rauenna, Ariminum, Pisaurum, p Fanestris colonia, flumen Metaurus atq; Esis, & illa in angusto illorum duorũ promontoriorũ ex diuerso coëuntium inflexi cubiti imagine sedens, ac ideo à Graijs q dicta Ancona, inter Gallicas Italicasq; gentes quasi terminus interest. Hãc enim prægressos Piceni littora excipiunt, in quibus Numana, Potentia, Claterna, Cupra urbes: castella autem, Firmum, Adria, Truentum: id à fluuio, qui præterit, nomen est. Ab eo Senogallia maritima ad Aterni fluminis ostia. Vrbes Bucara, & Histoniũ. Dauni autem Tifernum amnem, Cliterniam, Lucrinum, Theanum, oppida, r montemq; Garganũ, Sinus est cõtinuo Apulo littore incinctus nomine Vrias, modicus spacio, pleraq; asper accessu. Extrà Sypuntum, uel (ut Graij dixere) Sipyus: & flumẽ quod Canusium attingens Aufidũ appellant. Post Barium, Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudiæ: & in Calabria Brundusium, Valetiũ, Lupiæ, Hydrus mons, tum & Salentini campi, & Salentina littora, & s urbs Graia Callipolis. Hucusq; Adria, hucusq; Italiæ latus alterum pertinet. Frons eius in duo quidẽ se cornua (sicut suprà diximus) scindit. Cæterum mare quod inter utraq; admisit, tenuibus promõtorijs semel t iterũq; distinguens, non uno margine circuit, nec diffusum patensq;, sed per sinus recipit. Primus Tarentinus dicit, inter promontoria u Salen & Lacinium, in eoq; sunt Tarentus, Metapontum, Heraclea, Croto, Turium. Secũdus Scyllaceus, inter promontoria Laciniũ & Zephyrium, in quo est Petilia, Cœcinum, Scyllaceum, Mistræ. Tertius inter Zephyriũ x & Brutium, Consilinũ, Caulõniam, Locrosq; circundat. In Brutio sunt y Columna regia, Rhegyũ, Scylla, Taurianum & Metaurũ. Hinc in z Tuscum mare deflexus est, & eiusdem terræ latus alterum

y ¶Columna regia.) Instar turriculæ est ibi erecta columna, sicut & in aduerso littore, in Peloro scilicet Siciliæ, erecta est turris, quam Stylarion uocant. De Scylla & Charybde infrà dicetur cap. 7. z ¶Thuscum mare.) Vocatur mare quod littora alluit Italiæ, Thuscum, à Thuscia, & alio nomine Tyrrhenum, à Tyrrheno Athys filio, qui è Mæonia discedens in Italiam uenit, & eam partem occupauit quæ ad mare inferum sita est, unde & Tyrrhenia alio nomine dicta est, sed Thusciæ nomen prævaluit. Efficit autem hoc mare in ora Italiæ multos sinus, inter quos primus est Terinæus, oppositus Scyllaceo, quem Ptolemæus Ispomastam nominat, & Strabo Hipponiaten. Secundus est Pæstanus apud

alterum Terina, Hippo nunc Vibon, Temesa, Clampetia, Blanda, Buxentum, Velia, Palinurus, olim Phrygij gubernatoris, nũc loci nomẽ: Pæstanus sinus, Pæstum oppidum, Silarus amnis, Picentia,[a] Petræ, quas Sirenes habitauere, Mineruæ promontoriũ, opima Lucaniæ loca, sinus Puteolanus, Surrentũ, Herculaneũ,[b] Vesuuij montis aspectus,[c] Pompeij,[d] Neapolis,[e] Puteoli,[f] lacus Lucrinus & Auernus,[g] Baiæ, Missenũ: id nunc loci, aliquando Phrygij militis nomẽ: Cumę, Linternũ, Vulturnus amnis, Vulturnũ oppidum, amœna Campaniæ littora,[h] Sinuessa, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fundi,[i] Tarracina,[k] Circes domus, aliquando Circeij, Antiũ, Aphrodisium, Ardea, Laurentũ. [l] Ostia citra Tyberim in hoc latere sunt. Vltrà Pyrgi,[m] Anio, Castrum nouũ, Grauiscæ, Cossa,[n] Telamon, Populonia, Cecina, Pisæ, Hetrusca & loca & nomina. Deinde Luna, [o] Ligurũ & Liguria, & Genua, Sabatia, & Albigaunũ. Tum Paulon & Varum flumina, utraq; ab Alpibus delapsa: sed Varum quia Italiam finit, aliquanto notius. [p] Alpes ipsæ ab ijs littoribus longè lateq; diffusę, primò ad septentrionẽ magno gradu excurrunt, deinde ubi Germaniã attigerunt, uerso impetu in orientẽ abeũt, direptisq; populis immanibus, usq; in Thraciã penetrãt.

nus apud Lucanos in Calabria. Vide picturam suprà in Solino cap. 8. Haud procul ab hoc sinu cadit fluuius Silarus, qui & Silaris, in mare, de quo Strabo lib. 5. & Plinius lib. 2. mira scribunt. *a* ¶*Petræ.*) *De his Petris scribit & Plinius cap. 3. lib. quinti in hunc modum: Surrentum cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondam sede.*

b ¶*Vesuuij mõtis.*) *Hic mons haud procul distat à Neapoli, & celebratur ob bonitatem uini, quippe quod caput non tentat, & stomachi atq; intestinorũ cohibet rheumatismos, ut scribit Plinius lib. 23. Hic semper emittere dicitur fumum & ignes sicut Aetna in Sicilia. Vertex eius secundũ Strabonem cinerosus est & cauernosus petris exustis.* *c* ¶*Pompeij.*) *Populi sunt, quos Sarnus alluit amnis.* *d* ¶*Neapolis.*) *Hæc olim Parthenope dicta fuit. Fuit autem Parthenope una ex Sirenibus, quæ præ dolore se præcipites dederũt in mare, quòd prætereuntẽ Vlyssem cum socijs suo cantu nõ deceperint. Ex his una delata dicitur in eum locum, ubi postea condita fuit Neapolis, urbs præclara Campaniæ.*

e ¶*Puteoli.*) *Est & hæc urbs in Campania, sic dicta à putore aquæ calidæ, uel ut alij putant, à multitudine puteorum. Hæc etiam uocata fuit Dicæarchia, à iustitia administrationis & gubernationis. Quomodo ad hanc urbem delphinus dorso suo portauerit puerum, habes suprà in Solino cap. 22.* *f* ¶*Lacus Lucrinus.*) *Est hic lacus in sinu Baiano contra Puteolos, propinquus Auerno lacui, adeò ut in magnis tempestatibus quandoq; coniungi soleant. Dictum sic putant à lucro, quod ob multitudinem piscium ibi captorum facere consueuerunt.* *g* ¶*Baiæ.*) *Ciuitas est Campaniæ, à Baio Vlyssis socio ibi sepulto sic dicta. Hinc sinus Baianus, qui hinc Misseno monte, illinc Puteolis clauditur. In huius agro aquæ calidæ sunt, & ad uoluptatem & ad uarios morbos accommodæ.* *h* ¶*Sinuessa.*) *Vrbs ista sita est ad Lirim fluuium & in Setino sinu, celebraturq; ob uini quod profert abundantiam. Porrò Formiæ aliquando dictæ fuerunt Hormiæ, quas Lacones condidisse dicuntur. Est autem urbs maritima. At Fundi situm habent in mediterraneo loco.* *i* ¶*Taracina.*) *Hæc Volscorum in Campania ciuitas, antea Trachyna & Tarachina atque Anxur dicta fuit. Anxur, quòd illic Iupiter Anxurus coleretur.* *k* ¶*Circes domus.*) *Fuit Circe Solis & Perſæ nymphæ filia, habitans non longè à Caieta urbe Campaniæ, in monte quodam olim insula. Vnde Plinius lib. 3. Circeij olim insula fuit immenso mari circundata, si Homero creditur, ubi Latium antiquum terminabatur, & mox continenti fuit annexa. Antium uerò & Aphrodisium iam interierunt. Fingitur autem Circe Solis filia, quòd meretrix fuerit clarissima.* *l* ¶*Ostia.*) *Hæc urbs adhuc durat, ab Anco Martio condita, ut inquit Liuius, in ipso maris fluminisq; confinio sita.*

m ¶*Anio.*) *Nomen fluuij est, qui in agro Tyburtino è sublimi loco in uallem subiectam præceps fertur.*

n ¶*Telamon.*) *Promontoriũ est, & secundum alios, portus in Hetruria. Extenduntur autem Hetrusci à Tyberi uersus occidentem usq; ad Liguriam, in qua scilicet est Genua. Vltra uerò Tyberim ad orientẽ sunt Latini, qui desinunt ad Lirim fluuium: hinc Campani, & post Campanos Picentini, quos deinde sequuntur Lucani, & tandem Brutij in extremo Italiæ angulo.* *o* ¶*Liguria.*) *Hæc ultima est Italiæ ad occidentem regio, à qua & mare illud Ligusticum uocatur.* *p* ¶*Alpes ipsæ.*) *Putant Alpes sic dictas à candore niuium, quia perpetuis albescunt niuibus. Hæ excurrũt à Liguria in septentrionem usq; ad confinia Germaniæ, hoc est, ad Heluetiam, & ab Heluetia conuersæ abeunt in orientem per Histriam, Stiriam & Carinthiam, usq; in Thraciam.*

PETRI IOANNIS OLIVARII SCHOLIA IN CAP. IIII.

Alpibus.) *Alpes nos in quatuor itinera distribuimus, primũ uersus septentrionem, & dicitur mons Sancti Gottardi: secundum, uersus meridiem, & dicitur mons Sancti Bernardi: tertium etiam uersus meridiem, & di-*

citur mons Sancti Dionysij, nunc San Senis: quartum etiam uersus meridiem, & dicitur Peninus. Apœnini.) Ramentum est Alpium, diuidens uniuersam Italiam. Solida.) Id est, non faciens sinus. In duo cornua.) In duo promontoria, alterum Salentinorum, alterum dictum Leucopetram. Vnde cœpit.) Hoc est, ex Alpibus. Carni.) Carni sunt populi in ramento Alpium: sunt omnes Sclaui, sub iugo Ferdinandi regis Romanorũ, & Vngariæ, & Boëmiæ, archiducis Austriæ. Diuiditur hæc regio in duplicẽ Carniolam, alterã Siccam, in qua sunt Istri: alteram irriguam, unde Sauus fluuius ortum habet. Veneti.) In sinu sunt Adriatico, qui, ut diximus, La Canal de Veniza uocatur, Galli olim dicti togati: nunc ea regio usq; ad Rubiconem uocatur La marcha Treuisana: ibi ciuitas sunt Venetiæ, de qua latissimè dicam in meis Commentarijs. Togatam Galliam.) A toga ueste, qua etiamnum utuntur Veneti. Tunc Italici populi, à Rubicone usque ad promontorium Salentinorum, quod nunc dicitur Cabo de Sancta Maria. Picentes.) Iuxta Anconam. Picentes.) Nunc Marcha d'Ancona. Frentani.) Nunc Franca uilla. Dauni.) Syponto, Manfredonia, mons Garganus. Apuli.) Nomen retinet, nunc Lapulla. Calabri.) Nomen retinet Calabria. Salentini.) Nunc Salen Mela. Ligures.) Nunc Genoueses. Hetruria.) La Toscana hodie. Latium.) Latini. Campani.) Regio, quæ retinet nomen, & est initium regni Neapolitani. Brutij.) Nomen habent, ubi Cosentia Calabrorũ. Patauiũ.) Nunc Padua, in Marchia Taruisana. Mutina.) Nunc Modena. Bononia.) Bolonga la grassa. Capua.) Nomen retinet. Si pro materia.) Id est, si habeatur ratio magnitudinis Romanæ. Alterũ opus.) Id est, nemo est qui credat urbem cõditam esse à pastoribus, tam est ornata ædificijs magnificis. Tergeste.) Nunc Triesti. Concordia.) Nomen retinet. Timauus.) Si quis uolet scire rem ipsam ueram de Timauo, legat Vadianum, qui peragrauit regionem, & uidit Timauum: nomen est fluuij & fontis. Natiso.) Nunc Lisontio. Aquileia.) Nunc Algar castellum. Altinum.) Nunc Torcello. Padus.) Nunc El Po. Donec eum.) Quotquot inuiserunt illam regionem, quos ego Venetijs interrogaui, respondent, fabulam esse quod de Istro fluuio adducitur ab autoribus. Nam de Danubio nemo non scit longè distare ab Adriatico, præterea interceptos esse montes. A Pado ad Anconam transitur Rauenna.) Id est, per Rauennã: nomen retinet. Sed cum sequitur Ariminum, accusatiuus ille refertur ad illam præpositionem Ad, cum dicitur ad Anconam, ad Ariminum, ad Pisaurum. Ariminum nunc dictum Rimino. Pisaurum.) Nunc Pesaro. Metaurus.) Nunc Plumba fluuius. Ancona.) Nomen retinet. Inter Gallicas Italicasq; gentes.) Ancona terminus est Galliæ Cisalpinæ, & Italiæ. Numana.) Dicunt hanc deletam esse. Potentia.) Vbi nunc est Virgo Maria Lauretana, uulgò Loreto. Claterna.) Nunc Flauianeo. Firmum.) Nunc Fermo. Truentum.) Nunc Tronto. Senogallia.) Nunc La Romandiola, & Campagna. Aterni.) Nunc Pescaria flumen. Histonium.) Nunc Guasto. Tifernũ amnem.) Nunc Bisano. Theanum.) Nomen retinet Teano. Garganũ.) Nunc Santangelo. Syponti.) Nunc Syponto. Aufidum.) La Fante uulgò. Barium.) Barri hodie. Egnatia.) Iuuenatia. Rudiæ.) Non extant. Brunduſium.) Nunc Brindes. Lupiæ.) Lezo. Hydrus mons, tum.) Locus corruptus, quem nos inter alios restituimus. Legendum est Hydruntũ, nunc Otrento. Taretus.) Nunc Taranto. Metapontũ.) Pelicor hodie. Croton.) Nunc Crutone. Scyllaceus.) Nunc Desquillachro. Laciniũ.) Nunc Cabo de Colone. Zephyrium.) Nunc Cabo de Sole. Scyllaceum.) Nunc Esquillacho. Brutium.) Nunc Cabo de Sciglio. Rhegyum.) Nunc Rezo. Metaurũ.) Teriana. Buxentum.) Nunc Beluedere. Pæstum.) Nunc Polycastro. Mineruæ.) Nunc Cabo de Minerua. Surrento.) Nunc Sorrento. Puteoli.) Nunc Puzoli. Vulturnus.) Nunc Vilturno. Sinuessa.) Nunc Sessa. Liris.) Nunc El Garillano, fluuius. Minturnæ.) Nunc Castellum, uulgò Traiectum. Formiæ.) Nunc Nola. Fundi.) Nunc Fondi. Tarracina.) Gaieta nunc. Circeij.) Nunc Cercelli. Ostia.) Nunc oppidum & portus, retinet nomen. Pyrgi.) Nunc Ciuita Vieia. Castrum nouum.) Nunc Corneto. Grauisce.) Nunc Montalto. Cossa.) Nunc Orbitello. Populonia.) Nunc Piombino. Cecina.) Cesena hodie. Pisæ.) Nunc Pisa. Hetrusca.) Nunc Toscana. Luna.) Nunc Sarrazana. Liguria.) Terra de Genoua. Genua.) Nomen retinet. Sabatia.) Nunc Saona. Albigaunum.) Nunc Arbenga. Varum.) El Var, nomen retinet. Magno gradu.) Vsq; ad Adulam montem. Verso impetu in orientem abeunt.) Iuxta Noricos, Rhætios, Vindelicos, Noricos, Pannonios superiores & inferiores, usque ad Mysiam superiorem. Populis immanibus.) Quos diximus, & alios uidelicet Carnos. Vsq; in Thraciam.) Id est, ad principium Thraciæ.

SCHOLIA CAP. V.

Diximus præcedenti capite à principio sub litera d, Galliam diuidi in Cisalpinam & Transalpinã. Transalpinam Ptolemæus diuidit in Celticam, Narbonensem, Aquitanicam & Belgicam. Mela uerò diuidit eam per lacũ Lemannũ & montes Gebennicos in Braccatam & Comatam. Braccata adiacet mari mediterraneo, Comata uerò extenditur usq; ad oceanum septentrionalem, hoc est, Britannicũ. Sunt tamen qui Braccatam & Comatã unam esse uolunt.

Gallia Narbonensis. Cap. V.

GAllia [a]Lemanno lacu, & Gebennicis mõtibus in duo latera diuisa, atq; altero Thuscum

a ¶Lemanno lacu.) Hic est lacus quẽ hodie

ſcum pelagus attingens, altero oceanũ, [b] hinc à Varo, illinc à Rheno ad Pyrenæũ uſq; promittitur. [c] Pars noſtro mari appoſita, fuit aliquãdo Braccata, nunc Narbonenſis, [d] magis culta, & magis conſita, ideoq; etiã lætior. Vrbium quas habet, opulentiſsimæq; ſunt [e] Vaſio Vocontiorũ, Vienna Allobrogũ, Auenio Cauarũ, Arecomicorũ Nemauſus, Toloſſa Tectoſagũ, Secundanorũ Arauſio, Sextanorũ Arelatę, Septumanorumq; Blitera. Sed anteſtat omnes [f] Atacinorum Decumanorũq; colonia, unde olim iſs terris auxiliũ fuit: nunc & nomen & decus eſt Martius Narbo. In littoribus aliquot ſunt cum aliquibus nominib. loca, cæterũ raræ urbes, quia rari portus, & [g] omnis plaga Auſtro atq; Africo expoſita eſt. Nicea tangit Alpes, tangit oppidũ Deceatũ, tangit Antipolis: deinde forum Iulij Octauianorũ colonia: tunc poſt Athenopolis, & Olbia, & Glanon, & Citariſtes, & Halycidon Maſsilienſiũ portus, & in eo ipſa [h] Maſsilia. Hæc à Phoceis oriunda, & olim inter aſperas poſita, nũc ut pacatis, ita diſsimillimis tamẽ uicina gentibus. Mirum q; facilè & tunc ſedem alienam ceperit, & adhuc morem ſuum teneat. Inter eam & Rhodanũ maritima Auaticorum ſtagno aſsidet [i] foſſa Mariana. Partem eius amnis nauigabili alueo effundit, alioquin littus ignobile eſt Lapideum (ut uocant) in quo Herculem contra Albionem & Bergionã Neptuni liberos dimicantem, cum tela defeciſſent, ab inuocato Ioue [k] adiutum imbre lapidum ferunt: credas pluiſſe, adeò multi paſsim & latè iacent. [l] Rhodanus non longè ab Iſtri Rhenique fontibus ſurgit: deinde Lemãno lacu acceptus tenet impetũ, ſeq; per mediũ integer agens, quantus uenit,

hodie Gebennicũ et Loſanenſem uocãt, per quem fluit Rhodanus, & prope urbem Genebam effluit. Regio illa hodie uocatur Sabaudia, olim uerò Allobrogum fuit.

b ¶*Hinc à Varo.*) *Quis hic ſit fluuius nõ ſatis cõſtat, nam mutata ſunt nomina nedũ oppidorũ, uerũ & multorũ montiũ & fluuiorum, ab eo tempore quo ſcripſerũt Mela, Ptolemæus, Plinius, & reliqui boni autores. Ptolemæus quidem ponit Varum in tertia Europæ tabula, ſed cuius fontes longè diſtant à fontibus Rheni, & tamen hi duo amnes limes orientalis ſtatuuntur Galliæ, ſicut Pyrenæi montes occidentalis.* *c* ¶*Pars noſtro mari.*) *Noſtrũ mare uocat mare mediterraneum, eò quòd illud alluat oram patriæ ſuæ Bæticæ.* *d* ¶*Magis culta.*) *Nõ eſt inferior hæc Galliæ pars Italia in fertilitate, id quod patet de Delphinatu, Prouincia, & alijs Galliæ regionibus ad meridiem expoſitis.* *e* ¶*Vaſio.*) *Meminit & Ptolemæus in tertia Europæ tabula huius urbis. Porrò Vienna hodie notior eſt q; ut de ea hic aliquid ſcribi oporteat. Pertinet autẽ ſecundũ priſcos ſcriptores ad Allobroges, ſicut Auenio ad Cauares uel Cauarios, ut Ptol. habet, & Nemauſus ad Arecomicos, qui ſunt ad occaſum Auenionis, & Toloſſa ad Tectoſages, qui nõ procul abſunt à Pyrenæis mõtibus. Porrò Secundani, Sextani & Septumani à legionũ ordine & numero cognominati ſunt, ut Secundani ſecundæ legionis fuerint milites, Sextani ſextæ, & ſic de alijs, habueruntq; ſinguli ſuas colonias.*

f ¶*Atacinorũ.*) *Sunt Atacini populi ab Atace fluuio ſic dicti. Manat aũt is fluuius ex Pyrenæis montib.* *g* ¶*Omnis plaga.*) *Reddit rationẽ quare ora Gallica raros habeat portus & ciuitates, nempe quod expoſita ſit flatibus auſtri. Intra Alpes tamẽ plura inueniũtur oppida, ut ſunt Nicea, oppidum Deceatũ, Antipolis &c. Cõputantur autem Deceates inter Ligures. Ponit tamen Ptolemæus Antipolim extra Alpes, ſicut & Forum Iulij.* *h* ¶*Maſſilia.*) *Hæc urbs in Narbonenſi prouincia ſexcentis annis & amplius ante Chriſtum fuit extructa, ut quidam ſcribunt, ſed diruta, & à Phocenſibus iterũ inſtaurata, qui Cyri tyrannidem fugientes, derelicta Græcia in hunc ſinum nauigarunt. Fuit olim urbs iſta fama rerum geſtarũ, abundantia opum & doctrinarũ gloria florentiſſima, ut ſtudijs ingenuarum doctrinarũ adeò floruerit, quòd Romani pro Attica peregrinatione Maſſilioticum peterent gymnaſium ad capeſſendas diſciplinas. Vrbs uniuerſa pulchris eſt circuncincta mœnibus, & magnitudine eximia. Ager uerò olicetis ac uinetis natura cultus, ferendis autẽ frumentis ob aſperitatẽ tenuis ac fere ſterilis, & ob id mari magis q; telluri fiduciam habent incolæ eius.* *i* ¶*Foſſa Mariana.*) *Meminit & Plinius & Strabo atque Ptolemæus huius foſſæ. Plinius uocat ſtagnum Marij, & Strabo lacum Marij, amœnum aſpectu, & oſtreis refertiſsimum. In hunc ex Rhodano foſſam ductam fuiſſe Plinius indicat: non enim procul abeſt lacus à ripa Rhodani.*

k ¶*Adiutum imbre lapidum.*) *Quia enim terra illa eſt lapidoſa, finxerunt poëtæ Iouem è ſupernis aliquando demiſiſſe imbrem ex lapidibus conflatum, quo gigantes illos Albionem & Bergionem Neptuni filios & Herculi rebellantes opprimeret. Simile quiddam finxerunt de Theſſaliæ regione, in qua innumera ſaxa inueniũtur, quibus aiunt gigantes cœlum oppugnaſſe, ut Iouem ex eo deturbarent.* *l* ¶*Rhodanus.*) *Apud Lepontios in ſummis montiũ iugis plures oriuntur amnes, in omnẽ orbis ruentes plagam. Nam hinc in meridiem fluunt Ticis*

nus, Madia & Tosa, in septentrionẽ Arola et Vrsa, in orientẽ Rhenus, sed qui recuruatur in septentrionem: in occidentẽ Rhodanus, qui post longum cursum flectitur in meridiem. Nos suprà in Solino cap. 34. signauimus quosdã ex his fluuijs, exprimentes situm originis eorum, eos tamen omnes clarius uidere poteris in Heluetiæ & Rhetiæ tabula ab Aegidio Tschudi descripta, et nostro marte in publicũ ædita. m ¶Hàc intrat.) Abductus Rhodanus in meridiem, hac uia & tramite procurrit in mare.

n ¶Stagna Volcarũ.) Ptol. ponit Volcas ultra Auenionẽ ad occasum. Mesuam uerò putant esse montẽ Pessulanũ. o ¶Arauaris.) Ab alijs uocatur Araris, hodie uerò Sona, miscetúrq; Rhodano haud procul supra Lugdunũ. Oritur autẽ ex eodem monte unde Mosella nascitur, in Lotharingia scilicet è monte Cemeno. Cæterũ fluminis Obris meminit & Ptolemæus, nominatq; ipsum Orobiũ. De Atace suprà diximus sub litera f. Rubresum lacũ Ptol. nõ habet, à Plinio uerò describitur. p ¶Ruscino.) Ponit & Ptolemæus Ruscinonẽ: sed quam ipse Rusciniũ uocat, atq; Illiberim, Mela hic nominat Eliberrin, & nõ procul distant ab urbe Tolosana. Vide tertiã Europæ tabulam.

uenit, egreditur. Inde contrà in occidentẽ ablatus, aliquãdiu Gallias dirimit: pòst cursu in meridiem abducto,[m] hàc intrat, accessuq; aliorum amniũ iam grandis, & subinde grandior, inter Volcas & Cauaras emittit. Vltrà sunt[n] stagna Volcarũ, Ledum flumen, castellũ Latara, Mesua collis incinctus mari penè undique, ac nisi quòd angusto aggere cõtinenti annectitur, insula. Tum ex Gebennis demissus[o] Arauaris iuxta Agathan, secundum Bliteras Obris fluit. Atax ex Pyrenæo monte digressus, quà sui fontis aquis uenit exiguus uadusq; est, & ingentis alioquin aluei tenens, nisi ubi Narbonẽ attingit, nusquam nauigabilis: sed cum hybernis intumuit imbribus, usq; eò solitus insurgere, ut se ipse nõ capiat. Lacus accipit eum Rubresus nomine, spaciosus admodũ, sed quà mare admittit, tenuis aditu. Vltrà est Leucata littoris nomen, & Salsusæ fons, nõ dulcibus, sed salsioribus q; marinæ sint aquis defluens. Iuxtà campus minuta arundine gracilíq; peruiridis, cæterum stagno subeunte suspensus: id manifestat media pars eius, quæ abscissa proximis, uelut insula natat, pellíq; se atq; attrahi patitur: quin & ex ijs quæ ad imũ perfossa sunt, suffusum mare ostendit. Vnde Graijs nostrísq; etiã autoribus, ueri ne ignorãtia, an prudentib. etiã mendacij libidine, uisum est tradere posteris, in ea regione piscẽ è terra penitus erui, qui ubi ex alto hucusq; penetrauit, per ea foramina ictu captantiũ interfectus extrahitur. Inde est ora Sardonũ, & parua flumina Thelis & Thicis: ubi accreuere, persæua: colonia[p] Ruscino, uicus Eliberri magnæ quondam urbis, & magnarũ opum tenue uestigiũ. Tum inter Pyrenæi promontoria portus Veneris est in sinu salso, & Ceruaria locus, finis Galliæ.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. V. SCHOLIA.

Lemanno Lacu.) El lago de Geneua: siue El lago de Losana. Gebennicis montib.) Le mons Caluernia nũc. Thuscum pelagus.) Diximus esse El mar de la Toscana. Rheno.) Le Rhin hodie. Nunc Narbonensis.) Olim uocata prouincia Romanorũ. Vienna.) Nomen retinet, in Delphinatu. Auenio.) Nomen retinet. Nemausus.) Nunc Nimes. Tholosa.) Nomen retinet. Secundanorũ.) Id est, ubi erat secunda legio. Arausio.) Aurenge. Sextanorũ.) Vbi erant milites sextæ legionis. Arelatæ.) Nomen retinet Arles. Septumanorũ Bliteræ.) Nunc Beziere. Martius Narbo.) Nunc Narbona. Nicea.) Nunc Nisa. Antipolis.) Nunc Ragni. Forũ Iulij.) Nunc Freio. Olbia.) Nunc Eres. Fossa Mariana.) Aygues mortes. Rhodanus.) Nunc le Royne. Volcas.) Eos qui apud montem Pesulanum agunt. Cauaras.) Auinionenses. Leucata.) Nomen retinet. Salsusæ.) Nomen retinent, Nunc Salses. Ruscino.) Perpinan hodie, caput comitatus Rosilionis. Portus Veneris.) Cap de Creus hodie. Ceruaria.) Nunc Cobliure.

SCHOLIA CAPITIS VI.

Hispania maxima regio inter Africam & Galliam iacens, oceani freto & Pyrenæis montibus clauditur, nullis terris posthabenda frugũ copia, siue soli ubertatem, siue uinearũ prouentus respicere, siue arborarios uelis: omni materia affluit, quæcunq; aut precio chara esse posit, aut usu necessaria. Argentũ, gemmas & aurum habet, ferrarijs nunquam deficit, non cedit uitibus, uincit oleis, non coquunt ibi sales, sed effodiunt. Non uiolento sole torretur ut Africa, nec assiduis uentis ut Gallia fatigatur: salubritas cœli per omnem regionem æqualis, nulla paludum graui nebula inficitur, sed marina aura perflatur. Lini spartíq; in ea uis ingens, minij nulla terra feracior. Cursus amnium non rapidi ut noceant, sed lenes, & uineis campisq; irrigui, æstuarijsq; oceani affatim piscosi. In nulla re olim magis commendata quàm equorum pernicitate, quos ibi à uento concipi memoriæ proditum est. Tribus distincta est nominibus, scilicet Tarraconensis, Bætica, & Lusitania. Paucis tamen retroactis annis

Hiſpania. Cap. VI.

PYrenæus primò [b] hinc in Britannicum procurrit oceanũ, tum in terras fronte cõuerſus Hiſpaniã irrumpit, & minore eius parte ad dextram excluſa, trahit perpetua latera continuus, donec per omnem prouinciã longo limite immiſſus, in ea littora quæ occidenti ſunt aduerſa, perueniat. Ipſa Hiſpania, niſi quà Gallias tangit, pelago undiq; incincta eſt: ubi illis adhæret, maximè anguſta, paulatim ſe in noſtrũ mare & oceanum extendit, magis magisq; latior ad occidentem abit, ac fit ibi latiſsima. Viris, equis, ferro, plumbo, ære, argento, auroq; tam abundans et adeò fertilis, ut ſicubi ob penuriam aquarũ effœta, & ſui diſsimilis eſt, linum tamen aut [c] ſpartum alat. Tribus autẽ eſt diſtincta nominibus, parsq; eius [d] Tarraconenſis, pars Bætica, pars Luſitania uocatur. Tarraconenſis altero capite Gallias, altero Bæticam Luſitaniamq; contingens, mari latera obiecit noſtro, quà meridiem: quà ſeptentrionẽ ſpectat oceano. [e] Illas fluuius Anas ſeparat, & ideo Bætica maria utraq; proſpicit, ad occidentem [f] Atlanticũ, ad meridiem noſtrum. Luſitania oceano tantummodo obiecta eſt, ſed [g] latere ad ſeptentriones, fronte ad occaſum. Vrbium de mediterraneis in Tarraconenſi clariſsimæ fuerunt [h] Pallantia & Numantia, nunc eſt Cæſarauguſta. In Luſitania, Emerita: in Bætica, Aſtigi, Iſpalis, Corduba. At ſi littora legas, [i] à Ceruaria proxima eſt rupes, quæ in altum Pyrenæum extrudit: deín [k] Thicis flumen ad Rhodam, Clodianũ ad Emporia: tum mons Iouis, cuius partem occidenti aduerſam eminentia cautium, quæ inter exigua ſpacia ut gradus ſubinde conſurgunt, [l] Scalas Hannibalis appellant. Inde ad Tarraconem parua ſunt oppida, Blanda, Illuro, Betullo, Barchino, Subur, Tholobi. Parua flumina, Betullo iuxta Iouis mõtem, Rubricatũ in Barchinonis littore inter Subur & Tholobin maius. [m] Tarraco urbs eſt in his oris maritimarũ opulentiſsima: Tulcis eam modicus omnis ſuperat, [n] ingens Iberus deorſum annis Tarraconenſis tractus diuiſus eſt in quinq; Hiſpaniæ regna, ſcilicet Gallitiæ regnum, Nauarræ regnũ, Caſtiliæ ſeu Caſtellæ, & idem Legionis regnũ, atq; Cataloniæ & Arragoniæ regnũ. Bætica hodie eſt Granata, uocata Bætica à Bæti fluuio quo irrigatur. Luſitania uerò hodie nominatur Portugallia.

a ¶ Pyrenæus.) Hic mons diuidit Galliam ab Hiſpania, ut uidere poteris ſuprà in Mela capite tertio: et quidam eum ſic dictam putant à crebris fulminum ignibus, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, id eſt, ab igne. Diodorus libro 6. de hoc monte ſic ſcribit: Syluæ in Pyrenæo frequentes, iniecto à paſtoribus igne priſcis temporibus flagrauerũt. Silius à Pyrene puella Bebrycis filia, in Pyrenæo monte ab Hercule compreſſa, atq; à feris laniata & ibi ſepulta, Pyrenæum ſaltum dici autumat. b ¶ Hinc in Britannicũ.) Vide in Ptolemæo ſecũdam Europæ tabulam: hæc enim oſtendit quomodo Pyrenæus à mari mediterraneo procurrat ad mare Britannicũ, ubi terra Hiſpaniæ maximè anguſta eſt, in ora autem occidentali latiſsima.

c ¶ Spartum.) Aiunt iuncũ eſſe, qui ſua ſponte non ſatus in arido creſcit ſolo: & ſecundum Plinium materia hinc decerpitur unde nautici fiunt rudentes. d ¶ Tarraconenſis.) Sic dicta eſt hæc regio Hiſpaniæ à Tarracone urbe inſigni, quam Scipiones condidiſſe referuntur. Luſitania uerò ſecundum Plinium nomen accepit à Luſio Liberi patris. e ¶ Illas fluuius Anas.) Anas, inquit, fluuius ſeparat Bæticam à Luſitania & Tarraconenſi. f ¶ Atlanticum.) Sic mare uocatur occidentale, quod oram alluit Africæ & Hiſpaniæ, etiamſi ab ora Hiſpaniæ magis Gaditanum uocari debuerat. g ¶ Latere ad ſeptentriones.) Vbi ſcilicet noſtro æuo eſt regnum Gallitiæ, uel ut alij ſcribunt Galletiæ.

h ¶ Pallantia.) Annumerantur hodie iſtæ urbes Pallantia & Cæſarauguſta Caſtiliæ. Cæſarauguſtam corruptè uocant Sarragoſſam. Porrò in Luſitania hoc tempore Emerita non tenet principatum, ſed Lyſbona, quam & Vlyſbonam uocant. In Bætica uerò ſeu Granata primas tenet Iſpalis, quæ nunc Sibilia uocatur. i ¶ A Ceruaria.) Locus iſte maritimus eſt apud Pyrenæos iuxta mare mediterraneum, ubi rupes in altum protruditur mare. k ¶ Thicis flumen.) Hic fluuius erumpit ex Pyrenæo, nominaturq; ab alijs Sambroca, ſicut & Clodianum fluuium Plinius uocat Albam. l ¶ Scalas Hannibalis.) Turres putant eſſe, ſpeculas Hannibalis cognominatas. m ¶ Tarraco.) Ab hac clariſsima urbe, quæ ſita eſt in Catalonia, denominata fuit olim potior pars Hiſpaniæ: hodie uerò Barſalona ſeu Barcinona in ea regione principatum tenet. n ¶ Ingens Iberus.) Ab hoc fluuio Hiſpania Iberia eſt appellata. Hinc & Celtiberi, dictio compoſita ex Celta & Ibero.

Nam Celtæ populi Galliæ, cum relicta Gallia uenissent ad Iberum fluuium, ibiq; consedissent, dicti fuerũt Celtiberi. Est & alia Iberia in Asia maiori iuxta Caucasum montẽ, cuius habitatores ut quidam sentiũt, cum in Hispaniam uenissent, regioni nomen dederunt. o ¶ In duos sinus.) Prior horum sinuum uocatur Sucronensis, à Sucrone oppido & fluuio sic dictus. Alter uerò secundum Plinium & Melam Illicitanus appellatur, dirimente promõtorio Ferraria unum ab altero. p ¶ Saguntum.) Fuit illa ciuitas Romanis fidelissima, & ob id Hannibal diruit eam, etiam contra fœdus cum Romanis initum. q ¶ Alonem.) Hunc fluuium Ptolemæus appellat Alonam.

r ¶ Illicen.) Hinc dictus est Illicitanus sinus. s ¶ Terræ in altum eunt.) Hoc est, promontoriũ in altũ mare procurrit, quod Scombrariã nominant, à multitudine scombrorum piscium, qui in illo freto inueniuntur: unde & insula ad Carthaginem nouam spectans, à scombris Scõbria est nominata.

t ¶ Carthaginem.) Hæc urbs cõdita fuit ab Hasdrubale principe Carthaginis Africæ, qui post primum bellum Carthaginensibus à Romanis illatum, cœpit iterum suæ Punicæ gentis ampliare ditionem. Vocatur autem hæc Carthago noua, ad differentiam Carthaginis ueteris, quæ haud longè sita est à Tarracone & Barcinone, quam suprà Barsalonam à quibusdam uocari diximus.

u ¶ Abdera, Suel, Hexi.) Omnia ista oppida in Bætica seu Granata sunt, in littore scilicet maris. x ¶ Columnæ Herculis.) De his columnis uide suprà libro primo capite quinto. y ¶ In eoq; Carteia.) In illo, inquit, sinu est Carteia, à Græcis Tartessos appellata. Est autem in littore maris prope Gades insulã in ipsis freti angustijs, ubi et Mellaria est Pomponij Melæ patria.

rus deorsum attingit. Inde se in terras pelagus insinuat, & primũ magno impetu admissum, mox o in duos sinus promontorio, quod Ferrariam uocãt, finditur. prior Sucronensis dicitur: maior hic, & magno satis ore pelagus accipiẽs, & quo magis penetrat, angustior, Serabim & Duriam & Sucronem nõ magna excipit flumina. Vrbes cõplexus & alias quidem, sed notissimas Valentiam, & p Saguntum illam fide & ærumnis inclytã. Sequens Illicitanus q Alonem habet, & Lucentiam, & unde ei nomen est r Illicen. Hîc iam s terræ magis in altum eunt, latioremq; quàm fuerat Hispaniam faciũt. Verùm ab ijs quæ dicta sunt ad principia Bæticæ, præter t Carthaginẽ quam dux Pœnorũ Hasdrubal cõdidit, nihil referendũ est. In illis oris ignobilia sunt oppida, & quorũ mentio tantum ad ordinem pertinet. Virgi in sinu, quem Virgitanum uocãt. Extrà u Abdera, Suel, Hexi, Menoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Berbesul. Aperit deinde angustissimũ pelagus, & proxima inter se Europę atq; Africæ littora mõtes efficiũt, ut initio diximus, x columnæ Herculis Abyla & Calpe: uterq; quidem, sed Calpe magis & penè totus in mare prominens. Is mirum in modum cõcauus, ab ea parte qua spectat occasum, medium ferè latus aperit, atq; inde ingressus, totus admodum peruius. Propè quantũ patet sinus, & specus ultrà est: y in eoq; Carteia (ut quidam putant) aliquando Tartessos, & quã transuecti ex Africa Phœnices habitant: atque unde nos sumus cingente freto Mellaria, & Bello, & Besippo, usq; ad Iunonis promontoriũ oram freti occupat. Illud iam in occidentem & oceanum obliquo iugo excurrens, atque ei quod in Africa Ampelusiã esse dixeramus aduersum, quà nostra maria sunt, finit Europen.

Extremam uerò oram ingredientis freti tenet Iunonis promontorium, quod Ptolemæus uocat Iunonis templũ. De Ampelusia habes suprà libro primo capite quinto.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. VI. SCHOLIA.

Pyrenæus hinc.) Hoc est, ex capite Veneris in Britannicum oceanum excurrit, id est, mare oceanum fontis Rabiæ. Tum in terras fronte conuersus Hispaniã irrumpit.) Nam duo maxima ramenta ex Pyrenæo irrumpunt: alterum uocatur Idubeda mons, alterũ Oropeda. In ea littora, quæ occidenti sunt aduersa.) Nam Idubeda usque ad Portugalliam protenditur. Varia sortitur nomina ex gentibus iuxtà habitantibus. In primis uocatur La Sterra Datienca, deinde Sumo Sierra, tum El puerto de la Tablada, postea La palomera dauila, hinc El puerto del Colmenar, & El puerto del Pico, deinde El puerto de Tornauacas. Hinc procurrunt usq; ad mare occidentale in Portugallia, & Frominens mons uocatur El monte de la strella. Nisi quà Gallias tangit.) Indicat totum tractum Pyrenæi à promontorio Veneris, quod est Cap de Creus usq; ad fontem Rabiam. Pelago.) A meridie mari nostro, à Septentrione mari Britannico. Vbi illis adhæret.) Illis, uidelicet Gallijs.

Maximè angusta.) Hæc uidebis in plano, & in globo. Magis magisq; latior ad occidentem abit.) Præcipuè in medio à capite Finis terræ usq; ad Carthaginem nouam. Tribus distincta nominibus.) Diuiditur Hispania

ſpania in Hiſpaniam Tarraconenſem, Bæticam & Luſitaniam. Tarraconenſis altero capite Gallias.) Gallias ex parte Pyrenæorum. Bæticam.) Verſus Caridemum promontorium, nunc dictum Cabo de Carbonero. Luſitaniamq; contingens.) Prope Guadalupe, uſq; ad Doriam fluuium. Illas.) Videlicet Luſitaniam & Bæticam. Ana.) Legendum iſto modo, & non Anas. Vulgò dicitur Guadiana, uocabulo Saracenico, nam Gua lingua Arabica ſonat aquam. Fluuius iſte diuidit Bæticam à Luſitania. Et ideo Bætica maria utraque.) Id eſt, noſtrum & Oceanum. Noſtrum à freto uſque ad Caridemum promontorium, quod eſt Caput de Gata, Oceanum à freto uſq; ad Anam. Fronte.) Videlicet Cabo de ſant Vicente. Pallantia.) Nunc Palentia. Numantia.) Nunc Soria. Cæſarauguſta.) Nomen retinet, in regno Aragonum. Emerita.) Nunc Merida la grande. Aſtigi.) Nunc Ecija. Hiſpalis.) Nunc Seuilla. Corduba.) Nomen retinet. Rhoda.) Nomen retinet. Emporia.) Nunc Ampuries. Mons Iouis.) Nunc Moniui. Scalas Annibalis.) Nunc Les coſtes de Garraf. Blanda.) Nunc Blanes. Betullo.) Nunc Beſon. Barchino.) Nunc Barcelona. Subur.) Siges hodie. Rubricatũ.) Nunc Lobregat. Tarraco.) Nunc Tarragona. Iberus.) Nunc Ebro. Ferrariam.) Nunc El Cabo de Martin. Duriam.) Turiam legendum eſt, nunc eſt Guada Lauiar. Sucronem.) Nunc eſt Xucar. Valentiam.) Nomen retinet. Saguntum.) Nunc Moruedre. Illicitanus ſinus.) Nunc dicitur de Alacant. Lucentiam.) Nunc Lugent. Illicen.) Nunc Alacant. Carthaginem.) Nunc Cartagena. Virgi.) Nunc Almeria. Suel.) Chipiona. Menoba.) Nunc Velez Malaga. Malaca.) Nomen retinet. Salduba.) Nunc Vbeda. Carteia.) Nunc Cartaia. Mellaria & Bello.) Tariffa, Mellaria nõ extat. Iunonis promontorium.) Sancta Maria, aut El puerto de Sancta Maria.

Mediterranei maris inſulæ. Cap. VII.

GAdes inſula, quæ egreſsis fretum obuia eſt, admonet antè reliquas dicere quàm in oceani littora terrarũq; circuitum, ut initio promiſimus, oratio excedat. Paucæ ſunt in Mæotide (inde enim uidetur cõmodiſsimum incipere) neq; omnes tamen incoluntur, nam nec pabula quidem largè ferunt.[a] Hac re habitantibus caro magnorũ piſcium ſole ſiccata, & in puluerem uſq; contuſa, pro farre eſt. Paucæ & in ponto.[b] Leuce Borysthenis oſtio obiecta, parua admodũ, et quòd ibi Achilles ſitus eſt, Achillea cognomine. Nõ longè accolitur Aria, quæ Marti ſacrata, ut fabulis tradit, tulit aues cum ſumma clade aduenientium, pennas quaſi tela iaculatas. Sex ſunt inter Iſtri oſtia, ex his [c] Peuce notiſsima & maxima. Thynnias Mariandynorum finibus proxima: urbem habet, quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant. Contra Thracium Boſphorum duæ paruæ, paruoq; diſtantes ſpacio, & aliquando creditæ dictæq; cõcurrere, & [d] Cyaneæ uocantur, & Symplegades. In Propontide tantũ [e] Proconneſos habitatur. Extra Helleſpontũ, earum quæ Aſiaticis regionibus adiacent, clariſsimæ ſunt [f] Tenedos, Sigæis aduerſa litto-

SCHOLIA CAP. VII.

Deſcriptis omnibus mediterranei maris atq; ſinuum eius littoribus, oppidis, fluuijs, & adiacentibus regionibus, præſertim quæ celebrem aliquam habent memoriam, ingreditur nunc Mela mare ipſum, & obuias quaſq; inſulas, magnas & paruas, potiſsimum quæ eo tempore fuerũt habitatæ, aut propter euentum aliquem celebratæ, ſuo more, hoc eſt, pulchro ordine, compendiò & eloquenter deſcribit, initio facto nõ apud Gades, cum hæc extra fretum in oceano ſit, ut prius, ſed in Mæotica palude apud Tanais oſtia. a ¶ Hac re habitantib.) Qui, inquit, inhabitant inſulas ſteriles & quæ nulla proferunt pabula, hi carnes magnorũ piſcium ſiccatas contundunt & propane utũtur: unde & græco uocabulo Ichthyophagi appellantur. Horũ quidam uſq; adeò deſtituũtur omni arbore, ut domicilia ſua cogantur ex oſsibus cetorũ & oſtreorũ conchis magna ex parte extruere: nam trabium & fulcrorũ uſum coſtæ præſtant, & portas maxillæ. b ¶Leuce.) Hæc inſula & Achillea ab Achillis tumulo nominatur, cuius Mela paulò ſuprà capite 1. lib. 2. quoq; meminit. Porrò Aria græcè uocatur Ἄρεος νῆσος, id eſt, Martis inſula, cui ſcilicet ſacra fuit: deinde Chalcitis dicta eſt, de qua ſcribit Plí. lib. 10. ca. 29. aſſerens nullã eam eam præteruolare auem. c ¶Peuce.) Ab hac inſula unũ Iſtri oſtium, cui obiecta eſt, nomen accepit. Thynnias uerò eſt in finibus Mariandynorũ, quorum regio eſt Bithyniæ contermina, ubi Hercules ſecundum quoſdam Cerberũ canem tricipitem deuicit, quem ferunt uirus euomuiſſe, eamq; regionem infeciſſe. Cæterũ iam memorata inſula à quibuſdam quoq; Bithyſſa nominatur. d ¶Cyaneæ.) Duo ſunt ſcopuli in Boſphoro Thracio ſiti, alio nomine Symplegades dicti, quòd inter ſe aliquando cõcurriſſe fabulis tradantur. Diſtare ferũtur ab Europa mille quingentis paſsibus. Vide Plinĩ lib. 4. cap. 13. e ¶Proconneſos.) Hæc inter multas Propontidis inſulas ſola habitatur. f ¶Tenedos.) Habet locum hæc inſula in mari Aegæo inter Mitylenen & Hel-

lesponti prope Sigæum, & prius appellata fuit Leucophrys: sed cũ in eam nauigasset ex Troade Tenes Cyeni filius cum nouis colonis, condita urbe, ex se Tenedon uocauit. Situm eius exhibet tibi tabula Græciæ quam adiecimus Solino cap. 15. g ¶Et quo dicentur ordine.) Reliquæ, inquit, insulæ clarissimæ, de quibus ordine dicetur, expositæ ad promontoriũ Tauri, hoc est, Asiæ minoris adiacentes littoribus (ad hæc enim mittit Taurus ramos, potissimũ in Lycia) sunt Lesbos, Chios, Samos &c. quæ à quibusdam uocantur μακάρων, id est, beatorum, à rerũ copia, uel quòd Macar & eius successores eis præfuerint. h ¶In Troade Lesbos.) Hoc est, iuxta Troaden, haud procul à Tenedo est insula clarissima Lesbos, cuius ambitus stadiorũ centũ supra mille à Borea in Austrũ signatur. Ferax est ager eius, abundatq; materia idonea ad conficiendas naues. Vrbes in ea fuere memoratu dignæ, Mitylenæ, quo nomine & insula ipsa plerunq; appellatur, Pyrrha, Eressus, Methymna &c. i ¶Chios.) Hæc insula adiacet Ioniæ littoribus, inter Lesbum scilicet & Samum. Est autem Samus meridionalior Chio, ferè è regione Ephesinæ urbis. Est proinde & alia Samus iuxta oram Thraciæ sita, quæ & plerunq; Samothracia nominatur, de qua hic Mela non scribit. Porrò Cos, quam Ptolemæus uocat Coam, & alij Coon & Coum, nõ procul distat ab Halicarnasso, Cariæ scilicet adiacens oræ, cuius ambitus describitur esse quingentorũ & quinquaginta stadiorũ. Est tota fertilis & optimo abundans uino. Hinc nati fuerunt Hippocrates medicus, & Apelles pictor insignis. Est & alia insula iuxta Euboeam, quam quidam Ceam, alij Ciam, & rursum alij Ceum uocant, cuius Solinus meminit cap. 12. k ¶In Lycia Rhodos.) De hac insula & Colosso eius multa scripsimus in Solino cap. 21. l ¶Chelidoniæ.) Meminit & Ptolemæus harum insularum, ponitq; eas inter Rhodum & Cyprum iuxta confinium Pamphyliæ & Lyciæ. m ¶In sinu.) Hic est sinus Issicus maris mediterranei, alluens oram Syriæ & Ciliciæ, cuius Mela suprà mentionem facit libro primo capite 13. In huius sinus medio enatat Cyprus insula miræ fertilitatis, nobilis smaragdo, crystallo, adamante & alumine, quam Plinius scribit aliquando continenti fuisse annexam. Metropolis eius est Nicosia, regum Cypri sedes. Est & alia nõ minoris famæ urbs, quam Famagusciam uocant, ubi hodie plures quàm ter mille milites excubias contra Turcam continuò agere dicuntur. Anno Christi 1473. Veneti hanc insulam hoc pacto in suam redegere potestatem. Cum destitueretur Cyprus legitima & regia uirilis feminis prole, & solum supereset Iacobus regis Cypri illegitimus filius, is pro firmitate regni seruandi duxit uxorem filiam cuiusdam ciuis Veneti, quam senatus in filiam adoptauerat, præsertim cum Ludouicus dominus Sabaudiæ uxorem haberet, quæ legitima proles fuit ultimi regis Cypri, & propterea pro regno illo contendebat, sed frustra, quia Veneti auxilio Soldani illum à regni limitibus arcebant. Cumq; memorati Iacobi uxor imprægnata esset, ipse autem ante editum partum moreretur, cõmendauit uxorem & filium posthumum senatui Veneto. Sed filio posthumo paulò pòst morte quoq; extincto, regnũ peruenit in manus Venetorũ, quod & usq; in hunc diem possident. n ¶Salamis.) Hæc urbs celebratur à gentilibus scriptoribus propter templum Iouis, qui in ea urbe olim colebatur, & ab ea Salamonius Iupiter dictus fuit: sicut & Palæpaphos ob Veneris fanum magni olim extitit nominis. Hinc & Cyprigenia Venus est uocata, quòd illic è mari egressa putetur, nata ex spuma testiculorum Cœli, quos falce illi deo Saturnus resecuit: qua fabula poëtæ Cypri uoluerunt exprimere fertilitatem, & fœminarum in ea luxum. o ¶Arados.) De hac insula Plinius lib. 5. cap. 31. sic scribit: Ante Ioppe est Paria, tota oppidum, in qua obiectam belluæ Andromedam ferunt, & iam dicta Arados. Hanc Ptolemæus Aradũ appellat, & fieri potest quòd Arados, cuius hic meminit Mela, paulò septentrionalior sit: dicit eam paruam esse & totam ædificijs occupatam, & quibusuis appellentibus licitum sedem & mansionem locare sub aliena tecta. p ¶Canopos.) Celebris est hæc insula ob sepulturam Canobi rectoris nauis,

salittoribus, g & quo dicent ordine, ad promontoriũ Tauri montis expositæ: quas quidam dicí putauere μακάρων, siue quòd fortunati admodum cœlí solíq; sunt, siue quòd eas suo suorũq; regno Macar occupauerat. h In Troade Lesbos, & in ea quinq; olim oppida, Antissa, Pyrrha, Eressos, Ciraua, Mitylene. In Ionia i Chios & Samos: in Caria Cos: k in Lycia Rhodos: in illis singulę sunt ĩsdem nominib. urbes. In Rhodo tres quondam erant, Lindos, Camiros, Ialysos. Quæ cõtra Tauri promontoriũ importunæ nauigantibus obiacent, l Chelidoniæ nominant. m In sinu quem maximũ Asia recipit, propè media Cyprus, ad ortũ occasumq; se immittens, recto iugo inter Ciliciam Syriasq; porrigitur ingens, ut quæ aliquando nouem regna cepit, & nunc aliquot urbes ferat, quarum clarissimæ n Salamis & Paphos, & (quò primũ ex mari Venerem egressam accolæ affirmant) Palæpaphos. o Arados etiam in Phœnice est parua, & quantum patet tota oppidum: frequens tamen, quia etiam subter aliena tecta sedem ponere licet. Parua & p Canopos, Nili ostio, quod Cano-

Canopicum uocant, obuia est. Menelai guber nator Canobus ibi fortè moriens nomen insu læ, illa ostio dedit. [q] Pharos Alexandriæ nunc ponte coniungitur, olim, ut Homerico carmi mine proditum est, ab eisdem oris cursu diei to tius abducta: & si ita res fuit, uideri potest con iectantibus in tantũ mutatæ causas Nilum præ buisse, dum limum subinde, & præcipuè cum exundaret, littori annectens, auget terras, spa tiumq; augescentiũ in uicina uada promouet. In Africa contra maiorem Syrtim [r] Cuteletos: contra minoris promontoria Menínx & Cer cinna: contra Carthaginis sinum Tarichiæ & Aegates, Romana clade memorabiles. Plures Europę littorib. sunt appositæ. In Aegæo ma ri prope Thraciam [s] Thasos, Imbros, [t] Samo thrace, [u] Scandille, Polyægos, Scyathos, Halo nesos, & quam aliquando, omnibus qui mares erant cæsis, tantũ fœminæ tenuisse dicunt, A tho monti Lemnos aduersa. [x] Pagasæus sinus Scyathon prospicit, Cicynetõ amplectit. [y] Eu bœa ad meridiem promontoriũ Geræston & Caphareum, ad septentrionẽ Cœneum extru dit, & nusquam lata: duũm millium spatiũ ha bet ubi arctissima est: cæterũ longa, totiq; Bœo tiæ apposita angusto freto distat à littore. Euri pon uocant rapidũ mare, & alterno cursu sep ties die ac septies nocte fluctibus inuicem uer sis, adeò immodicè fluens, ut uentos etiam ac plenis uelis nauigia frustretur. Aliquot in ea sunt oppida, Hestiæa, Eretria, Pyrrha, Nesos, Oechalia: uerùm opulentissimæ [z] Carystos & Chalcis. In Attide [a] Helene est nota stupro He lenæ, & Salamis excidio classis Persicę notior. Circa Peloponneson etiam nunc in Aegæo [b] Phitiusa, & Aegina Epidaurico littori proxi ma, [c] Trœzenio Calauria inter ignobiles, aliàs leto

nauis, qui tempestate maris iactatus, cum Græciã peteret & Menelai classem gubernaret, ibi mortuus & sepultus, nomen insulæ & Nili ostio reliquit. Meminit & Solinus cap. 44. huius sepulturæ & ostij.

q ¶ *Pharos.)* Insula ista est in mari contra Aegyptum, distabatq; olim à continenti diei unius nauigatione, sed nunc dicitur ponte Alexandriæ iuncta. In ea fuit turris ingẽs in petra posita, nocturnis ignibus cursum nauiũ regens, quemadmodum Solinus scribit cap. 45. in fine. Nomen insulæ datum est à nauclero Menelai ibi sepulto. Sed quomodo potuit insula lõgissimè à continenti sita, continenti cõiungi? Respondet Mela, Nilũ præbuisse causas mutatæ in tantum insulæ, dum terra Aegypti ex aggesto limo limitẽ suum ampliauit, et porrectior in mare euasit, ut ferè ora eius memoratã attigerit insulam. *r* ¶ *Cuteletos.)* Præter Melam nullus autor huius meminit insulæ aut nominis eius. Menigis mentionẽ facit Strabo & Plinius, ut in Solino indicauimus cap. 40. sub litera u. De Tarichia & Aegathe Valerius Maximus scribit.

● ¶ *Thasos.)* Digressus Mela ab Hellesponti faucibus, littora Asiatica atq; Africa pernauigatus, tandẽ redit ad easdem fauces, & littora Europæ lustrans, quæcunq; occurrentes diligenter cõsignat insulas. Inter illas uerò primam signat Thasum, quæ reliquas uitibus atq; nucibus antecedit.

t ¶ *Samothrace.)* Hæc insula Iunoni sacra fuit, quòd in ea nata, educata & Ioui nupta fuerit. Vide in Solino cap. 21.

u ¶ *Scandille.)* Plinius istam insulam uocat Scadiram. De Lemno, quam mulieres aliquando cæsis uiris tenuerunt, plura scripsimus in Solino ca. 21. sub litera d.

x ¶ *Pagasæus.)* Hic sinus alluit Thessaliam, sic dictus à Pagasa oppido, quod postea Demetrias dictum fuit. Est in eodem si-

nu Cicynetos insula. *y* ¶ *Euboea.)* Hæc insula olim continenti, nempe Bœotiæ iuncta dicitur, deinde modico auulsa est euripo, ut pons transitum præbeat Bœotis in Euboeam. De hac insula & promontorijs eius inuentes multa & proprium caput in Solino, capite scilicet 19. *z* ¶ *Carystos.)* Prædicatur hæc insula ob uarium marmor quod in ea inuenitur. Scribit quoque Strabo, iuxta eam nasci lapidem quem pectunt, nent & texunt, unde mantilia conficiantur egregiè contexta: ea ubi sordescunt, in flammam proiecta non secus emundantur, quàm si maculas elueris. *a* ¶ *Helene.)* Hæc insula sic dicta est, quod Paris in ea raptæ Helenæ primùm stuprum intulerit. Salamis uerò quæ & Salamina, in eodem mari & iuxta oram Atticæ sita & inter Cyclades computata, celebris est apud autores, præsertim apud Iustinum libro secundo qui scribit de clade ibi facta. *b* ¶ *Phitiusa.)* Hæc secundum Plinium in Argolica est ora. Aegina uerò Pyræo Athenienſium portui propinqua est, distans scilicet ab eo duodecim mill. pass. Mela uerò hic scribit eam Epidaurico littori proximã. Est autẽ Epidaurus in Peloponneso, in ora scilicet Saronici sinus, clara Aesculapij templo. *c* ¶ *Trœzenio.)* Subaudiendum, proxima est Calauria. Est autẽ Trœzeniũ & Trœzene oppidũ Peloponnesi in sinu Argolico situm, cõtra quod in mari ponitur Calauria, ubi Demosthenes orator ab Antipatro Alexandri successore in exi

leto Demosthenis nobilis,[d] In Myrtoo Cythera, contra Maleam emissa: &[e] Theganusa, contra Acritam. [f] In Ionio Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium, & inter non ignobiles Vlyssis nomine Ithaca maximè illustris. In Epiro [g] Echinades, & Strophades, olim Plotæ. Cõtra Ambraciũ sinũ Leucadia, & uicina Adriatico mari [h] Corcyra: hæ Thracũ Graiorũq; terris obiacent. [i] At interius Melos, Olearos, Aegina, Cathon, Ios, Thera, Gyaros, Hippuris, Donyssa, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaria, Nisyros, Lebynthos, Calydnę, Asinæ: hæ quia dispersæ sunt, Sporades. Ab eis Sicynus, Hypanos, Cythnos, Siphnos, [k] Seriphos, [l] Rhene, Paros, [m] Scyros, [n] Tenos, [o] Myconos, Naxos, [p] Delos, [q] Andros, quia in orbem iacent, Cyclades dictę sunt. Super eas iam in medio mari ingens, & centum quondam urbibus habitata [r] Crete, ad orientem promontorium Samoniũ, ad occidentem χρυσὸν μέτωπον immittit: nisi maior esset, Cypro similis, multis famigerata fabulis, [s] aduentu Europæ, Pasiphaës & Ariadnæ amoribus, Minotauri feritate fatoq;

lium trusus, hausto ueneno interijt.

d ¶*In Myrtoo.*) *De Myrtoo mari scripsimus in Solino cap. 12. sub litera f. Habes ibidem de Malea sub litera b. A Malea aũt promontorio distat Cythera insula quinq; mill. pass. in quam primũ Venus delata putatur, unde Venus Citherea dicta est.*

e ¶*Theganusa.*) *Locũ habet hæc insula haud procul à Messeniorũ cornu quod Acritam uocãt, cuius suprà cap. 4. in hoc libro fit mentio.* *f* ¶*In Ionio.*) *Ad occasum scilicet Peloponnesi. De his uide Plinium cap. 12. libri 4. Meminit & Ptol. quarundã tabula decima Europæ, præsertim Zacynthi, Strophadum, Ithacæ, Cephaleniæ &c. Hyria & Zacynthus autore Plinio una sunt insula. Autore uerò Homero, Neritos mons est in Ithaca, quæ patria fuit Vlyssis, etiamsi magis Dulychius cognominetur, eò quòd ea insula ipsi paruerit.* *g* ¶*Echinades.*) *Ptolemæus ponit has tres insulas, Cephaleniam, Ithacam & Echinaden simul in sinu Ambracio. De Leucadia peninsula suprà quoq; dictum est cap. 3.* *h* ¶*Corcyra.*) *Hanc insulam hodie uocant Corfunum, & est sub dominio Venetorum. Hinc rectà nauigatur ad Cephaleniam, quam nostro æuo uocant Sassloniam.* *i* ¶ *At interius Melos.*) *Recedendo, inquit, à littoribus quibus adiacent insulæ, in altum mare, quod est inter Græciam & littus Asiaticum, occurrunt plures insulæ, quæ Sporades ob earum dispersionem uocantur: & Cyclades, quòd circa Delon in orbem sitæ sint. De Melo habes in Solino cap. 21. Sita est æquali interuallo inter Cretam Peloponnesumq;. De Aegina antè dictum est. Ios clara est, quòd in ea sepultus fuerit Homerus iubente oraculo. Ab ea distat Thera 25. millibus passuum, in qua est Eleusis ciuitas. Nisyros uerò non longè abest à Co, crescuntq; in ea optima uina. De his & omnibus Cycladibus insulis nonnihil scripsimus in Solino cap. 17. & cap. 20. Item capite 21. habes de Melo, Mycono, Siphno, & alijs quibusdam insulis. Quomodo uerò multarum nomina hodie sint mutata, habes capite 20. in fine. Notandum præterea quòd omnes istæ insulæ olim cultoribus fuerunt uacuæ, donec Minoë Iouis & Europæ filius multis ex Creta ductis colonis, eas frequentiores reddidit: de qua re uide Diodorum Siculum lib. 6. in fine. Et nos quoq; in Solino cap. 20. huius rei meminimus.* *k* ¶ *Seriphos.*) *Hinc dicuntur Seriphiæ ranæ, quæ in ea insula non coaxant: à quibus adagium ortum est, Rana Seriphia: dicturq; in eos qui muti & taciturni sunt.* *l* ¶ *Rhene.*) *Scribit Thucydides lib. 4. hanc insulam olim fuisse defertam, & Delios in eam intulisse defunctos suos. De Paro & Pario lapide diximus in Solino capite uigesimo.* *m* ¶*Scyros.*) *Hæc insula est contra Magnesiam in mari Aegæo, una ex Cycladibus, Lycomedis regis patria, & ubi Achilles puellari habitu educatus est. Patet, teste Plinio, longitudine 25. millia passuum.* *n* ¶*Tenos.*) *Hanc Aristoteles propter aquarum abundantiam uocat Hydrusam, alij Ophiusam, quasi serpentariam, ob multitudinem serpentium in ea existentium.* *o* ¶ *Myconos.*) *Dicitur & Mycone, quæ insula, ut Seruius scribit, diu terræmotu laborauit. Naxos uerò insula etiam una ex Cycladibus, antè Strongyle dicta fuit, & postea Dia. Verùm cum Cares ex Lamia profecti duce Naxo eam occupassent, Naxon eam appellarunt. Insignis est ob uinearum fertilitatem.* *p* ¶*Delos.*) *Hæc insula Pyrapile dicta est, ab igne ibi primùm reperto: à quibusdam Cynthia, ab alijs Asteria, ab alijs Cynetum. Sed in primis Ortygia, quoniam in ea primùm coturnices repertæ sunt, quas Græci ortygas uocant: de qua re uide Solinum capite decimooctauo.* *q* ¶*Andros.*) *Est Andros insula uicina Samo, cuius suprà à principio huius capitis meminimus sub litera l.* *r* ¶*Crete.*) *De hac insula habes proprium caput in Solino, nempe caput decimũsextum. Cæterum promontorium Samonium, est quod opponitur Rhodo, & χρυσὸν μέτωπον respicit Cyrenas.* *s* ¶*Aduentu Europæ.*) *Fabulam de Europa tauro aducta, conscribit Ouidius libro primo Metamorph. Item Pasiphaë dicitur fuisse filia Solis, & uxor Minois regis Cretæ, quam in fabulis ferunt ex tauro genuisse Minotaurũ, qui partim hominis effigiem habebat, partim tauri. Ariadnæ uerò amores describit Catullus.*

t ¶*Dædali*

toq́, [t]Dædali operibus & fuga, tum [u]ſtatione atq; morte: maximè tamen eo, quòd ibi ſepulti Iouis penè clarum ueſtigium ſepulchrum eſt, cui nomen eius inſculptum eſſe accolæ oſtendunt. Vrbiũ notiſsimę, Gnoſos, Gortyna, Lyctos, Lycaſtos, Holopyxos, Phæſtos, Cydon, Manethuſa, Dictynna. Inter colles, quòd ibi nutritũ Iouem accepimus, [x]fama Idæi montis excellit. Iuxtà eſt [y]Aſticla, Naumachos, Zephyre, Criſe, Gaudos, & quas Muſagoros numero tres, uno tamen uocabulo appellant, atq; unde Carpathio mari cognomen eſt [z]Carpathos. [a]In Adria Abſoros, Celaduſe, Abſyrtis, Iſſa, Trucones, Hydria, [b]Electrides, nigra Corcyra, Tragurium, [c]Diomedia, Aeſtria, Aſine, atque ut Alexandriæ, ita Brunduſio adiacens [d]Pharos. [e]Sicilia (ut ferunt) aliquando continens, & agro Brutio annexa, poſt freto maris Siculi abſciſſa eſt. [f]Id anguſtũ & anceps alterno curſu modò in Thuſcũ, modò in Ioniũ pelagus perfluit, atrox, ſæuũ, & Scyllæ [g]Charybdiſq; ſæuis nominibus inclytum. Scylla ſaxum eſt, Charybdis mare, utrũq; noxium appulſis. Ipſa ingens, & tribus promontoriis in diuerſa procurrens, græcæ literæ imaginẽ [h]quæ delta dicitur, efficit. Pachynum uocatur quod Græciam ſpectat: Lilybæum, quod in Africã: [i]Pelorum, quod in Italiam uergens Scyllæ aduerſum eſt. cauſa nominis Pelorus gubernator ab Hannibale ibidem conditus, quẽ idem uir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti uidebantur continua eſſe littora,

t ¶ *Dædali operibus.)* Dædalus iſte faber egregius Athenienſis, Icari pater, fuit accuſatus quòd Perdiccam ſororis filiũ interemiſſet, unde iudicij metu in Cretam fugit, & ibi Labyrinthum fabricauit, ubi Minotaurus includeretur: de quo Ouidius libro ſecundo de Arte amandi. *u* ¶ *Statione.)* Creta celebratur à poëtis, quòd Iupiter Saturni & Rheæ filius, in ea nutritus & aliquandiu commoratus, mortuus & ſepultus fuerit. Fuit autem ſepultus in Gnoſo primaria Cretæ urbe. Hunc ferunt apium melle paſtum, quod hominẽ illum eloquentia præditum fuiſſe ſignificat, unde dei nomen etiam inter iniqua facta cõſecutus eſt.

x ¶ *Idæi montis.)* Eſt mons Idæus, teſte Strabone, Cretenſium celſißimus, quaqueuerſum circuitum habens ſtadiorũ ſexcentorum, cinctus inſtar coronæ præſtantißimis oppidis. Præter cæteros hic mons, ut ſcribit Solinus capite decimoſexto, ante ſolis ortum ſolem uidet. Ab hoc monte Ida quidam gentilium ignari Hebraicarum rerum putant Iudæos dictos tanquam Idæos, ſed craſſior eſt error quàm ut hic refellatur. *y* ¶ *Aſticla.)* Nemo præter Pomponium meminit huius inſulæ, unde quidam putant eam eſſe quam alij uocant Aſtypaleam, de qua Ouidius lib. 2. de Arte: Cunctaq; piſcoſis Aſtypalea undis.

z ¶ *Carpathos.)* Hæc inſula ponitur contra Aegyptum, media ſcilicet inter Rhodum & Cretam, ducentorũ ſtadiorum circuitũ habens, quatuor inſignis urbibus, à qua uicinum mare ad Aegyptum uergens Carpathiũ dictum eſt. *a* ¶ *In Adria.)* In Adriatico mari plures inueniuntur inſulæ, autoribus tum Mela, tum Plinio, Strabone & Ptolemæo. Numerat eas Mela incipiens ab Abſoro quæ uicinior eſt Venetis, Illyrico adhærens littori, in qua ſecundum Ptolemæum duæ ſunt ciuitates: deinde ponit Curictam, Scardonam, Iſſam &c. Moderna nomina omnia ferè ab antiquis diſcrepant. *b* ¶ *Electrides.)* Hanc ſic aiunt uocatam ab electro, id eſt, ſuccino, quod Græci putauerunt, ſed falſo, in ea inueniri: de qua re plura ſcripſimus in Solino cap. 33. *c* ¶ *Diomedia.)* Ptolemæus deſcribit quinq; Diomedæas inſulas haud longè ab Apuliæ littoribus ſitas: nomen accepiſſe referuntur à Diomedis ſepulchro. *d* ¶ *Pharos.)* Hæc alia eſt inſula ab ea Pharo quæ Aegypto ponte eſt coniuncta, de qua ſuprà poſt principium huius capitis diximus. *e* ¶ *Sicilia.)* Huius inſulæ deſcriptionem & picturam exhibuimus tibi ſuprà capite quarto huius libri. Habes & proprium caput, nempe undecimum, de Sicilia & monte Aetna in Solino. Item liber quartus Iuſtini nihil ferè aliud tractat quàm Siciliæ deſcriptionem. *f* ¶ *Id anguſtum.)* Scribunt autores fretum illud intermediũ mille duntaxat & quingentis paſsibus patère in latum, & tamen undarum inter ſe concurrentiũ tanta eſt pugna, ut alias ueluti terga dantes uorticibus mergi ac in imũ deſidere, alias quaſi uictrices in ſublime ferri uideas: nunc hic fremitũ feruentis æſtus, nunc illic gemitũ in uoragine deſidentis exaudias. Hinc fabulæ Scyllam & Charybdim peperere, hinc latratus auditos, hinc monſtri credita ſimulacra, dum nauigantes magnis uorticibus pelagi deſidentis exterriti, latrare putãt undas quas ſorbentis æſtus uorago collidit. Hæc Iuſtinus. *g* ¶ *Charybdis.)* Eſt Charybdis mare uorticoſum & inquietũ ob rupium præcipites anfractus, per quod nõ ſine magno periculo patet tranſitus. *h* ¶ *Quæ Delta dicitur.)* Hinc Trinacriæ nomen ab antiquis accepit. *i* ¶ *Pelorũ.)* Hannibal fugiens ex Africa, cum ad has anguſtias ſæuientis pelagi deueniſſet, & proditũ ſe putaſſet, Pelorũ gubernatorẽ nauis occidit & tumulauit, à quo huic promõtorio re

littora, & nõ peruium pelagus, proditum se arbitratus, occiderat. Ab eo ad Pachynũ ora quæ extenditur Ionium mare attingens, hæc fert illustria: [k]Messanam, Tauromínium, Catínam, Megarida, Syracusas, & in ijs mirabilem Arethusam. Fons est in quo uisuntur iacta in Alpheum amnem, ut diximus, Peloponnesiaco littori infusum: unde ille creditur non se consociare pelago, sed subter maria terrasq; depressus huc agere alueũ, atq; hic se rursus extollere. Inter Pachynũ & Lilybæum [l]Acragas est, Heraclea, & Thermæ. Inter Lilybæum & Pelorida, Panormus & Hymera. Interius uerò [m]Leontini, Centuripinum, Hybla, aliæq; complures. Famam habet ob Cereris templum Enna præcipua. [n]Montium Eryx maximè memorat̃ ob delubrum Veneris ab Aenea conditum: & Aetna, quæ Cyclopas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat. De amnibus [o]Hymera referendus, quia in media admodum ortus, in diuersa decurrit, scindensq; eam utrinq;, alio ore in Libycum, alio in Thuscũ mare deuenit. Circa Siciliam in Siculo freto est [p]Aeæe, quã Calypso habitasse dicitur. Africam uersus Gaulos, [q]Melita, Cosura: propius Italiam Galata, & illæ Septem, quas [r]Aeoli appellãt, Osteodes, Lipara, Didyme, Phœnicusa, Ericusa, Hiera, & Strongyle, ut Aetna perpetuo flagrãt igne. At [s]Pithecusa, Leucothea, Venaria, Sinonia, Capreæ, Prochyta, Pontiæ, Pandataria, Phytonia, Palmaria, Italico lateri citra Tyberina ostia obiacent. Vltrà aliquot sunt paruæ, Dianiũ, Iginiũ, Carbania, Vrgo, Ilua, Capraria. Duæ grandes fretoq; diuisæ Hetrusco, quarũ [t]Corsica littori propior inter latera tenuis & longa, præterquã ubi

lictum est nomen: non enim credidit diuisas inter se Italiã Siciliamq; tam paruo spacio, antequam uenisset & uidisset transitum patêre per fretum illud. k ¶*Messana.*) *Meminit et Solinus memorato capite Messanæ, Catinæ, Syracusæ &c. Habes quoq; ibidem à principio in scholijs de fonte Arethusa. De amne Alpheo scripsimus suprà cap. 3. huius libri parũ ante finem. Est autẽ Arethusa fons aquæ dulcis incredibili magnitudine, plenus piscium, qui fluctu aquæ totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disuncta esset.* l ¶*Acragas.*) *Hoc oppidum maritimũ alij Agrigentum uocant, hinc Agrigentini & Acragantini. Heraclea medium tenet locum inter Pachynum & Lilybæũ. A Lilybæo uerò procedendo ad Pelorum, occurrit Panormus ciuitas, inde Hymera fluuius.* m ¶*Leontini.*) *Populi sic dicti à Leontio oppido, quod non multum distat à Catana ciuitate. Centuripini uerò appellati sunt à Centuripe oppido, quod in pede iacet montis Aetnæ. Porrò Enna ciuitas, à qua Ennæa Ceres magistra frumentariæ sationis dicta est, meditullium ferè occupat Siciliæ, seu ut Cicero scribit, umbilicum tenet insulæ.*

n ¶*Montiũ Eryx.*) *Eminet Sicilia montibus Aetna & Eryce: Vulcano Aetna sacer est, & Eryx Veneri. In Eryce præcipuo montium extructum est Veneris templum, unde & Erycina Venus dicta est. De monte Aetna ardente uide Solinum capite undecimo. Habes quoq; ibi de Cyclopibus tam in Solino quàm in scholijs sub litera d.*

o ¶*Hymera.*) *Hic fluuius propter uarias ambages, nunc in ortum, nunc in meridiem, septentrionem & occasum flecti dicitur. Ptolemæus scribit eum fluere in septentrionem & occasum, Solinus in meridiem & aquilonem, Mela in meridiem & occasum. Hæc autem diuersitas nedum accidit ob uarios flexus, uerũ & ob multiplices riuorum scissuras.* p ¶*Aeæe.*) *Putant multi hanc eandem esse insulam quæ & Ogygia, & à Calypsone habitatore eius Calypsus, & insula Circes. Hic enim cum ab inferis regressus Vlysses appulisset, assecuta est eum Circe cum uino & pane.* q ¶*Melita.*) *Hæc est ferè media inter Siciliam & Africam, uocaturq; hodie Malta, quam Iohannitæ Rhodo pulsi hodie inhabitant.* r ¶*Aeoli.*) *Hæ sunt Vulcaniæ insulæ, dictæ Aeoliæ ab Aeolo, qui Iliacis temporibus ibi regnauit. Nomina septem insularum sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, & Euonymos. Hanc tamen ultimam uocat Mela Osteoden. Hiera est Vulcania insula, saxosa tota, deserta & ignita. Lipara uerò habet fertilissimam terram, habet aluminis effossionem, calidas aquas & euaporantes ignes.* s ¶*Pithecusa.*) *Hæc insula in mari Thusco contra Campaniam est sita, dicta alio nomine Aenaria à statione nauium Aeneæ, hodie uerò Ischiam uocant. Græci olim appellarunt eam Pithecusam, à simiarum copia, quas Pithecos uocant.* t ¶*Corsica.*) *Situm Corsicæ insulæ inuenies in descriptione Italiæ capite octauo Solini, & in descriptione Europæ capite tertio huius Melæ. Secundum Strabonem Corsica distat à Sardinia stadijs sexaginta, & uocatur à Græcis Cyrnos, appellatione sumpta à Cyrno Herculis filio, ut placet Fabio Pictori. Corsica uerò nomen habere dicitur à Corsa muliere, cuius taurus cum ex cõtinenti in insulam tranasset, nomen quod habet retulit. Terra eius est aspera, & multis in*

locis

ubi [u]Aleria & Marianæ coloniæ ſunt, à barbaris colitur. [x]Sardinia Africum pelagus attingens, niſi quòd in occidentẽ quàm in orientem anguſtius ſpectat, par & quadrata undique, & nuſquam non aliquanto ſpacioſior quàm ubi latiſſima eſt Corſica: cæterum fertilis, & ſoli cẽſ cœli melioris, atq; ut fœcunda, ita penè [y]peſtilens. In ea antiquiſſimi populorũ ſunt Ilienſes: urbium antiquiſſimæ Calaris & Sulchi. At in Gallia, quas referre conueniat, ſolæ ſunt [z]Stœchades ab ora Ligurum ad Maſſiliam uſq; diſperſæ. [a]Baleares in Hiſpania contra Tarraconenſia littora ſitæ, non longè inter ſe diſtant, & ex ſpacio ſuo cognominibus acceptis maiores minoresq; perhibentur. Caſtella ſunt in minoribus Iamno & Mago, in maioribus Palma & Polentia coloniæ. [b]Ebuſos è regione promontorij quod in Sucronenſi ſinu Ferrariã uocãt, eodem nomine urbem habet, frumentis tantũ non fœcunda, ad alia largior: & omnium animalium quæ nocent adeo expers, ut nec ea quidem quę de agreſtibus mitia fiunt, aut generet, aut ſi inuecta ſunt, ſuſtineat. Contrà eſt Colubraria, cuius meminiſſe ſuccurrit, quòd cũ ſcateat multo ac malefico genere ſerpentum, & ſit ideo inhabitabilis, tamẽ ingreſſis eam intra id ſpacium quod Ebuſitana humo circumſignauerunt, ſine pernicie tuta eſt, ijſdem illis ſerpentibus qui ſolent obuios appetere, aſpectũ eius pulueris, aliud'ue, quod uerius, procul & cum pauore fugientibus.

locis inacceßibilis. Celebris eſt propter optimũ uinum quod in ea creſcit. Eſt quoq; ferax reſinæ, ceræ & mellis. u ¶*Aleria.*) *Tenent Aleria ciuitas & Mariana colonia oram Corſicæ orientalem, & ibi in latitudine non eſt tam tenuis ut alibi.*

x ¶*Sardinia.*) *A Sardo Herculis filio ſic dicta. Vide caput 10. Solini. Hæc par & undiq; quadrata eſſe perhibetur, abſq; promõtorijs longis in mare excurrentibus: ſed nõ eſt quadrata æquilatera, cum longitudo eius ſit 200. millium paſſuum, latitudo autẽ 98. millium paſſuum. Non gignitur in ea lupus, neq; ſerpens ibi inuenitur. Habet ciuitates multas, ſed omniũ præclariſſima Calaris eſt, ubi coraliorũ piſcatio eſt.* y ¶*Peſtilens.*) *Fœcunda quidem eſt, ſed ob cœli noxios influxus morboſa, et ob Boreæ afflatus turbulenta. Producit herbam peſtiferã quam Sardoniam uocant, & uenenatam ſoliuagam, de quibus uide Solinũ memorato loco.* z ¶*Stœchades.*) *Tres ſunt inſulæ in Rhodani oſtio ſitæ, uicinæ Maßilienſibus, nominatæ ſic propter ordinẽ quo ſitæ ſunt, Græci enim ſtichum dicunt ordinem. Plinius eas ſic uocat, Prote, Meſe, Hype, id eſt, prima, media & infima.*

a ¶*Baleares.*) *Hæ quare ſic ſint uocatæ, habes in Solino cap. 36. ſub litera k. Has Græci Gymneſias appellarũt, quidam Maioricam & Minoricam à diſpari quantitate. Maior abeſt ab Hiſpania die uno minus nauigatione, minor ad orientẽ ſpectat, nutriens plurima utriuſque generis armenta, præcipuè mulos. Vtraque inſula fertilis eſt, referta hominibus. Oleo incolæ carent, habitantq; in ſaxis concauis & iuxta præcipites petras. Mulieres ſupra modum diligũt uiri, ut etiam mulierem à prædonibus captam, tribus aut quatuor redimant uiris: unde cum olim militaſſent cum Carthaginenſibus, ex ſtipendio impenſo mulieres ac uinum emptum ſecum tulere. De Iamnone & Magone, Polentia & Palma, habes apud Plinium cap. 5. lib. tertij.*

b ¶*Ebuſos.*) *Ptolemæus hanc inſulam uocat Ebyſſum, iuxta quam eſt alia Ophiuſa nomine, haud multum diſtans à Carthagine noua. Hanc poſteriorem alij uocant Colubrariam, quòd ſerpentes pariat: ſicut è diuerſo Ebuſus ſerpentes fugat, nedum in inſula ipſa Ebuſitana, uerùm & terra eius in Colubrariam illata, arcere dicitur ſerpentes, & prohibere inſultum eorum.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. VII. SCHOLIA.

Gades inſula.) *Nunc dicta Caliz. Paucæ ſunt in Mæotide.*) *Vna eſt ditißima, nunc dicta Tana, olim erat Venetorum, & dicebatur Alopecia. Thynnias.*) *E regione Mariandynorum. Cyaneæ.*) *Sunt & in Ponto & in Propontide. Tenedos.*) *Nunc Tenedo.* μακάρων.) *Id eſt, fortunatorum, beatorum. Leſbos.*) *Nunc Metelina. Chios.*) *Nunc Xio. Samos.*) *Nunc Samo. Cos.*) *Nunc Lango. Rhodos.*) *Nomen retinet. Cyprus.*) *Nomen retinet. Arados.*) *Nunc Ar. Pharo.*) *Nunc Phara. Homerico carmine.*) *Ita ille habet quarto Odyſſeæ:*

νῆσος ὑπεστά τις ἔξω πολυκλύστοιο πόντου,
αἰγύπτῳ προπάροιθε, φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι,
τόσσον ἄνευθ', ὅσσον τε διήματα γλαφυρὴ νηῦς
ἤνυσεν, ἢν λιγὺς οὖρος ὑπαὶ πρύμνῃσιν ἵησιν.

Thaſos.) *Taxo nunc. Imbros.*) *Stalimin nũc. Lemnos.*) *Hodie Sidrio. Scyathos.*) *Nunc Seriro. Eubœo.*) *Nunc Nigropont. Salamis.*) *Submerſa eſt. Corcyra.*) *Nunc Corfu. Melos.*) *Hodie Mil. Andros.*) *Nunc*

Andria. Crete.) Nunc Candia. κριὸς μέτωπον.) Id est, arietis frontem. Sicilia.) Nomen retinet. Freto maris Siculi.) Nunc dicto El far de Mesina. Mesanam.) Nunc Mesinam. Catinam.) Nunc est Catania. Megarida.) Nunc Agosta. Syracusas.) Nunc est Saragosa de Sicilia. Agragas.) Nunc Gergenti. Panormus.) Nunc Palermo. Pachynum.) Nunc Cabo Pacino. Taurominium.) Nunc Tauernera. Melita.) Nunc Malta. Aetna.) Non flagrat: nec ex uicinis aliquis est qui hoc uiderit, nunc dicitur Bolcar. Corsica.) Nomen retinet. Sardinia.) Nunc Sardengna. Calaris.) Nunc Caller. Baleares.) Duæ sunt. Maiores.) Nunc Mallorca. Minores.) Nunc Menorca. Polensia.) Nunc Polensa. Palma.) Quæ nunc dicitur Mallorca ciuitas. Ebrisos.) Nunc Ayiussa. Colubraria.) Nunc la Dragonera.

POMPONII MELAE COSMOGRAPHI
DE ORBIS SITV LIBER TERTIVS.

SCHOLIA CAPITIS PRIMI.

Pomponius Mela post quã lustrauit totius maris mediterranei littora, ostia fluuiorum, promontoria, urbes & regiones mari iunctas, insulas quoq; intra mare illud collocatas, hic ad littorum oceani descriptionem conuertitur, nisi quòd prius de eius fluxu et refluxu, inundatione, effusione, accessu & recessu disserit. a ¶ *Circuitus.) Circuitum uocat iter illud immensum & nauigationem perpetuã, quæ fit aut fieri potest à mari Britannico iuxta littora Hispaniæ & totius Africæ in orientem usque ad extrema Indiæ, & inde ad extrema septentrionis: quanquam in septentrionis angulo cursus ille continuari nequeat ob occurrentes terras ad polum usque arcticum exporrectas, quæ propter nimia frigora & perpetuam maris glaciem circuiri nequeunt. A meridie uerò tanta euagatione opus non est, quum continens in ea plaga non extendatur in tantam latitudinẽ ut in septentrione.* b ¶ *Infinitum pelagus.) Infinitum uocat uulgari modo, ob nimiam magnitudinem eius.* c ¶ *Concitum.) A uelocitate enim motus nomen habet oceani, ut in Solino indicauimus cap. 36. sub litera o.* d ¶ *Inundat campos.) Vbi scilicet naturalia non habet obstacula & solidissima saxeaq; littora quibus coerceatur. Aggeres uerò manu facti contra impetum eius sæpe importuna quassatione procellarũ rumpuntur cum periculo totius regionis, quemadmodum contigit anno Christi 1420. decimaseptima die Aprilis in Holandia, quando sæuitia maris circa Dordracum facta eruptione, totam regionem inundauit, aggeres fregit, & supra centum millia hominum extinxit, unà cum iumentis & supellectile eorum. Haud dissimilem cladem perpessa est Frisia anno Christi 1230. periclitantibus multis millibus hominum ob maris improuisam inundationem.* e ¶ *Tanta ui.) Hæc uis maris tanta est quando in furorem excitatur, ut etiam profunda eius denudentur, & aquarum moles huc & illuc instar maximorum montium uentorum uehementia impellatur, id quod graphicè diuinus propheta Psalmo centesimo septimo his uerbis explicuit: Qui descendunt in mare cum nauibus, quiq; faciunt opus in aquis illis immensis, hi uident opus Dei & mirabilia eius in profundo: dicit enim Deus, & coërcet uentum tempestuosissimum, qui in sublime extulit procellas eius. Propter quas ascenderunt in cœlum & descenderunt in abyssos, ut anima eorum in hoc periculo contabesceret, dum sic uagarentur & mouerentur instar ebrij, & omnis eorum sapientia absorberetur, & in tanto periculo illis minimè suffragaretur. Vnde patet, maiorem causam cõmotionis maris esse uentum, qui tam uehemens sæpe est in uastissimo pelago, ut profunditatem eius denudet, & immensas procellas extrudat, quæ dum mole sua littus attigerint, necesse est ut illud longè excedant, terras obruãt, obuiaq; flumina retundant. Hæc uentorum spiracula Mela hic uocat anhelitum mundi, sed quæ citra animalem euenìunt motum, cum gentilis uanitas sit dicere, mundum esse animal, & ex eius respiratione iam aquas maris intumescere, & rursum retractas*

Extima Hispaniæ littora. Cap. I.

DICTA est ora nostri maris, dictæ insulæ quas amplectitur: restat ille [a]circuitus, quem (ut initiò diximus) cingit oceanus ingens, & [b]infinitũ pelagus, & magnis æstibus [c]concitum (ita enim motus eius appellant) modò [d]inundat campos, modò latè nudat ac refugit: nunc alios alioscp; inuicem, necp; alternis accessibus nunc in hos, nunc in illos impetu uersum: sed ubi in omnia littora, quamuis diuersa, terrarũ insularumcp; ex medio pariter effusum est, rursus ab illis colligitur in medium, & in semetipsum redit, [e]tanta ui semper immissum, ut uasta etiam flumina retroagat, & aut terrestria deprehendat animalia, aut marina destituat. Necp; adhuc satis cognitum est, an helitu ne suo id mundus efficiat, retractamcp; cum spiritu regerat undam undicp;, si (ut doctioribus placet) unum animal est: an sint depressi aliqui specus, quò reciproca maria residant, atque inde se rursus exu-

ſus exuberantia attollant: [f] an luna cauſas tantis meatibus præbeat, ad ortus certè eius occaſuſq; uariantur, neq; eodem ſæpe tempore, ſed ut illa ſurgit ac demergitur, ita recedere atq; aduentare cõperimus. [g] Huc egreſſos, ſequentesq; ea quæ exeuntib. dextra ſunt, æquor Atlanticum & ora Bæticæ frontis excipit: quæ, niſi quòd ſemel iterumq; paululũ [h] in ſemet abducitur, uſq; ad flumen Anam penè rectà eſt: [i] Turduli & Baſtuli habitant. In proximo ſinu portus eſt, quem [k] Gaditanum, & lucus quem Oleaſtrum appellant. Tum caſtellum Ebora in littore, & procul à littore Aſta colonia: extrà Iunonis ara templũq; eſt. In ipſo mari monimentum Geryonis, ſcopulo magis quàm inſulæ impoſitum. [l] Bætis ex Tarraconenſi regione demiſſus, per hanc ferè mediam diu, ſicut naſcitur, uno amne decurrit: pòſt ubi nõ longè à mari grandem lacum facit, quaſi ex uno fonte geminus exoritur, quantusq; ſimplici alueo uenerat, tantus ſingulis effluit. Tum ſinus alter uſq; ad finẽ prouinciæ inflectitur, eumq; paruæ oppida, Olitingi, Onoba contingunt. At Luſitania trans Anam, quà mare Atlanticũ ſpectat, primùm ingenti impetu in altum abit, deinde reſiſtit, ac ſe magis etiam quàm Bætica [m] abducit: quà promineꝫ, bis in ſemet recepto mari, in tria promontoria diſpergitur. Anæ proximũ, quia lata ſede procurrens paulatim ſe ac ſua latera faſtigiat, Cuneus ager dicitur: ſequens Sacrum uocant: Magnũ quod ulterius eſt. In Cuneo ſunt Mirtylis, Balſa, Oſſonoba: in Sacro Lacobriga, & portus Hannibalis: in Magno Ebora. Sinus interſunt, & eſt in proximo Salacia, in altero [n] Vlyſſippo, & Tagi oſtium, amnis aurum gemmasq; generantis. Ab ijs promõtorijs [o] ad illam partem quæ receſſit, ingens flexus

tractas intra ſpecus reſidere. Id ſi uerum eſſet, quid quæſo oppleret immenſos illos oceani latentes ſpecus, poſtquam ructatione illa fuerint exinaniti? Aër? Sed aëri non eſt locus in abyſſis maris. Neq; fieri poteſt ut profunda maris cõtrahantur poſt emiſſum anhelitũ, ſicut uterus animalis poſt exuffla tum ſpiritum. Diſputatur & à Solino cap. 36. in fine hoc argumentum, ubi in ſcholijs plura inuenies. f ¶ *An luna cauſas.*) *Qui ſyderum ſequuntur diſciplinam, aſſerunt lunam dominari humidis, quemadmodum ſolem calidis, & occulta quadam natura agitare mare trahereq;, ſicut ferrũ trahit Magnes, atq; ex incremento & decremento luminis lunaris acceſſus receſſusq; ſenſim augeri et rurſum minui. Vnde Gellius ſcribit, oceanũ quaſi lunæ comitem, cum ea ſimul & ſeneſcere & adoleſcere, id quod intelligendũ eſt de motu lunæ proprio, ac de motu eius diurno, qui fit raptu primi mobilis, de latitudine & uiribus ſumptis ex aſpectibus erraticarum & fixarum ſtellarum: hæc enim omnia uel augent uel minuunt aut uariant fluxum oceani & refluxum. Augetur fluxus, ſi luna idoneo aſpectu Veneri aut aliæ humidæ miſceatur ſtellæ, aut humidam poſſideat manſionem. Minuitur, ſi Martem aut aliam ſiccæ naturæ ſtellam debitè aſpiciat. Retardatur aut acceleratur propter tardiorem aut concitatiorem in hemiſphæriũ aſcenſum. Vt enim illa ſurgit ac demergitur, ita recedere & aduentare fluxum cõpertum habetur.* g ¶ *Huc egreſſos.*) *Qui egrediuntur fauces maris mediterranei, quas fretum Herculeũ uocãt, & ueniũt in oceanũ latiſſimũ, duo habent occidua littora, Africum & Hiſpanicum. Africum eſt ad ſiniſtram, & Hiſpanicum ad dextram. Mare uerò utrunq; alluens, uocatur æquor Atlanticũ, ab Atlante Mauritaniæ monte.*

h ¶ *In ſemet abducitur.*) *Hoc eſt, ora Bæticæ paruos habet ſinus uſq; ad Anæ fluuij oſtia, qui terminus eſt Bæticæ.* *i* ¶ *Turduli.*) *Ab his populis Bætica ſecundum Strabonem quoq; Turdetania dicta eſt.* *k* ¶ *Gaditanum.*) *Portus Gaditanus ſic dictus eſt ab inſula Gadium, quæ in eum uergit ſinum: hinc & Gaditanum fretum. Porrò lucus olearum, cuius hic meminit Mela, eſt in ipſa Bæticæ ora, quæ & ob illas arbores reliquis terris celebrior habetur. De Gadibus & Geryone habes in Solino cap. 36.* ¶ *Bætis.*) *Tabula Ptolemaica ſecunda in Europam, oſtendit huius ſicut & Anæ fluuij decurſum. A Bæti fluuio denominata eſt regio ipſa Bætica, quæ hodie Granata uocatur, ſicut à Luſitanis populis Luſitania dicta eſt, quæ hodie eſt Portugallia.* *m* ¶ *Abducit.*) *Bætica magis in occidentem extenditur quàm Luſitania: unde Luſitaniæ ora ſeſe abducere, & uelut in orientem contrahere dicitur: ſed ſic contrahitur, ut tamen tria emittat promontoria, inter quæ duo admittuntur ſinus. Primum promontorium quod mox ſequitur Anæ oſtia, à forma ipſa uocant Cuneum. Ptolemæus uerò appellat Sacrum, & hodie nominant caput ſancti Vincentij. Mela uerò ſeparat Sacrum à Cuneo.* *n* ¶ *Vlyſſippo.*) *Strabo Vlyſſeam uocat, hodie uerò nominatur Lyſbona, & eſt ſedes regum Portugalliæ, ſita haud procul ab oſtijs Tagi auriferi fluuij.* *o* ¶ *Ad illam partem quæ receſſit.*) *Reliqua, inquit, ora in ſeptentrionem excurrens, paulatim abit uerſus orientem, &*

flexus aperit, in eoq; sunt Turduli ueteres, Turdulorumq; oppida: amnes autem [p]Monda, in medium ferè ultimi promõtorij latus effluens, & radices eiusdem abluens Durius. Frons illa aliquandiu rectam ripam habet, deinde modico flexu accepto mox paulum eminet, tum reducta iterũ iterumq;, recta margine iacens ad promontorium [q]quod Celticum uocamus extenditur: totam Celtici colunt, sed à Durio ad flexum Gronij: fluuntq; per eos Auo, Celandus, Nebis, Minius, & cui obliuionis cognomen est Limia. Flexus ipse Lambriacã urbem amplexus, recipit fluuios Iernam & Viam. Partem quæ prominet, Pręsamarci habitant, perq; eos Tamaris & Sars flumina nõ longè orta decurrunt: Tamaris secundum Arotebrarũ portum, Sars iuxta turrẽ Augusti titulo memorabilem. Cętera super Tamarici Nerijq; incolũt, in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentẽ uersa littora pertinent, deinde ad septentriones toto latere terra conuertitur à Celtico promontorio [r]ad Scythicum usq;: hinc perpetua eius ora, nisi ubi modici recessus ac parua promontoria sunt, [s]ad Cantabros penè rectà est. In ea primũ Artabri sunt, & [t]Ianasum Celticæ gentis: deinde Astures. In Artabris [u] sinus ore angusto, admixtum mare nõ angusto ambitu excipiens, Adrobicum urbem, & quatuor amniũ ostia incingit. Duo etiam inter accolentes ignobilia sunt: per alia duo Mearus exit, & Narius ad Libuncam. In Asturum littore Nœga est oppidum, & tres aræ, quas Sestianas uocant, in peninsula sedent, & sunt Augusti nomine sacræ, illustrantq; terras antè ignobiles. At ab eo flumine quod Saliam uocant, incipiunt oræ [x]paulatim recedere, & latæ adhuc Hispanię magis magisq; spacia cõtrahere, usqueadeo semet & terras angustantibus, ut earum spaciũ inter duo maria dimidio minus sit quà Galliam tangunt, q; ubi ad occidentem littus exporrigunt. Tractum Cantabri & Varduli tenent. Cantabrorum aliquot populi amnesq; sunt, sed quorum nomina [y]nostro ore cõcipi nequeant. Per

eosdem

non rectà uergit in arcton. p ¶*Monda.*) *Hic fluuius non longè ab ostio Tagi in oceanũ ruit. Durius uerò, quem Ptolemæus Doriam uocat, per mediam ferè Lusitaniã labens, recipitur à mari circa terminũ tertij promontorij.* q ¶*Quod Celticum uocamus.*) *Hoc promontoriũ est in extremitate Galliciæ, quod nostro æuo finis terræ uocatur, ubi scilicet angulus est terræ in occidentem & septentrionẽ patens. Habitatores huius oræ uocantur Celtici, etiamsi illi certos habeant limites. Fluuiorum Aui, Nebis, Minij & Limiæ meminit quoq; Ptolemæus. Ponit et Viam atq; Tamarim in ipso angulo Galliciæ, sed qui nõ longum habent meatum. Sartis non meminit, sed loco turris Augusti uidetur signasse Solis aras, pro quibus Plinius dicit tres aras Sextianas Augusto dicatas, quarum & Mela infrà meminit, sed asserit eas in Asturia erectas.*

r ¶*Ad Scythicũ usq;.*) *Nõ constat quod hic Scythicum promontoriũ significare uoluerit, etiamsi infra Tabin ponat, quum littus illud septentrionale perpetuum nõ sit, sed nauigantibus ab Hispaniæ angulo in orientem occurrat citra Tanaim terra continens, longissimè in septentrionẽ patens.*

s ¶*Ad Cantabros.*) *Hi hodie sunt Gascones, quos alij uocant Vascones, populi olim efferi & ad arma nati. Tales enim ferè ubique terrarum solent nasci & educari homines, ubi terra est asperior & sentit cœlum durum, qualis est Cantabria & tota illa Hispaniæ ora septentrionalis, ut etiam negocium fuerit Augusto olim eam Hispaniæ partem subiugare: quare turres, monimenta & tituli memorabiles fuerunt in honorem eius ob partas uictorias erecti.*

t ¶*Ianasum.*) *Hoc oppidum putant hodie esse Compostellam, ob diui Iacobi apostoli memoriã celebrem. Celtica uerò gens sunt Celtiberi, quorum suprà libro secundo capite sexto, quod de Hispania agit, meminimus. Astures uel eo nomine celebres sunt, quòd Asturcones equi non uulgarem in cursu tenẽt gradum, sed mollem alterno crurum explicatu glomeratiõẽ, ut Plinius testatur lib. 8.* u ¶*Sinus ore angusto.*) *Ptolemæus hunc sinum amplum, ore angusto exceptum, & in quem quatuor amnes labuntur, nõ describit. Sed mirum est quod neq; in moderna seu noua Hispaniæ descriptione inuenitur, cuius tabulæ pictor studuit singula quæq; insignioria exprimere loca. Porrò omniũ quatuor fluuiorũ nomina non ponit Mela, sed duorum tantũ, nempe Meari & Narij, quòd hi celebriores sunt, alij autem duo ignobiles.* x ¶*Paulatim recedere.*) *Latissima est Hispania in extrema & occidua ora: at quanto hinc recesseris ad orientem, uersus montes Pyrenæos, tanto contrahitur, nedum in littore septentrionali, uerum & in meridionali, id quod ex pictura facilè discere poteris.* y ¶*Nostro ore concipi nequeant.*) *Ob linguæ scilicet eorum asperitatem. Talis fermè est hodie sermo*

Vuandalorum

eosdem & Salenos, Saurium: per Autrigones & Origeuiones quosdā Nesua descendit: Deua Tritium Tobolicum attingit: deinde Iturissam & Easonem Magrada. Varduli una gens, hinc ad Pyrenæi iugi promontoriū pertinens, claudit Hispanias.

Vuandalorum, Moscouitarum & Sclauorum, quem exteri nō facile ore sonare & literis cōcipere queūt. Porrò nominū fluuiorum qui per Vardulos ex Pyrenæis labuntur, magna apud autores est uariatio: nam Saurium uidetur Ptolemæus appellare uel Nauilubionem, uel Nelum: Deuam uerò Diuam uocat, una duntaxat mutata litera.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN LIB. III. CAP. I. SCHOLIA.

Doctioribus.) Platonicis, qui aiunt mundum esse animatum. Turduli.) Nunc pars Andaluses, pars Granatenses. Bastuli.) Omnes Granatenses. Bætis.) Nunc Guadalquebir. Ana.) Hodie est Guadiana. Lusitania.) Pars Lusitaniæ dicitur Portugallia, pars la Extremadura. Sacrum promontorium.) Nunc Cabo de san Vincente. Mirtylis.) Nunc Vaena. Balsa.) Nunc Tauila. Osonoba.) Siluera. Lacobriga.) Coymbra. Ebora.) Nomen retinet. Vlyßippo.) Lysbona hodie. Tagi.) Nunc Taio. Durius.) Nunc Duero. Minius.) Migno nunc. Limia.) Linia hodie. Arotebrarum.) Gallegos nunc. Tamarici.) Gallegos quoq;. A Celtico promontorio.) A promontorio quod uocatur Finis terræ. Scythicum.) Dacicum, ad Saxoniam. Modici recessus.) Ad portum Magnum, & ad Trileucum promontorium. Astures.) Nomen retinent. Tanasum.) Sanctus Iacobus in Cōpostella. Cantabri.) Nunc Montanas, & Biscaya. Varduli.) Lipusca, & pars Vasconiæ.

Extima Galliarum ora. Cap. II.

SEquitur Galliæ latus alterum, cuius ora primo nihil progressa in altum, mox tantundem penè in pelagus excedens, quantum retrò Hispania abscesserat, Cantabricis fit aduersa terris, & grandi circuitu inflexa ad occidentē littus aduertit. Tunc ad septentriones cōuersa, iterum longo rectoq; tractu ad ripas Rheni amnis expandit. [a] Terra est frumenti præcipuè & pabuli ferax, & amœna lucis immanibus, quicquid ex satis frigoris impatiens est, ager nec ubiq; alit, & noxio genere animalium minimè frequens. Gentes superbæ, superstitiosæ, aliquando [b] etiam immanes, adeò ut hominem optimam & gratissimam diis uictimam crederent, manent uestigia feritatis iam abolitæ: atq; ut ab ultimis cædibus temperant, ita nihilominus ubi deuotas altaribus admouere, [c] delibant. Habent tamen & facundiā suam, magistrosq; sapientiæ [d] Druidas. Hi terræ, mundiq; magnitudinem & formam, motus cœli ac syderum, ac quid dij uelint, scire profitentur: docent multa nobilissimos gentis clām & diu uicenis annis in specu, aut in abditis saltibus. Vnū ex iis quæ præcipiunt in uulgus effluit, uidelicet ut forēt ad bella meliores, æternas esse animas, uitamq; alterā ad manes. Itaq; cum mortuos cremant ac defodiūt, [c] apta uiuentibus olim negociorū ratio etiam & exactio cre-

SCHOLIA CAP. II.

Galliæ alterum latus, quod scilicet à Pyrenæis montibus in septentrionē excurrit, primùm modico spacio abit in orientem, ac deinde recuruatur rectà in septentrionem, secundum Ptolemaicā descriptionem. Discrepant tamen nō parum modernæ descriptiones, quantum attinet ad hæc littora, à Melæ & Ptolemæi descriptionibus. Nam in littore quod à Pyrenæis in septentrionē tendit, curuitates quædā & sinus inueniuntur, præsertim apud Santones & Pictones. Sic in littore Angliæ opposito, sunt & promontoria & sinus, & nō est rectus tractus usq; ad ripas Rheni, sed Morini, qui hodie ferè sunt Flandrenses, sunt multò septentrionaliores Normandis: & Batani, qui sunt Holandi, adhuc magis in arcton uergūt quàm Flandrenses. a ¶Terra est frumenti.) Sic Strabo quoq; scribit, Galliæ nullam partem iacere incultam, nisi ubi paludes ac syluæ culturā prohibent. Est tamen multò cultior in Narbonensi prouincia quàm in partibus septentrionalibus, quæ aliquarum frugum inopes sunt. b ¶Etiam immanes.) Crediderunt Galli animas non interire, sed in alia transire corpora, atque metu mortis ita sublato, audaciores in periculis fiebant. Equites in periculis cōstituti, pro salute humanam hostiam mactabant.

c ¶Delibant.) Id est, gustant.

d ¶Druidas.) De his Cæsar libro 6. Cōment. sic scribit: Druidæ rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentum numerus disciplinæ causa concurrit, magnoq; sunt apud eos honore: nam ferè de omnibus controuersijs publicis priuatisq; constituunt. c ¶Apta uiuentibus.) Persuasi erant Galli à Druidis, ut qui in hac uita negociorū

ctio crediti deferebatur ad inferos, erantq; qui se in rogos suorum uelut unà uicturi libenter immitterent. Regio quã incolunt [f] omnis, Comata Gallia. Populorum tria summa nomina sunt, terminãturq; fluuijs ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitania, ab eo ad Sequanam Celtę, inde ad Rhenum pertinent Belgæ. Aquitanorum clarissimi sunt [g] Ausci, Celtarum Hedui, [h] Belgarũ Treueri. urbesq; opulẽtissimæ, in Treueris Augusta, in Heduis Augustodunum, in Auscis Elusaberris. Garumna ex Pyrenæo monte delapsus, nisi cum hyberno imbre, aut solutis niuibus intumuit, diuadosus & uix nauigabilis fert: at ubi obuius oceani exæstuantis accessibus adauctus est, ijsdemq; retrò remeantibus suas illiusq; aquas agit, aliquantum plenior, & quanto magis procedit, eo latior fit: ad postremum magni freti similis, nec maiora tantũ nauigia tolerat, uerum etiam more pelagi sæuientis exurgẽs, iactat naues uigantes, atrociter utiq; si aliò uẽtus, aliò unda præcipitat. In eo est insula Antros nomine, quã pendere & attolli aquis increscentibus ideo in colę existimant, quia cum uideat editior, aquis obiacet: ubi se fluctus impleuit, illã operit, nec, ut prius tantum ambit: & quòd [i] ea quibus antè ripæ collesq; ne cernerentur obstiterant, tũc uelut ex loco superiore perspicua sunt. A Garumnę exitu latus illud incipit terræ procurrẽtis in pelagus, & ora Cantabricis aduersa littoribus, alijs alijsq; populis media eius habitantibus, ab Santonibus ad Osismios usq; deflexa: ab illis enim iterum ad septentriones frõs littorum respicit, pertinentq; ad ultimos Gallicarũ gentium [k] Morinos, nec portu quẽ Gesoriacum uocant, quicquã habẽt notius. [l] Rhenus ab Alpibus decidẽs, propè à capite duos lacus efficit,

suorum rationem non feciſſet, apud inferos facere cogeretur, præsertim si in creditis restituendis hic difficilem se exhibuisset.

f ¶Omnis Comata.) Ad distinctionem Galliæ Tonsæ seu Togatæ, de qua suprà lib. secundo diximus. Porrò tria summa nomina populorum Galliæ Comatæ sunt, Aquitania, Celtica & Belgica. Plinius uerò Comatam Galliam sic diuidit lib. quarto: Gallia, inquit, omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorũ genera diuiditur, amnibus maximè distincta: à Scalde ad Sequanam Belgica, ab eo ad Garumnam Celtica, eademq; Lugdunensi, inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania, Aremorica antè dicta. Secludunt itaq; & Mela & Plinius à Comata Gallia Narbonensem prouinciã. Hic notandũ Scalden fluuiũ nasci apud Veromandos, rectaq; per Flandriã descendere in mare. Sequana uerò apud Lingones prodiens & Lutetiam alluens, apud Rotomagum mari miscetur. Cæterum Garumna in Pyrenæo monte prope Tolosam natus, inter Santones & Vibiscos in mare ruit.

g ¶Ausci.) Ex his populis relictum est usq; hodie in Aquitania oppidum, quod uocatur Auchx. Hedui uerò sunt in Burgundia, quorum metropolis est nostro æuo Dinion, seu ut alij uocãt Digeon, Germani autem uocant Diston. Mela celebriorẽ urbem Heduorum scribit suo tempore fuisse Augustudunum, quod Galli sua lingua corruptè uocant Austun. h ¶Belgarũ Treueri.) Celebrantur Treueri ob uetustatẽ, & quòd Melæ temporibus clariores urbes in Belgica non inuenirentur: hodie uerò quando ea Galliæ pars multò cultior euasit, inueniuntur urbes quæ opulentia, magnitudine & splendore longè superant Treuerim, quales sunt Antuerpia, Colonia Agrippina, Argentoratum, & aliæ multæ Brabantiæ & Flandriæ insignes urbes, quæ omnes in Belgica situm habent, cum illa ad Rhenũ usq; extendatur. Sunt tamen qui Belgicam Obrinca fluuio, id est, Mosella, secernunt à Germania transrhenana, & hi totum Rheni tractum qui est ab ostio Mosellæ usque ad Rauracos, id est, Basilienses, separant à Belgica, Germaniam autem inferiorem transrhenanam includunt. Sed de his nihil certum statui potest, cum hodie amnes & montes, naturales termini, regionũ limites plerunq; non constituant, sed linguæ & dominia. i ¶Ea quibus antè ripæ obstiterant.) Cum ripæ fluminum plerunq; editiores sint fluuijs ipsis, nauigantibus ferè nihil apparet de continenti, nisi quæ littoribus sunt exposita. Quando autem nauis per fluctuum impetum in altum subuehitur, iam conspicua erunt in continenti ea quæ prius in imo uideri nequibant. Idem fit in Antro insula. k ¶Morinos.) Morini populi olim sic dicti, hodie sunt qui habitant in Arthesia. Gesoriacum uerò putant esse Callesium, unde fit traiectus in Angliam. l ¶Rhenus ab Alpibus decidens.) Habet quidem Germania multos insignes amnes, sed Rhenus omnes longè superat. Danubius quanquam in media fere oriatur Germania, cum tamen alias quoq; peruagetur regiones, Germaniæ eum proprium non facimus ut Rhenum, alioquin primatũ illi deferremus, de quo multa in Solino cap. 23. scripsimus. Nunc uerò ad Rhenũ reuertamur. Hic ex summis Alpium iugis originem ducit, primũ in orientẽ destinans cursum, ac deinde

reflexus

efficit, [m] Venetum & Acronium: mox diu soli dus, & certo alueo lapsus, haud procul à mari [n] huc & illuc dispergitur: sed ad sinistrũ amnis etiam tum & donec effluat Rhenus, ad dexteram primò angustus, & sui similis, pòst ripis longè ac latè recedentibus, iam non amnis, sed [o] ingens lacus: ubi campos impleuit, Fleuo dicitur, eiusdemq; nominis insulam amplexus, fit iterum arctior, iterumq; fluuius emittitur. *reflexus in septentrionem, hunc cursum tenet usq; ad lacum Acronium: ex hoc uerò lacu egrediens rectà occidentem petit, usque dum Basileam peruenerit, ibi intra mœnia utriusq; urbis flectitur rursum in arctον, retinetq; eam uiam donec Menapios attigerit, ibi scissus tribus riuis mare ingreditur. Oriuntur proinde apud fontes Rheni & alia quædam celebria flumina, nempe Ticinus, Tosa & Madia, qui in meridiem labuntur: Rhodanus, qui in occidentem: Arola & Vrsa qui in septentrionem currunt, sed una diæta supra Basileam Rheno miscentur. Est autem Rhenus ab origine sua modicus, sed multis riuis undiq; cõcurrentibus ac liquatis niuibus adiutus plurimum augetur quousq; lacum ingreditur Acronium, quem hodie uocamus Constantiensem. Hinc ad Scaphusiam descendens, ibi per loca saxosa & confragosa magno strepitu deuolutus, tandem in grande abit præcipitium, è saxo eminenti nõ sine intuentium horrore et admiratione in imum lapsus. Videntur aquæ ex tanto lapsu conuerti in nebulam & uaporem fumosum. Altitudinem lapsus præcisam ex solo aspectu deprehendere nequiui, cùm bis spectator fuerim huius horrendæ cataractæ, sed quantũ licuit conijcere ex nuda oculorum obseruatione, præcipitiũ ascendit ad magnæ domus erectionem. Quatuor milliaribus Germanicis infra iam memoratam urbem, & totidem supra Basileam, tres magni & nauigabiles amnes simul recipiuntur à Rheno, qui non minorem aquarum molem secum ferunt quàm Rhenus prius habuit: eorum nomina sunt Limagus, Vrsa & Arola. Horum atq; Rheni & multorum aliorum amnium qui à Rheno deuorantur, origines, corriuationes, confluentias & exonerationes, poteris, lector, uidere in tabula Heluetica, ab Aegidio Tschudi uiro clarissimo ædita, & nostro studio euulgata.*

m ¶ Venetum & Acronium.) Duo illi lacus sunt, lacus Acronius, quem quidam uocant Brigantinũ, alij Podamicum, unde & germanicè uocatur Podensee, & frequentius à Constantia appellatur lacus Constantiensis. Alter uerò lacus, nempe Venetus, hodie uocatur lacus inferior, & à Cella oppido propinquo, Cellarius lacus. Hi duo lacus apud Constantiam in summam rediguntur angustiam, ut tenuis intermedius meatus, & non nisi fluxus Rheni eos coniungat. Vidememoratam Rhætiæ & Heluetiæ descriptionem.

n ¶ Huc & illuc dispergitur.) Apud Menapios, hoc est, Geldrenses, haud procul ab oppido Emricensi, Rhenus scinditur in duos alueos, unus in occidentem deriuatur, quem Vualam uocant, & is antequam mare misceatur, Mosam non minorem quàm ipse sit fluuium excipit. Alter uerò riuus modico spacio ab Emrica in septentrionem deuolutus, rursum finditur in duos fluuios, unus qui Rheni retinet nomen occidentẽ petit, modico & ubiq; ferè pari interuallo à Vuala distans, prope Dordracum à mari absorbetur. Alius uerò, qui Issulæ nomen habet, rectà in septentrionem contendit, & haud procul à Suuola mare ingreditur, efficitq; cum Rheno Batauorum insulam, quam hodie Holandiam uocamus.

o ¶ Ingens lacus.) Is lacus hodie non apparet. Fieri autem potest quòd terra illa olim multis destituta habitatoribus, ob maris uicinitatem & Rheni inundationẽ, habuerit paludes & lacus amplissimos, præsertim cùm sit terra plana, & nullus ibi inueniatur uel mons uel collis: hodie uerò quandò est populosissima, & multis egregijs adornata urbibus, omnia loca sic sunt congestis aggeribus septa & munita, id quod proprijs conspexi oculis, ut non facile & sine magna uiolentia uel mare uel Rhenus terram stagnare possint. Est quidem terra etiamnum hodie paludinosa, sed plurimum pascuosa & pinguis, & propterea pecoribus saginandis longè accõmodatior quàm frumento colendo.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. II. SCHOLIA.

In pelagus excedens.) In promontorio, quod nunc est Sanctus Matthæus, in Britannia minore. *Abscesserat.*) In fonte Rabia. *Terris Cantabricis.*) Diximus qui sint Cantabri. *Et grandi.*) Diximus à fonte Rabia esse hunc circuitum usque ad Britanniam minorem. *Rheni.*) Nunc le Rhin. *Comata Gallia.*) A coma ipsa capillorum. *Pyrenæo.*) Pyrenæi nomina multa habent. Nam ex ea parte quæ Lipus, quæ & fonti Rabiæ adiacet, Sanctus Adrianus dicitur. Progrediendo uersus meridiem, statim est Roncesualles: deinde montes de Iaqua: tum Delempurda: postremò promontorium maris nostri, dictum templum Veneris, hodie Cap de creus, id est, caput crucis. *Garumnam.*) Nunc la Garona, nomen amittit ante Burdegalam, eo loco ubi confluunt ipsa & Gerunda. & dicitur Geronda prope promontorium Santonum, nunc Blayani, in illum decidit la Dordongna. *Sequanam.*) Nunc Sena. Pomponius sequutus est Cæsarem in diuisione Galliæ. *Ausci.*) Regio & ciuitas, nunc Aux, archiepiscopatus est in Vasconia. *Hedui.*) Quorum præcipua ciuitas est Autum, olim dicta Augustodunũ. *Treueri.*) Nunc Treuers, ad Rhenũ. *Augusta.*) Augusta Treuerorum, dicta nunc Treuers, Trier uernacula lingua. *Augustodunũ.*) Nunc Autum. *Elusaberris.*) Aux. *Santonibus.*) Nunc Santongers, & oppidum Saincles. *Osismios.*) Britanni sunt, nunc Britones, apud Sanctum Matthæum. *Frons littorum.*) Tota illa ora quæ est à capite Sancti Matthæi, attingit Morinos.

Morinos.) Nunc Terroana. Geſoriacum.) Nunc de Cales, portus Caletenſis. Huc & illuc.) Diuiditur in duo latera. Inſulam.) Batauorum, nunc Holandiam.

Germania. Cap. III.

GErmania hinc ripis eius uſque ad Alpes, à meridie ipſis Alpibus, ab oriente Sarmaticarũ confinio gentiũ, quà ſeptentrionẽ ſpectat oceanico littore obducta eſt. Qui habitant, [a] immanes ſunt animis atq; corporibus, & ad inſitam feritatẽ uaſtè utraq; exercent, bellando animos, corpora ad conſuetudines laborum. [b] Maximo frigore nudi agunt antequam puberes ſint, & longiſſima apud eos pueritia eſt. Viri ſagis uelantur, aut libris arborũ, quamuis ſæua hyeme. Nandi nõ patientia tantum illis, ſtudium etiam eſt. Bella cum finitimis gerunt, cauſas eorum ex libidine accerſunt: neque imperitandi prolatandiq; quæ poſſident, nam [c] ne illa quidem enixè colunt, ſed ut circa ipſos quæ iacent uaſta ſint. [d] Ius in uiribus habent, adeò ut ne latro cinij quidem pudeat: tantum hoſpitibus boni, mitesq; ſupplicibus, uictu ita aſperi inculticq;, ut cruda etiam carne ueſcantur, aut recenti, aut cum rigentem in ipſis pecudum ferarum'que coriis [e] manibus pedibusq; ſubigendo renouarunt. Terra ipſa [f] multis impedita fluminibus, [g] mul-

SCHOLIA CAP. III.

De Germaniæ noſtræ limitibus uariæ ſunt inter ſcriptores opiniones. Sunt enim qui eam arcere uolunt intra Rheni & Danubij alueos, alij extendunt eam ultra Danubium ad Alpes uſque, nec uolunt eam ab occaſu terminari Rheno, quum bona pars germanicè loquatur, & Germanorũ principum imperio pareat ultra Rhenum. A ſeptentrione omnes extendunt eam uſq; ad oceanum: ab oriente quidam claudunt eam confinio Sarmaticarum gentium, alij Iſtula fluuio. a ¶Immanes ſunt animis.) Sunt qui addunt, feroces, feri, ab humanitate alieni, & alia ſimilia nomina, indigenas metientes ſecũdum ſolum, quod olim dicebant eſſe aſperum, incultũ, ſqualidum, nemoroſum, & triſti cœlo ſubiectum. Sed hi talia ſcripſerũt de Germania & habitatoribus eius, qui Germaniam nunquam ingreſſi erant, nec unquam uiderant. Scio Germaniam malè audiſſe apud Romanos, quòd domitis reliquis gentibus, illam ſæpe crudeliter petitam ſubiugare nunquam potuerint, imò Germania tandem Romam ipſam orbis dominatricem expugnauit, ab ſtulitq; illi imperij dignitatem. b ¶Maximo frigore.) Non dubium quin Germani olim alios quàm hodie habuerint mores, & ad labores ferendos patientiores fuerint. Sed poſtea quam cum exteris nationibus commercia habere cœperunt, molliores facti ſunt, admittentes paulatim luxum earum in uictu & amictu: abiecerunt ſaga & arborum libros, locoq; eorum optimis induuntur pannis, ſed non ſine rei familiaris diſpendio, quod malum cacodæmon per bella illa perpetua inuexit. Nandi ſtudium iam elanguit, præſertim hyeme, nec temerè iuuentus ſe mittit in aquas niſi uoluptatis gratia, & ad excutiendos æſtiuos calores. c ¶Ne illa quidem enixè colunt.) Cum Germania hodie ſit populoſiſſima, nullus ager iacet incultus, niſi qui ſuapte natura proferendis fructibus non eſt idoneus. Creſcit uinum in ſuperiore Germania apud omnes fluuios inſignes, nempe apud Rhenum, Danubium, Moſellam, Neccarum, & Mogonum, quem alij Menum uocant, & Mela Mœnim: idq; in multis locis tam præcipuum eſt, ut optimo Gallico uino non ſit inferius. d ¶Ius in uiribus habent.) Hoc eſt, qui calumnia aut iniuria affectus fuit, cum laceſſente armis periculum facere ſategit, ut tentaret cui iuſtitia fauere uellet. Latrocinia quoque apud eos nullam habebant infamiam, ut ſcribit Cæſar Cõment. ſexto, quæ extra fines cuiuſq; ciuitatis fiebant: quin magis ea iuuentutis exercendæ ac deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicabant. Interim tamen hoſpitibus blandos ſeſe exhibuerunt, & quiſq; pro fortuna apparatis epulis hoſpites humaniter excipiebat. Cæterum crudæ carnis eſus hodie abolitus eſt, niſi quòd apud Saxones quidam adhuc ueſcuntur ſiillis carnibus ſalitis, præſertim lardo. e ¶Manibus ſubigendo.) Caro frigore rigens, cum adhuc eſt ſub pecudis pelle, macerari à quibuſdam ſolet manibus pedibusq;, & redigi in mollitiem. f ¶Multis impedita fluminibus.) Nõ impeditur Germania fluminibus, ſed plurimũ adiuuatur, multumq; cõmoditatis per ea ſuſcipit: quæ enim in aliqua regione nõ inueniũtur, beneficio fluuiorũ aliunde huc tranſmittũtur, ut ſunt ligna fabrilia, quæ in magna copia ex Nigra ſylua per uarios amnes magnis faſcibus & ratibus educuntur in Rhenũ, ac deinde toti tractui Rheni communicantur. Quin ex agro Baſilienſi per fluuium Byrſam adducuntur proceriſſimæ abietes, & in oceanum ipſum pro malis maximarũ nauium deſtinantur. Quantũ æris, præſertim ferri, ex Bauariæ partibus per parua flumina in Danubium hebdomadatim mittantur, ſciunt hi qui Ratiſponæ egerunt. Neccarus præter ligna igni deſtinata aut ædificijs apta, nihil mittit. Mogonus & Rhenus à Francofordia uſq; ad oceanum mercibus & uinis ferendis potiſſimum inſeruit. Nec dubito quin Amiſius apud Friſiones, Vueſera, Albis, Sueuus & Odera omnes inſignes & magni apud Saxones amnes, præter opimã piſcationem plurimis inhabitantiũ quoq;

homicidia

multis montibus aspera, & [h] magna ex parte syluis ac paludibus inuia. Paludũ [i] Suesia, Mesia, & Melsiagum maximę. Syluarũ Hercynia, & aliquot sunt quæ nomen habent: sed illa dierum sexaginta iter occupans, ut maior aliis, ita & notior. Montium altissimi [l] Taurus & Rhetico, nisi quorum nomina uix est eloqui ore Romano. Amnium in alias gentes exeuntium [m] Danu-

quoque inseruiant commoditatibus.

g ¶ Multis montibus aspera.) Habet superior Germania plurimos montes, sed nõ infœcundos, exceptis Alpibus, quæ tamen & ipsæ subtus pascuosissimæ sunt, candentibus cacuminibus earum perpetua niue. Montes Nigræ syluæ abundant pulcherrimis abietibus, ex quibus immensa uis trahitur picis, & quidam pagi sola picis collectione uictum sibi parãt. Limites tamen horum montium optima proferunt uina, id quod plurimæ testantur regiones, potissimum Brisgoia & Hegoia. Non igitur obsunt Germaniæ, sed plurimum prosunt montes, qui præter alias multas utilitates infinita quoque protrudunt flumina, ad multos usus habitatoribus accommoda. Numerari uix queunt amnes qui ex Alpibus & Nigra sylua scaturiunt, & in diuersas orbis partes cursum destinant. h ¶ Magna ex parte syluis ac paludibus inuia.) Talis fuit olim Germania, potissimum circa Rheni ostia, ubi & usque in hunc diem terra inuenitur paludinosa: syluæ autem sunt excisæ præter reliquias aliquas, quæ necessariæ sunt pro hominum usibus. In superiori tamen Germania multæ inueniuntur syluæ, præsertim Nigra sylua, quam aiunt initium esse Hercyniæ: Ottonica sylua, & Bohemiæ syluæ, quæ hominibus pro maiori sui parte usui esse nequeũt, sed tamen hodie peruiæ sunt omnes, & ubique inueniuntur hominum domicilia, qui cum pecoribus suis à reliquis hominibus seque strati, priuatam ferè in syluis agunt uitam. Paludes nullas aut raras habet superior Germania, quicquid dicat Tacitus, qui in hunc modum scribit: Terra etsi aliquanto specie differt, in uniuersum tamen aut syluis horrida, aut paludibus fœda, humidior quà Gallias, uentosior quà Noricum & Pannoniam aspicit, satis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fœcunda, sed plerunq; improcera. Hæc Tacitus de Germania scripsit. Quid quæso diceret, si hodie uideret Germaniam & fœcunditatem eius, præsertim superiorem? i ¶ Suesia.) Hanc Suetiam esse putant, quæ paret regi Daciæ. Mesiam uerò interpretantur Misniam, Turingiæ conterminam: sed num illa sit paludinosa, mihi non constat. Porrò quæ sit palus Melsiagi certò sciri nequit, quum uocabulum istud hodie omnino sit obsoletum. k ¶ Hercynia.) Vocant Germani picem hartz, & hinc picifera nemora appellantur hartzuuald, à quo uernaculo nomine deductum putant uocabulum Hercyniæ. Hæc sylua olim per uniuersam extensa fuit Germaniam, sed pro maiori parte hodie excisa est, reliquijs apud multas gentes mancntibus, eisdemq; multis priuatis denominatis uocabulis. Incipit prope Basileam itinere duarum horarum, extenditurq; pars illa in arcton itinere quatuor dierum usque ad oppidum Pfortzen, Iohannis Reuchlini trium linguarum apud Germanos parentis natalem locum, adornaturq; pulcherrimis abiegnis & piceis arboribus, à quarum abundantia Nigra uocatur sylua, intra quam & Danubius exordium sumit, ut in Solino indicauimus. Occupat hæc Nigra sylua altissimos montes, præsertim ea parte qua in occasum patet, ut ferè duarum horarum iter insumendum sit, donec eorum iuga obtineas, quacunque huius lateris parte eos accesseris, apud Friburgum, aut è regione Argentorati. Ab ortu uerò ea accliuitas sensim remittitur, & in planiciem abit. Fluũt ex his montibus infiniti fermè riui & torrentes, sed qui aliquando plurimum inundant, & aliquot iusti amnes, etiam præter Danubium & Neccarum. Cæterum relicta hac Hercyniæ syluæ parte, si transieris ultrà & peruueneris ad Heidelbergum, oppidum clarum & Palatini principis electoris residentia, & publici gymnasij frequenti studio, iterum prodit se hæc sylua, appellaturq; ibi Ottonica sylua, uel ut alijs placet, deserta sylua, germanicè der Odenuuald: uocant enim Germani id quod est desertum & squalidum, œd: tametsi hæc syluæ pars hodie non destituatur cultoribus & habitatoribus, sed adornatur oppidis aliquot, ut sunt Amerbachium, Mosbachium, Erpachium, Eberbachium, & multis alijs locis. Si hinc ultrà processeris, traiecerisq; Mogonum, reperies apud Francones & alias quasdam huius syluæ insignes reliquias, quas hodie Speßhart uocant: ac deinde interposita magna planicie offert sese Thuringiæ sylua, quæ in hunc usq; diem priscum Hercyniæ retinet uocabulum, nam uocatur hartzuuald, hoc est, picis sylua. Omitto hic Bohemiæ syluã, quæ ad Sarmatiã usq; procurrit, & inde per Poloniam usq; ad Tanaim, ut nõ perperàm hic Mela dixerit, Hercyniam dierũ sexaginta occupare iter. l ¶ Taurus & Rhætico.) Meminit & Solinus cap. 22. huius montis Tauri, ubi de ortu Danubij sic scribit: Ister Germanicis iugis oritur, effusus monte qui in Tauricos Galliæ spectat. Plinius tamen, ex quo Solinus sua traxit, sic habet: Danubius ortus Germaniæ iugis montis Arnobæ, ex aduerso Taurici Galliæ oppidi. Tauricũ autẽ oppidum est à Tauro monte, quicunq; tandem is sit. De Rhæticone monte nõ est dubium quin is sit qui est ad orientem Curiæ metropolis Rhæticorũ: & cum Mela ibi Taurũ adiungat, suspicio subit, illum ipsum esse montẽ unde Taurus fluuius scaturit, qui uernacula lingua Thur uocatur, nascituriq; haud procul supra Brigantinũ lacũ, unde & bona Heluetiorũ pars uocatur Thurgœuu. Hanc regionẽ Plin. annumerat Galliæ transalpinæ, quando scribit Danubiũ oriri ex aduerso Taurici Galliæ oppidi. Pro his diligenter considerandis,

Rauraci alij. T. pro R.

mittimus te lector ad descriptionẽ Rhætiæ & Heluetiæ à nobis euulgatam.

[m] Danubius & Rhodanus, in Rhenum Mœnis & Lupia, in oceanum [n] Amisius, Visurgis & Albis, clarissimi. Super Albin[o] Codanus ingens sinus magnis paruisq; insulis refertus est, [p] Acre mare, quod gremio littorum accipitur, nusquã latè patet, nec usquam mari simile, uerùm aquis passim interfluẽtibus ac sæpe transgressis, uagum atq; diffusum [q] facie amniũ spargitur: quà littora attingit, ripis contentũ insularum non longè distantibus, & ubiq; penè tantundem, ut angustum, & par freto, curuansq; subinde se, longo supercilio inflexũ est. In eo sunt Cimbri & Theutoni, ultrà [r] ultimi Germaniæ Hermiones.

m ¶ Danubius & Rhodanus.) Danubius ex Germania in Pannoniam, ac inde in Mœsiam & Vualachiam labitur, ut in Solino ostendimus. Rhodanus uerò ex Alpium iugis lapsus, per Sabaudiam & Delphinatum in mare mediterraneũ ruit. Porrò Rhenus Mœnim & Lupiã excipit: Mœnis per Franconiam fluit, & apud Moguntiam Rheno miscetur. Quis uerò sit Lupia, ignoratur: coniectura tamen est illum esse Neccarum, cuius fons haud procul à Danubij fontibus abest, cum alius magnus fluuius in superiori Germania præter suprà enumeratos nõ exoneretur in Rhenũ. Sunt tamen ex priscis autoribus qui Lupiam in Saxonia ponunt, sed quem Visurgis, non Rhenus deuorat, & cum eo in oceanum defertur, & hi plurimum dissentiunt à Mela. n ¶ Amisius.) Hunc alij Amasium uocant, & uernacula lingua uocatur Emß. Oritur autem in Vuestphalia, & defertur per Frisiam in mare. Visurgis uerò quem & Vueseram uocant, ex sylua quam suprà Speßhart uocari diximus, ducit originem, percurrensq; Brunsuicensem ducatum, haud procul à Bremensibus ruit in mare. Porrò Albis prima stillicidia in Bohemiæ montibus recipiens, & Saxoniam percurrens, alluensq; multas claras urbes, tandem prope Hamburgum ingreditur mare. Sueuum, Oderam & Istulam Mela omittit. o ¶ Codanus ingens sinus.) Sic uocat Mela multiplex & uarium illud mare, quod ambit & ingreditur Daciam, Suetiam, Noruegiam, Gothiam, Scandinauiam & reliquas septentrionis insulas, de quibus infrà cap. 6. p ¶ Acre mare.) Sic uocatur propter sæuitiam suam, etiamsi iustum mare nõ sit, sed magis lacus similitudinem præ se ferat, unde & germanicè uocatur der Hærings see, id est, stagnum halecum. q ¶ Facie amnium.) Id est, in riuos instar fluuiorum attenuatur. r ¶ Vltimi Hermiones.) Quum Hermiones putentur esse Pomerani, non sunt ultimi Germaniæ populi, quandoquidem ulteriores sint Pruteni, apud quos lingua Germanica adhuc inuenitur.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. III. SCHOLIA.

Sarmaticarum confinio.) Polonorum Visula amne. Oceano.) Septentrionali. Sagis.) Dixi Sagum esse uestem militarem, quæ armis superimponitur, autore Bayfio: nunc Sayon. Germani eam uestem ex lana & pilis conficiunt, Feltre dicitur, Saraceni uocant Albornoz. Libris.) Libri cortices sunt arborum. Ius in uiribus.) Hoc seculo Pomponij. Nam nostro, in legibus præsertim municipalibus. Latrocinij.) Fortassis uerum in ipsis agris. Nam in oppidis summa est æquitas. Fluminibus.) Viadro, Amisio, nunc dicto Eme: Visurgo, nunc dicto Vueser: Albi, nunc Elb: Sueuo, nunc Spre: Viado, nunc Odera, & Lupia. Montibus.) Meliboco, Sudete, Abnoba, Asmiburgio. Danubius.) Ex Abnoba monte profluit. Rhodanus.) Ex ipsis alpibus.

SCHOLIA CAP. IIII.

Sicut hodie alia Germaniæ est facies q̃ olim tempore Melæ fuerit, ita quoq; Sarmatia nostro æuo longè populosior est & magis culta quàm unquam fuerit. Quot enim solida regna intra mille annos in ea cõsurrexerunt? Vngaria quæ multis annis peregrinarũ gentium sedes & latibulum fuit, temporibus Henrici primi, quem sanctum uocant, hoc est, anno abhinc quingentesimo in regnum ascendit, idq; sub Stephano Christo primus ex regibus initiato. Anno Christi 1086. sub Henrico quinto Vratislaus dux Bohemiæ factus est rex, additæq; sunt coronæ Bohemiæ Slesia, Morauia, atque Lusnatia. Circa annum Christi 980. sub Ottone secundo, Polonia ab Adelberto episcopo Pragensi ad fidem Christi conuersa, ex ducatu facta est regnum. Eisdem ferè temporibus Lithuania & Ruscia consurrexerunt in ducatus. Vltra has regiones sunt Moscouitæ, Tuuertzenses, Rezenses, apud quos oritur Tanais, Rozanskenses, & alij multi populi qui occuparunt latißimam illam regionem, olim hominibus uacuam.

Sarmatia. Cap. IIII.

SArmatia intus quàm ad mare latior, ab ijs quæ sequũtur [a] Visula amne discreta, quà retrò abit, usq; ad Istrum flumẽ immittit. gens habitu armisq; Parthicæ proxima: uerũ tot cœli asperioris, ita ingenij

a ¶ Visula.) Quidam uocant hunc fluuium Vistulam, alij Istulam, & disterminat Pomeraniam à Prutenia, quam alij uocant Boruschiam, alij Prußiam, quã regionem Fratres Theutonici à Ptolemaida terræ sanctæ per Soldanum expulsi, obtinuerunt circa annum Christi 1230.

ingenij, nõ se urbibus tenet, & ne statis quidem sedibus: ut inuitauere pabula, ut cedens & sequens hostis exigit, ita res opesq; secũ trahens. semper castra habitat, bellatrix, libera, indomita, & usque eò immanis atq; atrox, ut fœminæ etiam cum uiris bella ineant: atque ut habiles sint, natis statim dextra aduritur māma, ut inde expedita in ictus manu quæ exeritur, uirile fiat pectus. arcus tendere, equitare, uenari, puellaria pensa sunt: ferire hostem adultarũ stipendium est, adeò ut non percussisse pro flagitio habeatur, sitq; eius pœnæ uirginitas.

sti 1230. sub Friderico secundo. Porrò omnes iam enumeratæ regiones, olim una fuerunt Sarmatia, quæ extendebatur in meridiem usq; ad Danubiũ, ut hic Mela scribit, destituta urbibus: hodie uerò magnis et egregijs adornatur ciuitatibus, quales sunt Buda in Vngaria, Cracouia in Polonia, Vilna in Lithuania, Mosca in Moscouia, Riga in Liuonia, Leopolis in Rutenia, præter alia insignia & celebria oppida, ubi Sarmatæ statas habent sedes. Abiecerunt & feroces illos ritus, quorum hic Pomponius meminit, nisi quòd Christiani cum Tartaris & Turcis uicinis gentibus perpetua gerunt bella.

Apud Tartaros, qui & ipsi pro parte Sarmatæ sunt, reliquiæ multæ Scythicorũ morum adhuc inueniuntur: uagantur enim, nullas certas habentes sedes. Victũ habent immundißimũ: nam mensas nõ mantilibus operiũt, manutergijs nõ utuntur, manus nõ lauant, nec corpus nec uestimenta. Quidam eorum panem nõ edunt neque conficiunt, similiter neq; olera neq; legumina, sed tantũmodo omniũ animantiũ carnes, canum etiam & cattorum, equorum ac grandiusculorũ murium quos rattos dicimus. Captorum inimicorũ corpora ad crudelitatem suam ostentandam & uindicandi desiderium ad ignem quandoq; assant, & ubi plurimi comesturi cõuenere, dentibus luporum instar dilaniant atq; absumunt: eorum sanguinem etiam ad hoc prius collectum crateris infusum epotant. Lac iumentinũ aliàs ipsis potus est. Vinum apud eos non nascitur, aduectum sicut cæteri homines auidißimè bibunt. Scelus magnũ habetur, si cibi aliquid aut potus perire permittitur, ideoq; ossa nisi medulla prius excepta sit, canibus nequaq; proijciunt. Nullum animal ex nimia tenacitate comedunt integrum & sanum, sed quando mutilatũ fuerit, cœperitq; iam aut senectute, aut aliqua alia pernicie langueſcere. Vestitu tam uiri quàm mulieres ferè uno induuntur. Viri mitris caput obtegunt nõ multum profundis, obtusis antè, retrò caudatis, uniuspalmæ longitudine, pariq; latitudine: quæ ut capiti adhæreant, & ne à uento deturbentur, iuxta aures unsutas facias habent, quibus sub mento cõnectantur. Fœminæ cõiugatæ canistro quodam rotundo teguntur, unius pedis & semis longitudine, in summitate instar dolij plano, diuersicolori serico, aut pictis pauonũ plumis circumornato. Tunicas portant miro modo formatas: fissura earum in sinistro latere, à quo induuntur & exuuntur: nodulos quatuor aut quinq; habet quibus clauditur. Vestimenta quæ in æstate gerunt, nigra sunt cõmuniter omnia: quæ in hyeme pluuiosisq; temporibus, alba, nec infra genua descendũt. In pelliceis uestibus quibus utũtur, pilos nõ occultant & carni applicant ut nos, sed coriũ: pilos propter decorem uidendos præbent. Bellum inituri brachia quæ nuda habent, quidam ferreis laminis circundant, corrigijs quibusdam concatenatis: quidam multiplicato corio, quo etiã caput muniũt: enses habent brachiali longitudine. Equites sunt agiles sagittandiq; scientißimi: sine stipendio militant. Gens in prælijs & rebus gerendis solers, & ad omnia momenta rerũ imperiumq; obeundum præstò. Duces & principes bellum nõ intrant, sed procul stantes suos acclamant, hortanturq;, & quid facto opus sit diligenter prospiciũt. liberos, uxores, & aliquando hominũ imagines equis impositas exercitui addunt, ut maior ac hosti terribilior magis appareat: nec fuga turpis, si cõducibilis sit aut necessaria. Turmatim pugnam capessunt, turmatim fugiunt, uulnifico sagittarũ iactu sequentẽ à tergo hostem conficientes: inde pugnantium paucitatẽ conspicati, subitò in pugnam redeunt, homines equosq; sagittis uulnerant, occidunt, ac tum maximè uincunt cum uicti creduntur. Cum regionem aliquam inuadere ueniunt, diuerso exercitu ab omni parte inuadunt, ut eis occurri nõ possit, ac nemo incolarũ effugere: ita uictoriam semper in manibus habent, illa superbißimè utũtur, capto nulli parcentes, nõ pueris nec mulieribus nec senibus, omnes promiscuè occidunt, præter artifices quos ad opera sua reseruant. Occidendos bipenni ut sues mactant, quod cæteris in terrorem faciunt: quenq; millesimũ accipiunt, & capite subuerso, pedibus ad stipitem in medio cæsorum erectum ita suspendunt, ut suos adhuc admonere & audire uideatur. Pleriq; ad iacentium corpora ipsa procedentes, è recentibus uulneribus emanantem sanguinem ore excipiunt & ingurgitant. A re bellica feriati uiri, pecora in pascua ducunt & custodiunt, uenanturq;, & se luctando exercent: aliud nihil agunt, sed mulieribus omnia cõmittunt, his curæ est & quæ uictui & quæ amictui necessaria procurare. Cum quispiam infirmari cœperit, & morti iam uicinus esse, hastam unam cum nigro panno tabernaculo in quo decumbit præfigunt, ut ab ingressu prætereuntem auertat: nemo enim hoc conspecto inuocatus intrare audet. Post quam uerò defunctus est, omnis illius familia conuenit, funus extra tentorium in locum aliquem antea delectum clàm portant, & fouea lata profunda q; satis facta, tentoriolum in ea erigunt, mensam ferculis instruunt, atq; defuncti corpus prius precioso habitu uestitũ ad eam applicantes, unà omnia posthac terra obruunt. Sepelitur etiam cum eo iumentum unum & equus phaleratus

unus. Potentiores in uita seruum unum eligunt, atq; cauterio suo inustum secum tumulari faciunt, ut scilicet in alio mundo his utantur: dehinc amici alium equum accipiunt & mactant, carnes comedunt, cutem fœno repletam atq; resutam, quatuor palis supra sepulchrum in defuncti signum erigunt: ossa in animæ expiationem mulieres comburunt. Hi sunt Sarmatarum illorum, quos hodie Tartaros uocamus, fœdissimi mores, superstitiones & crudelitates, præter alios multos & innumerabiles uiuendi ritus, quos hic ueluti parerga resecamus, ut uideas lector, quàm adhuc respondeant prædecessorum suorum moribus, quos Mela in hoc capite obiter descripsit.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. IIII. SCHOLIA.

Sarmatia.) Nunc Polonia. *Istrum.*) Danubium intelligit.

SCHOLIA CAP. V.

De Scythis & eorum moribus, habes in Solino quoq; propriũ caput, nempe 25. Hi longissimo tractu citra & ultra Tanaim in orientem extenduntur, & ab alieno imperio inuicti semper manserunt. Darium Persarum regem turpi à Scythia submouere fuga, Cyrum cum omni exercitu trucidarunt, Alexandri Magni ducem cum copijs uniuersis deleuerũt. Hæc gens inter se olim discreta non erat, utpote quæ neq; agrum coleret, neq; tectum sedésue haberet ullas: per solitudines & inculta uagabantur loca, pecora armentaq; præ se agens, coniuges & liberi plaustris uehebantur, legibus nullis obnoxia, iustitiam sponte colebat. Nullum furto grauius in tota gente flagitium fuit, ut quæ nõ parietibus aut septis armenta circundet, sed in propatulo habeat. Nullus ei auri aut argenti usus: lac & mel in cibatu frequens: contra frigora ferinis pellibus corpora communiebat: laneus usus ac uestium ignotus genti. Gaudent plures humana cæde, & quem primum uirum in bello uir Scytha ceperit, eius sanguinem potat. De his Scytharũ moribus nonnihil quoque scripsimus supra lib. 2. cap. primo.

a ¶Sagæ appellati.) Alij Sacas uocant, per c scribentes. *b* ¶Hyperborei.) De his populis habes propriũ caput cum scholijs in Solino, nempe 26. Quòd autem habitare hic asseruntur sub ipso syderum cardine, hoc est, polo, id esse nequit, quum sub polo cõmoda habitatio esse nequeat, propter nimium frigus & sex hyemalium mensium continuam noctem, de qua re & in Solino cap. 29. nõnihil scripsimus. *c* ¶Aprica.) Quæ citra polum est, satis aprica et fertilis esse perhibetur, unde & Schondia atq; Schondania uocatur, quæ uox uernacula lingua amœnam Daniam sonat, etiamsi Hyperborei orientaliores sint Schondanis. *d* ¶Primitias Delon.) Idem scribit & aliquanto clarius Solinus cap. 26. *e* ¶Mare Caspium.) Retulimus in Solino cap. 27. diuersam uetustorũ scriptorũ de Caspio mari sententiã. *f* ¶Cõtra os.) Hoc est, in opposito littore ingredientis aluei est Hyrcanus sinus, ab occasu Caspius, & ab ortu Scythicus. *g* ¶Omne atrox.) Idem scribit Solinus cap. 27. Meminit & Nomadum cap. 25. Amazonum uerò mentionem facit

Scythia. Cap. V.

NDe Asiæ cõfinia, nisi ubi perpetuæ hyemes sedẽt, & intolerabilis rigor, Scythici populi incolũt, ferè omnes etiam in unum [a] Sagæ appellati. In Asiatico littore primi [b] Hyperborei super aquilonem Rhiphæosq; montes sub ipso syderum cardine iacent, ubi sol nõ quotidie ut nobis, sed primũ uerno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo sex mensibus dies, & totidem alijs nox usq; cõtinua est. Terra angusta, [c] aprica, per se fertilis: cultores iustissimi, & diutius q; ulli mortalium & beatius uiuũt: quippe festo semper ocio læti, non bella nouere, non iurgia, sacris operati maximè Apollinis, quorum [d] primitias Delon misisse initio per uirgines suas, deinde per populos subinde tradentes ulterioribus, moremq; eum diu, & donec iustitio gentiũ temperatus est, seruasse referunt. Habitant lucos syluasq;, & ubi eos uiuendi satietas magisq; tædium cepit, hilares redimiti sertis semetipsos in pelagus ex certa rupe præcipites dant: id eis funus eximium est. [e] Mare Caspium ut angusto, ita longo etiam freto primùm terras quasi fluuius irrumpit: atq; ubi recto alueo inflexit, in tres sinus diffundit: [f] cõtra os ipsum in Hyrcanum, ad sinistram in Scythicum, ad dextrã in eum quem propriè & totius nomine Caspium appellant: [g] omne atrox, sæuum, sine portibus, procellis undiq; expositũ, ac belluis magis quàm cætera refertum, & ideo minus nauigabile. Ad introeuntiũ dextrã Scythæ Nomades freti littoribus insident. Intus sunt ad Caspium sinũ Caspij & Amazones, sed quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanũ Albani & Moschi & Hyrcani: in Scythico Amardi & Parsici, etiam ad fretum Derbices. Multi in eo sinu magni paruiq; amnes fluunt: sed qui famã habent, ex Ceraunijs montibus uno alueo descendit,

ſcendit, duobus exit in Caſpium [h]Araxes, Tauri latere demiſſus. quoad campos Armeniæ ſecat, labitur placidus & ſilens, neq; in utram partem eat, quanquam intuearis, manifeſtũ. cum in aſperiora deuenit, hinc atque illinc rupibus preſſus, & quanto anguſtior, tanto magis pernix, frangit ſe ſubinde ad oppoſita cautiũ, atq; ob id ingẽti cum murmure, ſonansq; deuoluit adeò citus, ut quà ex præcipiti caſurus eſt, inſub iectam nõ declinet ſtatim undã, ſed ultra quàm canalem habet, euehat, plus iugeris ſpacio ſublimis, & aquis pendentibus ſemetipſum ſine alueo ferens: deinde ubi incuruus arcuatoq; amne deſcendit, fit tranquillus, iterumq; per campos tacitus & uix fluens in id littus elabit. Cyrus & Cambyſes ex radicibus Coraxici montis uicinis editi, & in diuerſa abeunt, perq; Iberas & Hyrcanos diu & multum diſtantibus alueis defluunt: poſt nõ longè à mari eodem lacu accepti in Hyrcanũ ſinum uno ore perueniunt. Iaxartes & Oxos per deſerta Scythiæ ex Sogdianorũ regionibus in Scythicum exeunt, illẽ ſuo fonte grandis, hic incurſu aliorũ grandior, & aliquandiu ad occaſum ab oriente currens, iuxta Dahas primũ inflectitur, curſuq; ad ſeptentrionem cõuerſo inter Amardos & Peſicas os aperit. Syluæ alia quoq; dira animalia, uerũ & [i]Tigres ferunt: utiq; Hyrcaniæ ſæuum ferarum genus, & uſq; eò pernix, ut illis longè quoque progreſſum equitem conſequi, nec tantum ſemel, ſed aliquoties etiã curſu unde cœperit ſubinde repetito, ſolitũ & facile ſit. Cauſa ex eo eſt, quòd ubi ille interceptos earũ catulos cœpit auehere, rabiem appropinquantium fruſtraturus, aſtu unũ de pluribus omittit, hæ proiectũ accipiunt, & ad cubilia ſua referũt, rurſumq; & ſæpius remeant, atq; idem efficiũt, donec ad frequentiora quàm adire audeãt, profugus raptor euadat. [k]Vltra Caſpium ſinum quidnam eſſet, ambiguum aliquandiu fuit, idem ne oceanus, an tellus infeſta frigoribus ſine ambitu, ac ſine fine proiecta. Sed præter phyſicos Homerũq;, qui uniuerſum orbem mari circunfuſum eſſe dixerunt, Cornelius Nepos, ut recentior autoritate, ſic certior tradit: teſtem autem rei Q. Metellum Celerem adijcit, cumq; ita retuliſſe commemorat: Quum Galliæ proconſul præeſſet, Indos quoſdam [l]à rege Sueuorum dono ſibi datos: unde in eas terras deueniſſent requirendo, cognoſſe ui tempeſtatum ex Indicis æquoribus abreptos, emenſoſq; quę intererant, tandem in Germaniæ littora exiſſe. Reſtat ergo pelagus: ſed reliqua lateris eiuſdem [m]aſſiduo gelu durantur, & ideo deſerta ſunt.

nem facit 27. capite, ubi & de Albanis ſcribit. Meminit & Mela Nomadum ſuprà libro 2. cap. 1. h ¶ *Araxes.)* Hic fluuius & Euphrates ex eodem Armeniæ maioris oriuntur monte, quem Ptolemæus Periarden uocat, alij autem aliter appellant. Cyrus ab occidente in orientem fluit, receptoq; Cambyſe, quem Ptolemæus Thyram uocat, mare ingreditur Caſpium. Iaxartes uerò & Oxos ab oriente in occaſum deuoluuntur, donec memorato miſceantur mari. Habes utriuſq; fluminis curſum pictum in figura Aſiæ, quam Solino in fine ſui operis adiecimus. Habes & capite 27. eiuſdem. Apud Ptol. uerò tabula Aſiæ ſeptima inuenies mirum Oxi curſum. i ¶ *Tigres.)* Huius animalis naturam inuenies quoq; deſcriptam in Solino cap. 27. in textu & ſcholijs. k ¶ *Vltra Caſpium ſinũ.)* Mirum eſt quomodo ambigere illi potuerint, num terra eſſet ultra mare Caſpium, qui ipſum in tres ſinus diſtinxerũt, & undiq; flumina in ipſum corruare dixerunt. Sed à phyſicis deprehenſum tandem, terram claudi oceano non ſeipſa aut ſinu aliquo, quin magis ipſa pro media ſua ſphæra ambitur & circuncingitur mari, id quod multis experimentis iam cognitũ eſt, etiamſi ab aquilone nauigio circũiri ob nimia frigora nequeat.

l ¶ *A rege Sueuorum.)* Sed ubi ſunt Sueui mari expoſiti, ut errantes in mari ad eorum appellant littora? Nónne Sueuia ſuperioris Germaniæ tenet regiones, uicinior mari Adriatico quàm ſeptentrionali? Quo modo igitur referũtur Indi appuliſſe ad littora Germaniæ, et excepti à rege Sueuorũ? Dicendũ, Sueuos olim ſedẽ habuiſſe in inferiori Germania iuxta Albim fluuiũ, ubi & tres electiſſimæ legiones à Sueuis referũtur occiſæ, quas Auguſtus Imperator cum duce Varo Quintilio ad ſubigendam Germaniã miſerat. Hæc clades à Sueuis illata, in tantũ mœrorem Cæſarem coniecit, ut inſanientis more caput illideret parietibus, dicẽs: Redde Quintili legiones. Porrò Ptolemæus locat Sueuos inter Amaſum & Viſurgim fluuios. m ¶ *Aſſiduo gelu.)* Si aſſiduo gelu durantur littora maris ſeptentrionalis, quomodo ex Indicis æquoribus poterat tẽpeſtas

peſtas Indos proijcere uſq; ad littora Germaniæ? Si reſpondes, Melam hic ſcribere, reliqua lateris eiuſdem aſſiduo gelu durari, nõ totum: ubi eſt hoc quod ſuprà eodem capite ſcribit, Hyperboreos extendi uſq; ad cardinem ſyderum? Id ſi uerum eſt, quod & uerum credo, terram ſcilicet procurrere à fontibus Tanais uſq; ad interiora aquilonis, ſed propter intolerabilem rigorem non habitari aut ægerrimè habitari, quomodo potuerunt Indi ui tempeſtatis ex India adigi in Germaniam, cum tantum terræ obſtaculum nauis motum impedire potuerit, ut taceam omnia in illo aquilonis angulo frigore rigeſcere?

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. V. SCHOLIA.

Inde.) Ex Sarmatia, quæ Scythas attingit. Sub ipſo ſyderũ cardine.) Tempore Melæ regionem Hyperboream putabant ultimã uerſus oceanum eſſe. Inde nobis tradidit Mela rationem illam dierum aſtronomicam, quæ reuera falſa eſt in regione Hyperborica: quanquam ita ſit in ipſo cardine mundi, quem Mela & ueteres alij in ipſis Hyperboreis collocauere. Mare Caſpium ut anguſto.) Diximus hoc non poſſe fieri, & antiquitatem hallucinatam fuiſſe. Scythæ Nomades.) Nunc Tartari ſunt, confines Sauromatis. Caſpij & Amazones.) Amazones prope magnos Bulgaros: nam alij ſunt in Ponto. Moſchi.) Aliud genus Moſchouitarũ.

SCHOLIA CAP. VI.

Redit hic Mela ad Bæticam, cuius ſuprà oras deſcripſit, ut oſtendat quas oceanus ab illa parte habeat inſulas. Et primùm deſcribit Gaditanam inſulam, paruam quidem, quippe quæ 12. millia paſſuum habet in longitudine, in latitudine autem tria millia, ſed uirorũ dignitate excellentem, in qua equeſtris ordinis Gaditanos quingentos in uno cenſu numeratos aliquando fuiſſe compertum eſt, in uno atq; perexiguo oppido, quod Gadeum uocabatur. In hoc oppido erat templum Herculis Aegyptij, aut ſecundum alios Herculis Tyrij, in quo quidam columnas illas eſſe exiſtimãt, quæ Herculis columnæ nuncupantur, fictæ ex ære cubitorum octo. a ¶ Anguſto ſpacio.) Spacium illud dicit Plinius eſſe 700. pedum.

b Quam Geryone.) Eſt Geryon nomen regis Hiſpani, qui ob triplex regnum corpore triplicato fertur conſtitiſſe, quem Hercules interfecit, eiuſq; boues abſtulit. Præfuit autem tribus inſulis. c ¶ Septem minimum.) Senſus eſt, tanta eſt harum inſularum fertilitas, ut in ſeptimam uſq; meſſem una ſatio duret, reciduis ſeminibus ſegetem continuò nouantibus. d ¶ Caſſiterides.) Eſt Græcis κασσιτέρος plumbum: hinc decem inſulæ in quibus plumbum candidum effoditur, uocantur Caſſiterides.

e ¶ Gallicenas.) Hæ uidentur eſſe eædem quæ Druidæ, quarũ ſuprà cap. 2. huius lib. meminimus: dictæ Gallicenæ, quòd cecinerint, hoc eſt, uaticinatæ fuerint, ſuperſtitionibuſq; occupatæ, Magica arte incurabilibus medelam cõtulerint. Porrò futura nemini explicarunt, niſi his qui adnauigauerunt, & alia gratia nõ uenerũt quam ut futura diſcerent. f ¶ Britannia.) Hæc hodie eſt Anglia, de qua propriũ caput, trigeſimum ſcilicet quintũ, habes in Solino unà cum pictura inſulæ & ſcholijs. Hanc tem-

Hiſpaniæ & ſeptentrionis inſulæ. Caput VI.

TIs oris, quas angulo Bæticæ hucuſq; perſtrinximus, multæ ignobiles inſulæ, & ſine nominibus etiam adiacẽt: ſed earum quas prẽterire non libeat, Gades fretum attingit, eaq; à continenti a anguſto ſpacio, & ueluti flumine abſciſſa, quà terris propior eſt penè rectam ripam agit: quà oceanum ſpectat duobus promontorijs euecta in altum, medium littus abducit: & fert in altero cornu eiuſdem nominis urbem opulentam, in altero templum Aegyptij Herculis, conditoribus, religione, uetuſtate, opibus illuſtre. Tyrij condidere. Cur ſanctum ſit, oſſa eius ibi ſita efficiunt. Annorum queis manet numerus, ab Iliaca tempeſtate principia ſunt. Opes tempus aluit. In Luſitania Erythia, b quam Geryone habitatam accepimus, aliæq; ſine certis nominibus, adeò agri fertiles, ut quum ſemel ſata frumenta ſint, ſubinde recidiuis ſeminibus ſegetem nouantibus, c ſeptem minimum, interim plures etiam meſſes ferant. In Celticis aliquot ſunt, quas (quia plumbo abundant) uno omnes nomine d Caſſiterides appellant. Sena in Britannico mari Oſiſmicis aduerſa littoribus, Gallici numinis oraculo inſignis eſt, cuius antiſtites perpetua uirginitate ſanctę, numero nouem eſſe traduntur: e Gallicenas uocant, putantq; ingenijs ſingularibus præditas, maria ac uentos concitare carminibus, ſeq; in quæ uelint animalia uertere, ſanare quæ apud alios inſanabilia ſunt, ſcire uentura & prædicare, ſed non niſi dedita nauigantibus, & in id tantum, ut ſe conſulerent, profectis. f Britannia qualis ſit, qualesq; progeneret, mox certiora & magis explorata dicent: quippe tandiu clauſam aperit ecce principum maximus, nec indomitarũ modò

modò ante se, uerùm ignotarum quoque gentium uictor, qui propriarum rerum fidem ut bello affectauit, ita triumpho declaraturus portat. Cæterum ut adhuc habuimus, inter septentrionem occidentemq; profecta, grandi angulo Rheni ostia prospicit: deinde obliqua retro latera abstrahit, altero Galliam, altero Germaniam spectans: tum rursus perpetuo margine directi littoris ab tergore abducta, iterum se in diuersos angulos cuneat g triquetra, & Siciliæ maximè similis, plana, ingens, fœcũda, uerum ijs quę pecora quàm homines benignius alant. h Fert nemora, saltus, ac prægrandia flumina alternis motibus modò in pelagus, modò retro fluentia, & quædam gemmas margaritasq; generantia. Fert populos regesq; populorũ, sed sunt [i] inculti omnes, atque ut longius à continenti absunt, ita aliarũ opum ignari magis, tantum pecore ac finibus dites, incertum ob decorem, an quid aliud ultro [k] corpora infecti. Causas autem & bella contrahunt, ac sic frequenter inuicem infestant, maximè imperitandi cupidine, studioq; ea prolatandi quæ possident. Dimicant non equitatu modò aut pedite, uerùm & bigis & curribus, Gallicè armati. [l] Couinos uocant, quorum falcatis axibus utuntur. Supra Britanniam [m] Iuuerna est penè par spacio, sed utrinque æqualis, tractu littorum oblonga, cœli ad maturanda semina iniqui, uerùm adeò luxuriosa herbis non lætis modò, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant. Cultores eius inconditi sunt, & omniũ uirtutum ignari, magis quàm aliæ gentes: aliquatenus tamen gnari, pietatis admodum expertes. Triginta sunt Orchades, angustis inter se diductæ spacijs. Septem [n] Hemodes contra Germaniam proiectæ, in illo sinu quem Codanum diximus. Ex ijs Codanonia, quam adhuc Theutoni tenent, ut magnitudine alias, ita fœcunditate antestat. Quæ Sarmatis aduersa sunt, ob alternos accessus recessusq; pelagi, & quòd [o] spacia queis distant, modò operiuntur undis, modò nuda sunt, aliàs insulæ uidentur, aliàs una & continens terra. In his esse Oonas, qui ouis auium palustrium, & auenis tantum alantur: esse equinis pedibus Hippopodas, & Satmalos, quibus magnæ aures, & ad ambiendum corpus omne patulæ, nudis alioqui proueste sint, præterquam quòd fabulis traditur, autores etiam quos sequi non pigeat, inuenio.

pore Melæ clausam & incognitam, principum maximus, Romanorum scilicet Imperator aperuit. Quis uerò ille Imperator fuerit incertum est, cum Mela nomen eius non explicet. Coniectura quidam ducuntur Claudium illum fuisse, qui & Orchades imperio adiecit, autore Eusebio. Cæterum quomodo Britannia Germaniam Galliamq; prospiciat, uidere licet suprà libro primo capite tertio. g ¶ *Triquetra.*) *Triquetræ figuræ est Anglia, si ab ea resecueris Scotiam, alioquin nescio quomodo tota insula ob Scotiæ in orientem exporrectionem, triquetram habitura sit figuram, Siciliæq; trinacris similitudinem.* h ¶ *Fert nemora.*) *Inter nemora Britanniæ celebratur potissimum Calydonia, & inter flumina primatum habent Tamesis, qui Londinum præterfluit, & Tueda, qui Scotiam ab Anglia diuidit. Regna iam multo tempore habuit duo, quæ nemini non sunt nota.*

i ¶ *Inculti omnes.*) *At hodie cultissimi sunt omnes, præsertim Angliæ habitatores: deinde & opulenti, quippe qui mercimonijs maximè sunt dediti, & copiam exhibent nobilis panni.* k ¶ *Corpora infecti.*) *Inficiebant se Britanni herba glasto, de qua in Solino capite 35. in fine.*

l ¶ *Couinos uocant.*) *Est couinus rheda & uehiculi genus, cui olim falces longas adhibebant, quibus quicquid obuium ueniebat transfigebatur uel mutilum reddebatur.* m ¶ *Iuuerna.*) *Hæc est Hybernia, de qua & capite 35. in Solino diximus sub literis d, e. Habes ibidem de Orchadibus sub litera l.* n ¶ *Hemodes.*) *Hæ uidentur esse insulæ illæ multiplices in Balthico sitæ mari, quas hodie uocant Selandiam, Fyonam, Scaniam, Gothiam, Vindlandiam, Suetiam, & Noruegiam, ex quibus Codanonia, id est, Scandia uel Scandinauia reliquas antecellit. Meminit autem Mela suprà capite quarto, Codani ingentis septentrionis sinus, qui succinum eijcit, de quo in Solino capite 33. diximus.*

o ¶ *Spacia quis distant.*) *Queis pro quibus: & est sensus, Sarmaticæ insulæ ob maris fluxum refluxumq;, modò faciè habent cõtinentis, modò insularũ. Quæ autè istæ sint insulæ, hodie non est compertum, nisi Liuoniam aut Hyperboreorũ regionem assignare uelis: sed hæ insulæ non sunt. Mela tamen recenset Oonas, id est Ouarios: est enim Græcis ὠὸν ouum. Hippopodas, qui pedes habent equinos. Satmalos, qui alio*

nomine ἀνωνύμους appellantur, & aures habere dicuntur dependentes usque ad talos. Verum hæc Græcorum sunt figmenta.

p ¶ Thule.) Hæc est Islandia, de qua multa scripsimus in Solino cap. 35. sub litera h. q ¶ Talga.) Hanc Ptolemæus appellat Talcam. r ¶ Ab ijs in Eoum.) Subaudiendum, pelagus: sic enim suprà libro primo uocat oceanum orientalem, cuius prima pars inhabitabilis esse perhibetur ob niues, & succedens inculta ob immanes gentes, humanis carnibus uescentes, & ob ferarum syluestrium multitudinem. Succedunt his Scythæ, iterumq; deserta cum belluis usque ad iugum incumbens mari, quod Thabin uocant. Sic hoc littus Eoi maris orientem uersus Plinius describit.

s ¶ Androphagi.) Id est, qui uiros deuorant, alio nomine Anthropophagi nominati. De Sagis, qui & Sacæ uocantur, suprà quoque diximus, nempe generale illud Scytharum esse nomen. Meminit autem & Solinus omniũ istorum cap. 25. à principio.

PThule Belgarum littori opposita est, Graijs et nostris celebrata carminib. In ea quòd sol longè occasurus exurgit, breues uticq; noctes sunt: sed per hyemem sicut alibi obscuræ, æstate lucidæ, quòd per id tempus iam se altius euehens, quancq; ipse non cernatur, uicino tamen splendore proxima illustrat: per solstitium uerò nullæ, quòd tum iam manifestior non fulgorẽ modò, sed sui quoque partem maximam ostentat. qTalga in Caspio mari sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed uicini populi quæ gignuntur, attingere nefas, & pro sacrilegio habent, dijs parata existimantes, dijsq; seruanda. Aliquot & illis oris quas desertas diximus, æquè desertæ adiacent, quas sine proprijs nominibus Scythicas uocant. rAb ijs in Eoum recursus inflectitur, inq; oram terræ spectantis orientem pertinet. Hæc à Scythico promontorio apposita, primùm omnis ob niues inuia est, deinde ob immanitatem habitantium inculta. Scythę sunt sAndrophagi, & Sagæ, distincti regione, quia feris scatet, inhabitabili. Vasta deinde iterum loca belluæ infestant, usq; ad montem mari imminentem nomine Thabin. Longè ab eo Taurus attollitur. Seres intersunt, genus plenum iustitiæ ex cõmercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. VI. SCHOLIA.

Gades.) Nunc Caliz. Vrbem opulentam.) Gadiram. Erythia.) Nunc Berlingas. Britannia.) Nunc Anglia, comprehendit & Scotiam. Principum maximus.) Claudius Cæsar. Iuuerna.) Nunc Izlanth. Orchades.) Sunt enim regis Scotiæ. Codanonia.) Nunc Selandia. Ptolemæus uocat Scandiam. Sarmatis.) Polonis. Per hyemem obscuræ.) Nam in hyeme est nox maxima. Aestate lucidæ.) Lucida nox dicitur in æstate, quia ferè nulla est nox, quando sol est in primo puncto cancri, uixq; durat momentum. Scythæ.) Quos Tartaros dicimus.

SCHOLIA CAPITIS VII.

De Indiæ patefactione, amplitudine, terminis & fertilitate iam multa scripsimus in Solino capite 65. ad quæ te lector mittimus, ne eadem bis in eodem uolumine scribere cogamur. a ¶ Sexaginta dies.) Plinius minorem assignat numerum, qui sic scribit: Complures totam ipsius longitudinem XL. dierum noctiumq; uelificonauium cursu determinauere. Sed fieri potest ut XL. pro LX. fuerint scripta.

b ¶ Neuter septentrio.) Sensus est, in aliqua parte Indiæ nec umbra maior nec minor uideri possint, usque adeo porrigitur in meridiẽ, id quod uerũ esse poterit de regno Malacha. Vide figuram Asiæ quam in fine Solini huic uolumini adiecimus. Incolæ huius regni semper proijciunt umbrã meridianam ad meridiem, nisi quando sol fuerit in tropico capricorni aut prope. Habes de septentrionibus quædam à nobis signata in Solino pag. 135.

India. Cap. VII.

NOtissima India non Eoo tantum apposita pelago, sed & ei quod ad meridiem spectans Indicum diximus: & hinc Tauri iugis, ab occidente indefinita, tantum spacium littoris occupat, quantũ per sexaginta dies noctesq; uelificantibus cursus est: ita multũ à nostris abducta regionibus, ut in aliqua parte eius bneuter septentrio appareat, aliterq; quàm in alijs oris, umbræ rerũ ad meridiem iaceant: cæterum fertilis, & uario genere hominum aliorumq; animalium scatet. Alit formicas non minores maximis canibus, quas more gryphorũ aurum penitus egestum, cum summa pernicie attingentium custodire cõmemorant. cImmanes & serpentes aliqui, ut elephan-

c ¶ Immanes serpentes.) De his magnis serpentibus scribit quoque Solinus capite 65. facie 129. secundum

elephantes morsu atque ambitu corporis afficiant. Tam pinguis alicubi, & tam feracis soli, ut in eo mella frondibus defluãt, lanas syluæ ferant, [d]arundinum fissa internodia ueluti nauitas binos & quædam ternos etiam uehant. Cultorum habitus moresq; dissimiles: lino alij uestiuntur aut lanis quas diximus: alij ferarum auiumq; pellibus, pars nudi agunt, pars tantum obscœna uelati, alij humiles paruiq;, alij ita proceri & corpore ingentes, ut elephantis etiam & ibi maximis, sicut nos equis, facilè atq; habiliter utantur. Quidam nullũ animal occidere, nulla carne uesci optimũ existimant: quosdam tantum pisces alunt: quidã proximos parentesq; priusq; [e]annis aut ægritudine in maciẽ eant, uelut hostias cædũt, cæsorũq; uisceribus epulari fas & maximè pium est: at ubi senectus aut morbus incessit, procul à cæteris abeũt, mortẽq; in solitudine nihil anxij expectant. Prudentiores eis quibus ars studiumq; sapientię cõtingit, nõ expectant eam, sed ingerendo semet ignibus læti & cum gloria accersunt. Vrbium quas incolunt (sunt autẽ plurimæ) Nysa est clarissima & maxima. Montiũ Meros Ioui sacer, famam hinc præcipuam habent, quòd in illa genitum, in huius specu Liberum arbitrantur esse nutritum: unde Græcis autoribus ut femori Iouis insutum dicerent, aut materia ingessit, aut error. Oras tenent ab Indo ad Gangem [f]Palibotri: à Gange ad Iolida Nysij, ubi magis quàm ubi habitetur exæstuat: atrę gentes, & quodammodo Aethiopes. Ab Iolide ad Cudum recta sunt littora, timidiq; populi, & marinis opibus affatim dites. Tamos promontorium est quod Taurus attollit: collis, alterius partis angulus, initiumq; lateris ad meridiem uersi. Ganges & Indus amnes: ille multis fontibus in [g]Hæmodo Indiæ monte conceptus, simul unum alueum fecit, fit omniũ maximus, & alicubi latius: quando angustissimè fluit, decem millia passuum patens, in septem oras dispergit. Indus ex monte Paropamiso exortus, & alia quidẽ flumina admittit, sed clarissima Cophen, Acesinen, Hydaspen, conceptamq; pluribus alueis undam lato spacio trahit: hinc penè Gangem magnitudine exæquat: pòst ubi aliquot sæpe magnis flexibus cingit iugum, ingens iterum rectus solidusque descendit, donec ad læuam dextramq; se diducens, [h]duobus ostijs longè distantibus exeat. Ad Tamum insula est [i]Chryse, ad Gangem Argyre: altera aurei soli (ita ueteres tradidere) altera argentei: atque ita ut maximè uidetur, aut ex re nomen, aut ex uocabulo ficta fabula est. Taprobane aut grandis admodum insula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur; sed quia habitatur, nec quisquam circum eam esse traditur, propè uerum

secundũ signaturam nostram. *d* ¶*Arundinum fissa internodia.*) Plinius: *Arundines tantæ sunt proceritatis, ut singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Porrò de moribus Indorum multa scripsimus in Solino memorato capite, pagina 126.* *e* ¶*Annis aut ægritudine.*) *Quum quis ægrotat, familiares eius interimunt eum: nam aiunt illum morbo tabescentem, carnes quoq; corrupturũ, ideo necant eum dum adhuc uiuit & integer est. Meminit & Solinus in memorato capite pagina 127. huius peruersæ consuetudinis. Habes eadem pagina de Nysa & monte Mero, in cuius pede Nysa sita est: & ubi nugantur Liberum patrem natum et educatũ, aut materia, id est, argumentum fabulæ idoneum Græcis autoribus ingessit: aut error, si ita re ipsa contigisse crediderunt.* *f* ¶*Palibotri.*) *Populi sic dicti à Palibotra amplissima ciuitate, quam Ptolemæus uocat Palimbotram, ut indicauimus in Solino sub litera e, pagina scilicet 127. Sic à Nysa Nysij populi, qui extenduntur à Gange usque ad Iolida promontorium, ubi maiores sunt æstus quàm alibi ubi habitatur.* *g* ¶*Hæmodo.*) *Alij scribunt Emodo: unde Solinus asserit auspicari Indiam ab Emodis montibus & Indo flumine, qui Indus postquam prodire cœpit unum facit alueum, sed corriuantibus plurimis amnibus fit maximus, ut etiam Nilo æqualis esse à quibusdam dicatur. Hunc ex Paropamiso monte primùm nasci Mela hic asserit, qui Tauri montis pars est, sicut & Emodus atque Imaus. Ganges uerò Indo longè maior, incertis secundum quorundam sententiam oritur fontibus, & suscipit decem & nouem amnes, fitq; tantus ut in quibusdam locis stagnum esse uideatur, de quo uide in Solino pagina 126.* *h* ¶*Duobus ostijs.*) *Ptolemæus scribit Indum septem ostijs ingredi mare.*

i ¶*Chryse.*) *De his insulis nonnihil scripsimus in Solino pagina 127. sub litera f. De Taprobane autem apud eundem habes proprium caput, nempe 66. cum scholijs.*

k ¶*Quæ*

est. Contrà inde illa ostia sunt [k] quæ uocant Solis, adeò inhabitabilia, ut ingressos uis circunfusi aëris exanimet confestim: & inter ipsa ostia rara tenet regio, ob æstus intolerabiles, alicubi cultoribus egens. Inde ad principia rubri maris pertinẽt inuia atq; deserta humus, & cineri magis fit q̃; puluerí símilis: ideoq; per eam rara & non grandia flumina emanant, quorum Tuberonem & Arusacem notissima accepimus. Rubrum mare Græci, siue quia eius coloris est, siue quia ibi Erythras regnauit, [l] ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant, procellosum, asperum, profundum, & magnorum animalium magis quàm cætera capax. primò recedentes oras æqualiter impellit, & ut non intret interius, aliquantum patens sinus erat. Sed quas ripas inflexerat, bis irrumpit, duosq; iterum sinus aperit: Persicus uocatur [m] dictis regionibus propior, Arabicus ulterior.

k ¶Quæ uocant solis.) *Meminimus huius insulæ in Solino pagina 139. sub litera e. Habes eodem loco itinerarium ab India usq; ad mare rubrum, nisi quòd fluuiorum Tuberonis & Arusaces nulla fit mentio. Maris rubri descriptionem inuenies capite 46.* l ¶Ἐρυθρὰν θάλασσαν.) *Id est, rubrũ mare: nõ quòd aquæ eius sint rubræ, sed ita appareant ob arenæ ruborem.* m ¶Dictis regionibus propior.) *Littori scilicet Indico & Carmaniæ, cuius tamen Mela non meminit, sed Solinus.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. VII. SCHOLIA.

Eoo.) *Orientali.* Neuter Septentrio.) *Nauigantes oppositum dixere.* Nysa.) *Celebrata ob Dionysium siue Liberum, ibi nutritum.*

SCHOLIA CAP. VIII.

Scribit & Solinus de Persico sinu cap. 68. sed nõnihil dissentit à Mela, ponens scilicet duos sinus, quos Mela unum dicit esse sinum, sed qui duas habet partes. Figuram utriusq; sinus aut partis habes in descriptione Asiæ maioris, in fine Soliniani operis. Assimilat autem Mela Persicum sinum capiti humano, ut teneant angustiæ introitus locum colli uel cerucis, mare autem intra collectum capitis repræsentet typum.

a ¶Maior aliquanto recessus.) *Pertingit enim sinus Arabicus, quẽ Israëlitæ dum ex Aegypto ducerentur transierunt, ferè usque ad mare mediterraneum, intercedente scilicet terræ interuallo 125. mill. passuũ.*

b ¶Chelonophagi.) *Est* χελώνη *Græcis testudo: unde qui testudine & ostreis uescuntur, uocantur Chelonophagi. Meminit & Solinus horum capite 67. in fine.*

c ¶Carmani.) *Qui sese ex occano meridiano in Persicum recipiunt sinum, ijs ad dextram obuia fit Carmania, cui ab oriente iungitur Gedrosia &c. Vide memoratã figuram. Describit & Solinus cap. 67. mores Carmanorum, meminit quoq; ibi Ichthyophagorũ. Fluuiorum uero Cethis, Andanis & Corij, mentionem faciunt Plinius & Ptolemæus tabula Asiæ sexta.*

d ¶Duo clari amnes.) *De Tigri & Euphrate diximus in Solino cap. 50. Hi autoritate Plinij & Ptolemæi in Babylonia confluunt, & uno maximo riuo decurrunt in Persicum sinum: reliqui autem scriptores qui terra absorberi Euphraten asserũt, erra-*

Sinus Persicus. Cap. VIII.

PErsicus quà mare accipit, utrinq; rectis lateribus grande ostium, quasi ceruice complectitur: deinde terris in omnẽ partem uastè & æqua portione cedentibus, magno littorũ orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani. Arabici & os arctius, & latitudo minor est: [a] maior aliquanto recessus, & multò magis longa latera. Init penitus, introrsusq; dum Aegyptum penè & montem Arabiæ Casium attingit, quo dam fastigio minus ac minus latus, & quo magis penetrat angustior. Ab ijs quæ diximus ad sinum Persicum, nisi ubi [b] Chelonophagi morantur, deserta sunt. In ipso [c] Carmani nauigantium dextera positi, sine ueste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se uelant, carne uescuntur, præter capita toti corpore hirsuti. Interiora Gedrosi, dehinc Persæ habitant. Cethis per Carmanios, suprà Andanis & Corios effluunt. In parte quę pelagi ostio aduersa est, Babyloniorũ fines Chaldæosq; sunt: & [d] duo clari amnes, Tigris Persidi propior, ulterior Euphrates. Tigris ut natus est, ita descendens usque ad littora permeat. Euphrates immani ore aperto non exit tantum unde oritur, sed & uastè quoq; decidit: nec secat continuò agros, sed latè diffusus in stagna, diuq; sedentib. aquis & sine alueo patulis piger, pòst ubi marginem rupit uerè fluuius est: acceptisq; ripis celer & fremens per Armenios & Cappadocas occidentem petit, ní Taurus obstet, in nostra maria uenturus.

uenturus. Inde ad meridiem auertitur, & primùm Syros, tum Arabas ingressus, non perdurat in pelagus, uerùm ingens modò & nauigabilis, inde tenuis riuus despectus emoritur, & nusquam manifesto exitu effluit ut alij amnes, sed deficit. [c]Alterum latus ambit plaga quæ inter utrunque pelagus excurrit, Arabia dicitur, cognomen Eudæmon, angusta, uerùm cinnamomi & thuris, aliorumq; odorum maximè ferax. Maiorem Sabęi tenent partem, ostio proximam & Carmanis: contrariam partem Macæ, quæ inter ostia ostenditur, syluæ cautesq; exasperant. Aliquot sunt [f]in medio insulæ sitæ, Ogyris, quòd in ea Erythrę regis monumentum est, magis clara quàm cæteræ.

rare deprehenduntur. Vide si libet quartã Asianam Ptolemæi tabulam. c ¶*Alterũ latus.*) *Latus, inquit, dextrum sinus Persici habet Carmaniam, sinistrum autem Arabiã Felicem, quæ inter sinum Arabicum & sinum Persicum in meridiẽ excurrit: de cuius felicitate inuenies multa in Solino cap. 46. Porrò Sabæos Ptolemæus ponit ad littus maris rubri, haud longè supra emporiũ Ocelis. Macas uerò ponit, sicut & Mela, iuxta ostium pelagi labentis in sinum Persicũ.*

f ¶*In medio insulæ.*) *Inter sinum Arabicum & Persicum, è regione Arabiæ Felicis, inueniuntur aliquot insulæ, præsertim Ogyris, quæ ob sepulchrum Erythræ regis clara habetur.*

PETRI IOANNIS OLIVARII SCHOLIA IN CAP. VIII.

Gedrosi & Persæ.) *Hæc sunt Sophu: & hæ regiones uocantur Turqueſtam.*

Sinus Arabicus. Cap. IX.

ALterum sinum undique Arabes incingunt: ab ea parte quæ introëuntibus dextra est, urbes sunt Carrę, & [a]Arabia, & Gandamus: in altera ab intimo angulo prima, Beronice, inter Heroopoliticum & Scrobilum: deinde inter promontoria Moronenon & Colaca, Philoteris & Ptolemais: ultrà Arsinoë & alia Beronice, tum sylua quæ [b]hebenum odoresq; generat, & manufactus amnis, ideoq; referẽdus, quòd ex Nilo alueo [c]dioryge abductus, extra sinum uerum inflexus, & non rubri maris pars, beſtijs infesta, ideoq; deserta est. Partem Candæi habitant, hi quos ex facto, quia serpẽtibus uescunt, Ophiophagos uocant. Fuere interius [d]Pygmæi minutum genus, & quod pro satis frugibus contra grues dimicando defecit. Sunt multa uolucrũ, multa serpentum genera. De serpentibus memorandi maximè, quos paruos admodum, & uenení præsentis, certo anni tempore ex limo concretarũ paludium emergere, in magno exa-
mine uolantes Aegyptum tendere, atq; in ipso introitu finiũ ab auibus quas [e]Ibidas appellãt, aduerso agmine excipi, pugnaq; cõfici traditũ est. De uolucribus præcipuè referenda Phœnix, semper unica: nõ enim coitu concipit partúue generat, sed ubi quingentorũ annorũ ævo perpetua durauit, super exaggeratam uarijs odoribus struem sibi ipsa incubat, soluiturq;, deinde putrescentiũ membrorũ tabe concrescens, ipsa se cõcipit, atq; ex se rursus renascitur: cum adoleuit, ossa pristini corporis inclusa myrrha Aegyptum exportat, atque in urbem quam Solis

SCHOLIA CAP. IX.

Sinum Arabicũ totum asserit Mela incingi Arabibus, qui Africam extendit ad Nilum, & non ultra ad mare rubrũ, ut quidam alij faciunt. Sed arbitraria est hæc terrarum diuisio, limitumq; constitutio.

a ¶*Arabia.*) *Ptolemæus ponit Arabiam urbem & emporium ante ingressum maris rubri. Vrbes autem in aduerso maris rubri littore hic enumeratas, hoc est, quæ Aegyptiorum & Aethiopum sunt, alio describit ordine quàm Mela hoc loco faciat. Nam Arsinoën ponit ferè in fine maris rubri, & Ptolemaidem è regione Meroë insulæ. Sũt tamen qui asserunt in hoc littore inueniri duas Arsinoës & tres Berenices, uel ut alij scribunt, Beronices. In una est maris rubri portus, ut habes apud Solinum capite 67.*

b ¶*Hebenum.*) *De ista arbore scripsimus multa in Solino pag. 132. sub litera z. Porrò per odores intellige hic aromata.*

c ¶*Dioryge.*) *Est dioryx fossa manu facta, & huiusmodi fossæ multæ factæ sunt in Aegypto ad irrigandũ terram, & ad nauigandũ de loco in locũ.* *d* ¶*Pygmæi.*) *Meminimus Pygmæorũ in Solino cap. 15. sub litera g. Scribit quoq; Plin. quosdam tradidisse, Pygmæos habitasse ante paludes è quibus Nilus oritur.* *e* ¶*Ibidas.*) *Scribit Solinus multa cap. 40. de uarijs serpentum differentijs, quæ in Africa inueniuntur. De Ibide uerò aue habes in eodẽ, pag. 95. sub litera p. & de Phœnice pag. 98. sub litera k.*

f ¶*Ceraunijs saltibus.*) *Ceraunij saltus uocantur, qui fulminibus tanguntur, & tales dicit Mela esse in Aethiopia apud Troglodytas è regione Ocelis promontorij.*

appellant, fragrantibus nardo bustis inferens, memorando funere consecrat. Ipsum promontorium quo id mare clauditur,[f] à Ceraunijs saltibus inuium est.

PETR. IOANNES OLIVARIVS IN CAP. IX.

Caput 9. nihil habet, nisi Solis urbē, quā Heliopolin alij uocarūt, iuxta sinū Arabicū: ad quā uenere filij Israēl.

SCHOLIA CAP. X.

Vltra Arabicū sinū ad occidentē est Aethiopū regio, quæ prius Aetheria & Atlantia dicta fuit, postea uerò à Vulcani filio Aethiope, Aethiopia appellata, ut Plin. scribit lib. 6. ca. 30. Porrò Meroeni sunt qui Meroën inhabitāt, insulā scilicet quā Nilus primā ab ortu suo facit, et cuius incolæ Macrobij, id est, lōgæui uocātur. De hac insula tractatur et in Solin. cap. 45. De Macrobijs uerò habes apud eundē pag. 85. a ¶*Automolæ.*) *Sic uocati sunt profugæ Aegyptij qui uenerūt in Aethiopiā.* b ¶*Plus auri.*) *Solin. scribit pag. 87. formicas pedibus eruere arenas aureas.* c ¶*Est locus apparatis epulis.*) *Idem refert Solin. pag. 85. Est autē ἡλίου τράπεζα Solis mensa, ut in Solino quoq; retulimus.* d ¶*Est lacus.*) *Eadē ferè uerba recitat Solinus loco iam memorato. De Lycaonibus habes pag. 87. sub litera t, & de Sphingib. pag. 82. sub litera k. De Tragopane & Pegaso cap. 43.* e ¶*Ripæ potius.*) *Littora sunt plana & quæ sensim in aluem descendūt, ripæ autē præcipitiū habent & asperitatem.* f ¶*Dubiū aliquandiu fuit.*) *Hodie nullū amplius est dubiū, cum ex Hispania frequens sit nauigatio per meridiem in orientem, ut suprà quoq; ostendimus.*

g ¶*Hanno.*) *Describit & Plin. Hannonis nauigationē cap. 69. libri 2. in hæc uerba: Hanno Carthaginis potentia florēte, circūuectus à Gadibus ad finem Arabiæ, nauigationē eam prodidit scripto. Meminit quoq; Solinus huius regis cap. ult.* h ¶*Muti populi.*) *Scribit & Solin. de his monstris pag. 85.* i ¶*Super eos.*) *Post monstra illa, inquit, quæ in interioribus Aethiopiæ inueniri à quibusdā asserūtur, occurrit grandis insula, quæ Gorgonū est sedes, de qua Solinus nonnihil scribit cap. ult. Quòd Gorgonum mulieres sine marium concubitu gignāt, fabulosum est, & nunquam à seculo auditū.*

k ¶*Ἀνώνυμ*

Aethiopia. Cap. X.

AEthiopes ultra sedent, Meroëni habēt terrā, quā Nilus primo ambitu amplexus insulā facit: pars quia uitæ spaciū dimidio ferè cū nos lōgius agūt, Macrobij; pars quia ex Aegypto aduenere, dicti[a] Automolæ, pulchri forma, equi corporis, parūq; ueneratores, uelut optimarū alumni uirtutū. In illis mos est, cui potissimū pareāt, specie ac uirib. legere. Apud hos[b] plus auri q̄ Persis est: ideo q̄d minus est, preciosius censent. Aere exornant, auro uincula sontiū fabricāt.[c] Est locus apparatis epulis semper refertus, & quia ut libet uesci uolentib. licet, ἡλίου τράπεζαν appellant: & quæ passim apposita sunt, affirmāt innasci subinde diuinitus. [d] Est lacus, quo perfusa corpora quasi uncta pernitent, bibitur idem, adeò est liquidus, & ad sustinenda quę incidūt aut immittunt infirmus, ut folia etiā proximis decisa frōdibus, nō innatantia ferat, sed pessum & penitus accipiat. Sūt & sæuissimę feræ, omni colore uarij Lycaones, & quales accepimus Sphingas. Sunt mirę aues cornutæ Tragopomones, & equinis auribus Pegasi. Cæterū oras ad Eurū sequentib. nihil memorabile occurrit, uasta omnia uastis præcisa montibus, ripæ potius sunt q̄ littora. Inde ingens & sine cultoribus, tractus:[e] dubiū aliquādiu fuit, esset ne ultra pelagus, caperet ne terra circuitū, an exhausta fructu sine fine Africa se extenderet, uerū sic Hanno Carthaginēsis, exploratū missus à suis, cū per oceani ostia exisset, magnam partē eius circūuectus, nō se mari, sed cō meatu defeciſſe memoratū retulerat: & Eudoxus quidam auorū nostrorū temporib. cum Latyrum regem Alexandrię profugeret, Arabico sinu egressus, per hoc pelagus, ut Nepos affirmat, Gades usq; peruectus est, ideo eius oræ nota sunt aliqua. Sunt aūt trans ea quæ modo deserta diximus,[h] muti populi, & quibus pro eloquio nutus est: alij sine sono linguę, alij sine linguis, alij labris etiā cohęrentib. nisi quod sub naribus etiā fistula est per quā bibere auent: sed cū incesſit libido uescēdi, grana singula frugū passim nascentiū absorbere dicunt. Sunt quibus ante aduentum Eudoxi adeò ignotus ignis fuit, adeoq; usus mirū in modū placuit, ut amplecti etiā flammas, & ardentia sinu abdere, donec noceret, maximè libuerit.[i] Super eos grandis littoris flexus grandē insulam includit, in qua tantū fœminas esse narrant, toto corpore hirsutas, & sine coitu mariū sua spōte fœcūdas, adeò asperis esse risq; moribus, ut quædam cōtineri ne reluctent, uix uinculis possint. Hoc Hanno retulit, & quia detracta occisis coria pertulerat, fides habita est. Vltra hunc

sinum

sinum mons altus, ut Græci uocant[k] θεῶν ὄχημα, perpetuis ignibus flagrat, ultra montem uiret collis longo tractu, longis littoribus obductus, unde uisuntur patentes magis campi, quàm ut prospici possint,[l] Panum, Satyrorumq;. Hinc opinio ea fidem cepit, quòd quum in his nihil culti sit, nullæ habitantiũ sedes, nulla uestigia, solitudo in diem uasta, & silentium uastius, nocte crebri ignes micant, & ueluti castra latè iacentia ostenduntur, crepant cymbala & tympana, audiũturq; tibiæ sonantes maius humanis. Tunc[m] rursus Aethiopes, nec tam dites ut hi quos diximus, nec ita corporibus similes, sed minores incultiq; sunt, & nomine Hesperio. In horum finibus fons est, quem Nili esse aliqua parte credibile est, Nuchul ab incolis dicitur: & uideri potest non alio nomine appellari, sed à barbaro ore[n] corruptius. Alit & flumen, & minora quidem, eiusdem tamen generis animalia gignens: alijs omnibus in oceanũ uergentibus, solus in mediam regionem ad orientem abit, & quonam exeat incertũ est. Inde colligitur Nilũ hoc fonte conceptũ, actumq; aliquandiu per inuia, & ideo ignotũ, iterum se ubi ad Eoa processerit ostendere: cęterum spacio quo abscondit effici,[o] ut hic alio cedere, ille aliunde uideatur exurgere.[p] Catoblepas nõ grandis fera, uerùm graue & prægrande caput ægrè sustinens, atq; ob id in terram plurimũ ore cõuersa, apud hos gignitur, ob uim singularẽ magis etiam referenda, quòd cum impetu morsuq; nihil unquam sæuiat, oculos eius uidisse mortiferum. Contra eosdem sunt[q] insulæ Gorgones, domus (ut aiunt) aliquando Gorgonum. Ipsæ terræ promontorio, cui ἑσπέρου κέρας nomen est, finiuntur.

k ¶ θεῶν ὄχημα.) Hoc est, deorum uehiculum aut sedes. l ¶ Panum.) De Aegipanibus habes apud Solinum capite 44. & de Satyris pagina 82. sub litera k.

m ¶ Rursus Aethiopes.) Hi uidentur esse Nigritæ, Senegæ, Gambrenses, Sagres, & alij populi qui oram inhabitant Africæ occidentalem, etiamsi infrà de his gentibus peculiarem faciat mentionẽ. Porrò de fontibus & cursu Nili multa scripsimus in Solino cap. 45. n ¶ Corruptius.) Barbari Nili originem corruptè uocant Nuchul, sed à Latinis uocatur Niger & Nigris & Nigri. o ¶ Vt hic aliò cedere.) Sensus est: Fons Nili uidetur in aliam plagam destinare cursum suum quàm in septentrionem, & Nili quoq; cursus in alia plaga uidetur habere originem quàm apud Nigritas. p ¶ Catoblepas.) Sunt qui Catoblepam & basiliscum unũ dicunt esse animal, quod oculis aspicientes inficiat. q ¶ Insulæ Gorgones.) Situm harum insularum expreßimus in tabula Asiæ Solino in fine adiecta. r ¶ ἑσπέρου κέρας.) Hoc est, Hesperi cornu. De hoc promontorio nos quoque scripsimus in Solino capite ultimo sub literis c & h. Plinius capite 31. libri sexti de eo sic scribit: Promontorium quod uocamus Hesperionceras, inde primùm circumagente se terrarum fronte in occasum ac mare Atlanticum. Inter hoc & Theonochema montem quatridui nauigationem interesse alibi refert.

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. X. SCHOLIA.

Primo ambitu.) Nam alios facit Nilus in Tachempso, Elephantide, & Delta. ἥλιου τράπεσαν.) Solis mensam. Dubium aliquando fuit.) Nunc tota illa regio est explorata. θεῶν ὄχημα.) Deorum uehiculum. In horum finibus fons est.) In fine Aethiopum occidentalium. Fons.) Nunc Palus nigra, & fluuius inde procedens, Niger fluuius à Lusitanis dictus. Hunc eundem fontem nos in charta nostra Africana Nili fontem fecimus, sequuti nõ modo Melam, sed eos qui nostro seculo regionem illam uiderunt. Lusitani primi ex nostris per fluuium Asenagam, & fluuium Gambre uecti, illuc uenerunt: & cum scisciterentur ex eis qui ad mercatum Hodeni uenirent de progressu fluuij, responderunt Arabes, hunc eundem Nilum esse. Actum aliquandiu per inuia.) A Garamantibus usque ad montes Lunæ. Vbi ad Eoa.) Id est, ad montes Lunæ, uersus orientem. ἑσπέρου κέρας.) Id est, Hesperi cornu.

Atlantici maris insulæ, & terminus.

Cap. XI.

INde incipit frõs illa, quæ in occidentem uergens, mari Atlantico abluit. Prima eius Aethiopes tenent, media nulli: nam aut exusta sunt, aut arenis

SCHOLIA CAP. XI.

Vltra Gorgones insulas, quæ è regione extremi Africæ cornu situm habent, reflectitur maris ora in occidentem, occurrũtq; nauigantibus multa promontoria & terræ frontes, præsertim Caput album & Caput uiride, regnum Gambri & regnum Melli,

& innumeræ gentes, etiamsi quædam intercipiantur loca, quæ aut solis ardoribus exusta sunt, aut arenis obducta, aut serpentibus infesta, & ob id habitari ab hominibus nequeant. E regione exustarũ terrarũ Hesperidum insulæ inueniuntur, de quibus in Solino cap. 37. Ex arenis consurgit mons Atlas asper & squalens, ut in Solino quoq; ostendimus pag. 68. sub litera f. a ¶Fortunatæ insulæ.) Hæ hodie Canariæ uocantur, ut in Solino indicauimus cap. ultimo.

b ¶Ingenio.) Capitur hic ingeniũ pro natura seu naturæ qualitate. Ostendimus proinde in Solino cap. 42. & 43. sub litera k, quàm miri in diuersis terris inueniantur fontes. c ¶Himantopodes.) Hi sunt loripedes qui claudi sunt natura uel casu, & ad cursum inepti. d ¶Ebore abundãt.) Fert enim illa regio elephantes, sed syluestres, neq; ibi cicures fiunt aut domantur ut alibi gentium. Capiuntur in nemoribus ubi cœni plurimum cernitur: nam id genus animalium suapte natura ut sues in cœno uoluntantur creberrimè. Nigritæ ergo pone arbores delitescũt, ac prætereũtibus elephantis sagittas & uenabula infigunt, saliuntq; miro modo de loco in locum, ab una arbore ad aliam, donec feriant elephantũ, qui cùm maxima mole prægrauetur, nequit insidiantis ictus velocissimos euitare. Si tamẽ id tentarent in locis apricis & patentibus Nigritæ, in eis potissimum ubi nullæ uisuntur arbores, non euaderent ulli elephantorum, quandoquidem nullus hominum tantæ pernicitatis inuenitur, quem mox elephas non comprehendat, etiam non currens, sed gradatim incedens, id quod efficit animalis uastæ magnitudo: & ubi usu uenit ut irato omine elephas in agris patentibus hominem sit consequutus, non aliter lædit quàm promuscide: hac enim homines corripit circumamplexu, & adeò iacit in sublime, ut sæpenumero correpti hoc modo, prius efflent animam quàm terram contigerint. Hæc elephantis promuscis non multum absimilis est labro suillo. In hoc differunt, quòd huic ea est uolubilis ad nutum, ut modò uibret, modò pro libito retrahat. Non efferantur tamen nisi prouocati: nec hominem lædunt, nisi prior iniuriam intulerit ipse. Notauimus & quædam de huius animalis natura in Solino capite 38. sub literis a & e atq; f. e ¶Ne littora quidem infœcunda.) Vnde scribit Cadamustus horum littorum explorator in hunc modum: Post Caput uiride littora se sinuant, & in ipso recessu fit sinus pulcherrimus: terra est plana & referta arboribus innumeris, quibus non prius decidunt folia quàm alia subnascantur: uirent semper: & licet distent à mari iactu arcus, uidentur tamen à longe ipsa contingere maria. Et cum uarias orbis partes peragrauerim, cum ad ortum tum ad occasum, nusquam uidi amœniorem regionem. Ea complusculis irrigatur fluuijs, sed quia nauiũ sunt impatientes, eorum nõ meminimus. In regno tamen Senegæ, quod citra Caput uiride est, uinum, triticũ, siligo, hordeum, & auena nõ producitur iniuria candentis syderis, cum præsertim ibi mensibus nouem iugiter non pluat, uidelicet ab Octobre usq; in Iulium, & efficit ut iacta semina nõ germinent ob terræ calorem nimium: producit tamen milium, fabas & fasiolos omne genus, quæ omnia nusquam elegantiora uisuntur. Sunt fasioli instar nucis auellanæ faberrimè facti, diceres torno aliquo insculptos ac striatos, adeò uarianti naturæ ars in eis ludit, res uisu conspecua. Fabæ uerò largiores & proceriores rubent colore uiuacissimo, aliæ albicant, cernuntur usu conspectiores: mense Iulij seminantur, Septembri leguntur. Cum autem tellus cœlesti rore perfunditur, id est, uberiori pluuia, tum terra mirũ in modum colunt: nõ amplius quàm trimestri spacio seminant & legunt sata. Ignaui sunt cultores, & uix tantum seminant, quantum ad uictum sit sufficiens: uerum quia terra est fertilissima, suapte natura quamplurima producit. His potum præbet succus palmæ, lac & latices: nec ea est palma quæ fert cariotas. Vt autem uberiorem habeant succi prouentũ, arbores sauciant, & statim prosilit succus uberrimus, ut die noctuq; binas uel ternas excipiant mensuras. Huius succi

obducta, aut infesta serpentib. Exustis insulæ appositæ sunt quas Hesperidas tenuisse memoratur. In arenis mons est satis de se cõsurgens, uerùm incisis undiq; rupibus præceps, inuius, & quo magis surgit, exilior: qui quod altius cũ conspici potest, usq; in nubila erigitur, cœlum & sydera non tangere modò uertice, sed sustinere quoq; dictus est. Contrà [a] Fortunatæ insulæ abundant sua sponte genitis, & subinde alijs super alijs innascentibus nihil solicitos alunt, beatius quàm aliæ urbes excultæ. Vna singulari duorum fontium [b] ingenio maximè insignis: alterum qui gustauere, risu soluuntur in mortem: ita affectis remedium est ex altero bibere. Ab eo tractu quẽ feræ infestant, proximi sunt [c] Himantopodes, inflexi lentis cruribus, quos serpere magis quàm ingredi referunt. Deinde Pharusij, aliquando tendente ad Hesperidas Hercule dites, nunc inculti, & nisi quòd pecore aluntur, admodum inopes. Hinc iam lætiores agri, amœniq; saltus. Terotæ & Berini [d] ebore abundant. Nigritarum Getulorumq; passim uagantium, [e] ne littora quidem infœcunda sunt, purpura & murice efficacissimis ad tingendum, & ubiq; quæ tinxere clarissima. Relíqua est ora Mauritanię exterior, & in finem sui [f] fastigian-

[f] fastigiantis se Africæ nouissimus angulus, iisdem opibus, sed minus diues, cęterū solo etiam ditior, & adeò fertilis etiam, ut frugum genera non cum serantur modò benignissimè procreet, sed quædam profundat etiam nata. Hic & Antæus regnasse dicitur, & signum quod fabulæ clarum prorsus ostenditur, collis modicus resupini hominis imagine iacentis, illius, ut incolæ ferunt, tumulus: unde ubi aliqua pars eruta est, solent imbres spargi, & donec effossa repleantur, eueniunt. Hominum pars syluas frequentant, minus quàm quos modò diximus uagi. Pars in urbibus habitant, quarum ut inter paruas opulentissimæ habentur, procul à mari, [h] Gildano, Dulbritrania: propius autem, Sala & Lixo, flumini Iunxo proxima. Vltrà est colonia & fluuius Gna, & unde initium fecimus Ampelusia, in nostrum iam fretum uergens promontorium, operis huius atque Atlantici littoris terminus.

succi incredibilis est suauitas, ut etiam instar uini inebriet, ni aqua immixta fuerit: reseruatus tamen, indies amittit suauitatē. Fructus habēt multiplices, nec nostris absimiles, suaues sunt licet syluestres. f ¶*Fastigiantis se.*) *Suprà lib. 1. cap. 5. uocat fastigium illud Ampelusiam & Mulucham.*

g ¶*Antæus.*) *Nomē gigantis est, Neptuni ex terra filij, magno ac procero corpore, quippe qui cubitis quadraginta adoleuerit in Libya apud Lixum oppidū, à flumine Mauritaniæ eiusdem nominis ita uocatum, qui locus Antæi regia dicitur, robore ac fortitudine nemini cedentis. Hic quoties membra labore defecta essent, tactu terræ ea recreabat: quem Hercules palæstra pectori astrictum expirare coëgit.* h ¶*Gildano.*) *Scripsit Mela diligenter de his urbibus, quia patria eius nō multū abfuit à Mauritaniæ occidentali ora: ab huius oræ angulo cœpit lustrare uniuersum orbem, tandemq; reuersus ex Indiæ partibus, cursum sui laboris ad eundem terminauit angulum.*

PETRI IOANNIS OLIVARII IN CAP. XI. SCHOLIA.

Inde.) *Id est, à capite quod Verde Lusitani uocant.* *Frons.*) *Africæ usq; ad Ampelusiam, id est, caput Cantori.* *Aethiopes.*) *Pars regni Nigritarum.* *In arenis mons est.*) *Atlantem intelligit, dictus uulgò Maiuste.* *Fortunatæ.*) *Nunc dictæ Canariæ.* *Pharusij.*) *Nunc Asenagi.* *Nigritarum.*) *Lata est regio Nigritarum: à fluuio Asenaga usq; ad æquinoctialem, totum illum tractum possident. Ab occidente terminantur ostio Asenagæ fluuij, à meridie parte oceani, quæ est inter ostium Asenagæ usq; ad caput Sancti Ioannis: ab oriente tractu fluuij Nigri, à Garamantibus usq; ad æquinoctialē: à Septentrione eiusdem fluuij tractu, à Nigra palude usq; ad uallem Garamanticam, ut ex nostra charta Africana facilè cuiuis manifestum erit. Hæc regio nunc diuisa est in regnum Mellis, & regnum Guineæ. Pars fertilis, ea uidelicet quæ est à fluuio Asenaga usque ad caput Manti: sed ab hoc capite usq; ad caput Sancti Ioannis, arida & sterilis.* *Mauritaniæ.*) *Exterioris, quæ olim dicta est Tingitana, nunc diuisa in prouinciam Tanger, regnum Fez, & prouinciam Marruecos, quanquam sunt, qui addant prouinciam Asaphi, ubi est Asamor.* *Procul à mari.*) *Constat nunc Babam, hoc est, Fez esse mediterraneam, & opulentißimam. Hæc & alia quorum meminit Pomponius, in charta nostra Africana aperta sunt: ad quam mittimus Geographiæ studiosum.*

LIBRI TERTII ET VLTIMI POMPONII MELAE VNA CVM SCHOLIIS FINIS.

ALIQVOT GEOGRAPHICAE.

Vrbs & Oppidum ædificia continent.
Ciuitas uerò ciues.
Fluuius, quòd fluat.
} ex Nonio Marcello.

Amnis, quòd ambiendo fluat: ex Varrone.
Fretum, angustum est mare inter duas terras.
Isthmos, arcta terra, inter duo maria.
Promontorium, à prominendo: pars montis, quæ mari prominet.
Chersonesus lingua communi, & Cherronesus lingua Laconica, terra est ferè insula: Latini uocant peninsulam.
Insula, est terra aquis circundata.
Continens, terra est alteri ita continua, ut inde absq; marina nauigatione omnes tres partes terræ peragrare possimus.
Sinus, metaphoricè dicitur à sinu corporis, quæ pars est inter pectus & complexum brachiorũ. Hinc quia littora curua complectunt maria, uocantur sinus.
Lacus est, qui perpetuam habet aquam.
Stagnum, quod temporariam: hoc est, hyeme collectam ex pluuia.
Palus, est aqua nimis profunda, & latissimè diffusa.
Regio, prouincia dicitur: quæ quoniam à regibus regebatur, dicta est regio.
Mons, pars terræ alta & eminens.
Ramentum montis, mons est, ex alio ortus monte.
Portus, à portando: locus iuxta mare conclusus, quò importantur merces, & exportantur, ubi naues tutò hyemare possunt: & hoc differt ab statione, in qua ad tempus solum breue.
Apertum mare, uulgò Playa dicitur, quòd nullum habeat secessum tutum à tempestate.
Pons, in portu molle dicitur.
Vicus, pars est urbis, siue quæ aliquando fuit pars urbis.
Villa, domus est rusticana.
Pagus, plures domus rusticanæ coniunctæ, non clausæ mœnibus.
Castellum, domus rusticanæ clausæ mœnibus.

BASILEAE APVD MICHAELEM ISING.
M. D. XLIII.

PALMA ISING